3 1761 06836717 6


Digitized by the Internet Archive
in 2011 with funding from
University of Toronto

http://www.archive.org/details/epistvlarvmlibri00plin

my the Younger
Ne

C. PLINI CAECILI SECVNDI

EPISTVLARVM

LIBRI DECEM

RECENSVIT

ELMER TRVESDELL MERRILL

325279
3.
36.
12.

LIPSIAE IN AEDIBVS B. G. TEVBNERI MCMXXII

117
M

LIPSIAE: TYPIS B. G. TEVBNERI.

PRAEFATIO

De ordine et temporibus quibus epistulae Plinii scriptae et primum editae sunt, multum nec frustra inter uiros doctissimos disceptatum est. Iam saeculo octauo decimo ineunte Iohannes Masson, quem honoris causa nominamus, Plinii uitam chronologice digestam composuit[1], quae postea editioni Cortii et Longolii[2] praefixa apud posteritatem multum auctoritatis uix recte habebat. Nam omnium primus Theodor Mommsen, indagator peritissimus ac subtilissimus, epistulis Plinii singulis denuo examinatis ad quaestiones chronologicas recte diiudicandas uiam securam aperuit.[3] Contra eum nec non inter se alius contra alium certabant H. F. Stobbe[4], W. Gemoll[5], C. Peter[6], J. Asbach[7], M. Schultz[8], H. Peter[9]. De multorum aliorum opusculis uide sis Bursians *Jahresbericht*[10] et M. Schanz, *Geschichte der römischen Litteratur*, II 2 (1913), pp. 349 sqq. In summa uerisimile haberi potest libris singulis non certorum quorundam annorum epistulas contineri, sed ipsos illos libros a Plinio ita editos esse, ut epistularum ordine chronologico haud pertinaciter obseruato inde ab anno 97 uel 98 usque ad annum 108 uel 109 tres uel quattuor collectiones (fortasse libri I—II, III—VI, VII—IX) certis interuallis foras irent. Credibile est corpus nouem librorum prius consummatum et publicatum esse quam Plinius Italiam reliquit, ut iter in Bithyniam profligaret.

Iam inde ab anno 98 non nullae epistulae inter Traianum imperatorem

---

[1] *C. Plinii Secundi junioris Vita ordine sic digesta, ut uaria dilucidentur Historiae Romanae puncta, quae Flauios Imperatores, uti Neruam Traianumque spectant. Studio Johannis Masson.* Amstelodami, 1709. — Quae Vita breuius conscripta iam prius editioni epistularum Plinianarum anno 1703 a Thomas Hearne editae praefixa erat.

[2] *Caii Plinii Caecilii Secundi Epistolarum Libros Decem, cum notis selectis, Jo. Mariae Catanaei* [etc., etc.], *Recensuerunt suisque animaduersionibus illustrarunt Gottlieb Cortius et Paullus Daniel Longolius: Qui etiam uniuersum Opus Indicibus locupletissimis instruxit.* Amstelaedami, 1734.

[3] „Zur Lebensgeschichte des jüngeren Plinius", in *Hermes* III (1869), pp. 31—139: „Étude sur Pline le Jeune par Th. Mommsen traduite par C. Morel, Paris, 1873 (editio Gallica a scriptore correcta): „Zur Lebensgeschichte", usw., in *Gesammelte Schriften* von Th. Mommsen, 4. Bd. (*Historische Schriften*, 1. Bd.), Berlin, 1906 (editio ultima ab Otto Hirschfeld curata).

[4] „Zur Chronologie der Briefe des Plinius", in *Philologus* XXX (1870), pp. 347 sqq.

[5] „De temporum ratione in Plini Epistularum IX libris obseruata", Halle, 1872.

[6] „Zur Chronologie der Briefe des jüngeren Plinius", in *Philologus* XXXII (1873), pp. 698 sqq.

[7] „Zur Chronologie der Briefe des jüngeren Plinius", in *Rheinisches Museum* XXXVI (1881), pp. 38 sqq.

[8] „De Plinii epistolis quaestiones chronologicae", Berlin, 1899.

[9] „Der Brief in der römischen Literatur", Leipzig, 1901.

[10] 1883[II], pp. 161 sqq. (I. v. Müller); 1890[II], pp. 236 sqq. (E. Stroebel); 1895[II], pp. 61 sqq.; 1901[II], pp. 303 sqq.; 1911[II], pp. 1 sqq. (H. Burkhard).

et Plinium missae erant; sed cum Plinius legatus Caesaris ad ordinandum prouinciae Ponti et Bithyniae statum profectus esset, multo plures epistulae ab eo ad Traianum scriptae sunt, quae una cum responsis principis in unum librum collectae et chronologice digestae a nescio quo amico (uel fortasse ab uxore?) Plinii post ipsius mortem publicatae sunt. De fortuna huius libri unici et singularis, quem amicitia in piam memoriam Plinii dicauit, infra narrabitur (pp. VI, XX, et adn. 11).

Dum adhuc uiuebat, Plinii epistulae a bibliopolis late dimissae legebantur, efflagitabantur, neque dubium est quin etiam post mortem scriptoris non deessent qui legerent. Nihil ueri similius uideri possit, quam eos praesertim qui saeculis insequentibus epistulas suas in lucem ediderint Plinium imitatos fuisse, uel saltem commemorasse: sed reapse in scriptoribus praeter Apollinarem Sidonium usque ad Ratherium, episcopum Veronensem (890—974), nulla nota, nullum uestigium auctoritatis Plinii reperiri potest, nisi fortasse in epistula quadam Einhardi, qui ad Seruatum Lupum sic scripsit: *coepique mecum sedulo reputare quid super excessu carissimae contubernalis sentire deberem, cuius mortalitatem magis quam uitam uidebam esse finitam* (Migne *P. L.* 119. 439A; cf. Plin. *Ep.* II 1, 10): et fortasse in carmine quod *Hexaemeron* nomen habet, ubi Eugenius, archiepiscopus Toletanus († 657), orat, *Crimine nec laedam quemquam, nec crimine laedar* (Daniel I 190; cf. Plin. *Ep.* I 9, 5).

Vt exempla priorum adferam, Fronto, qui Ciceronis epistulas legit laudauitque, ne minimam quidem notitiam Plinii exhibet. Adfirmatum est Symmachum Plinium imitatum esse; sed nulla de Plinio desumpta uox, nulla sententiarum similitudo, apud Symmachum reperta est. „Imitatio saltem inde apparet", inquiunt, „quod filius epistulas patris nouem libris disposuit". Minime: dispositio enim epistularum in libris singulis non est talis, qualis apud Plinium obseruatur, quam rationem nemo certe, qui Plinium ante oculos imitandum haberet, omnino neglegeret; et quanquam editores epistulas Symmachi quae longum ordinem claudunt libro nono adscribere uoluerunt, quaedam in codicibus auctoritas exstat, quapropter eas libro cuidam decimo (fortasse in fine truncato) adsignare debeamus. Cuius rei quoddam ex Sidonio indicium elicere possumus; is enim sibi Plinium et Symmachum scribendi magistros atque regulas proposuerat; de ambobus multa commodat et profert; utrumque aequabili ratione laudat extollitque; cum autem auctorem sibi quaerit, ut ipse nonum librum epistularum prioribus octo adiungere audeat, non ambos magistros sed Plinium solum adlegat, quo utique patet eum Symmachum nullo modo huius rei in auxilium aduocare potuisse. Macrobius scilicet (V 1, 7) Plinium et Symmachum eodem loco tanquam exemplaria generis dicendi pinguis et floridi coniungit; Macrobius autem non epistulas sed orationes (Plinii *Panegyricum*) tractabat, quo modo unum post saeculum Cassiodorius (*Var.* 8, 13).

Apollinaris Sidonius, de quo Plinii imitatore studiosissimo supra dixi, non aliter de nouem libris loquitur ac si epistulae Plinii ad amicos scriptae saeculo illo bene notae fuerint (liber ille epistularum inter Traianum et Pli-

nium missarum plane adhuc latebat). Lugdunum, quo epistulae Plinii ipso adhuc uiuente uenum datae erant (Plin. *Ep.* IX 11, 2), Sidonii patria fuit, et saeculo post Christum natum quinto Gallia praecipue studia fouebat; neque incredibile esse uidetur Plinium illis locis adhuc in honore fuisse, cum Symmachi, pater et filius, eum ignorarent.

Exemplum autem Sidonii scriptores, qui post eum epistulas componebant, non coluisse uidentur. Nimirum studiosi nostri saeculi multum sudorem nequiquam expenderunt, ut aliquod Plinii imitationis uestigium apud illos epistularum scriptores reperirent. Saluianum, presbyterum Gallicum, qui medio saeculo quinto opera quaedam theologica composuit, et epistulas nouem iis addidit, nouem librorum epistularum Plinii memorem fuisse, non nulli insipientes existimauerunt. Epistulae Ennodii numero ducentae nonaginta septem non in libros distributae sed ordine continuo in codicibus leguntur; Iacobus Sirmondius autem, qui anno 1611 epistulas Ennodii apud Parisios edidit, omnes in libros nouem secundum Plinii scilicet exemplum digessit. Neque Saluianus neque Ennodius neque alii praeter Sidonium et Einhardum epistolographi notitiam Plinii produnt.

Alia quae scriptores medioaeuales de Plinio commemorant in duo genera disponi possunt; (1) quaedam de Christianis in Bithynia supplicio adfectis, (2) quaedam de uita Plinii in Chronicis, cum diem mortis eius adferunt. Illa omnia de Eusebio deprompta sunt, qui in uicem Tertullianum (*Apol.* 2) solum repraesentabat, qui autem ipse epistulas Plinii pertinentes (X 96. 97) numquam inspexit;[11] haec ex Chronicis Eusebii uel Hieronymi mutuata sunt; ex omnibus nihil indicat scriptores, qui talia alius post alium proferunt, in epistulis Plinii uersatos esse. Inter Sidonium et Ratherium nulla mentio Plinii apud scriptores exstat.

Sed cum ars rhetorica tanquam renata ad modum floreret, non est mirum quod Plinii epistulae tanta cura expolitae uirorum eruditorum studia excitabant. Quo factum est ut tempore incerto (saeculo fortasse quinto uel sexto) illi nouem libri ab homine quodam docto, uel fortasse in uicem a pluribus, recenserentur et multis locis emendarentur.[12] Quae recensio ex mea sententia non modo ad uerba ipsa constituenda sed ad ordinem etiam uerborum et sententiarum conformationem spectabat (u. infra p. XX).

Hoc modo orta est una codicum familia, quae nouem libros continebat, sed falci et studio emendatorum subdita textum deformatum potius quam restitutum exhibebat.

Sed iam inter hunc emendationis cursum feliciter se eripuerat, ut uidetur, unus saltem codex, qui proinde non nullas quidem sed non plurimas corrigentis manus notas exhibebat. Nec tamen aliter intactus remansit. Saeculo enim incerto uel ipse uel eius proles ita mutilata est, ut liber octa-

---

[11] Cf. commentatiunculam meam „Zur frühen Überlieferungsgeschichte des Briefwechsels zwischen Plinius und Trajan", in *Wiener Studien* XXXI (1909), pp. 250 sqq.

[12] Cf. A. Otto, „Die Überlieferung der Briefe des jüngeren Plinius", in *Hermes* XXI (1886), pp. 287 sqq.

uus totus excideret, et in libris quinto et nono (qui dehinc octauus numeratus est) ordo epistularum ualde confunderetur. Ex hoc libro deriuata est altera codicum familia, quae ueteris uestigia poenae adhuc apud nos gerit.

Tertia codicum familia, quamuis incuria temporum uexata neque ultra modum laudanda, e manibus studiosorum integrior euasit. Cuius stirpis unus quidem codex saeculo, ut uidetur, non serius quam septimo uel octauo (fortasse aliquanto prius) libro epistularum Plinii et Traiani mutuarum addito feliciter ampliatus est, ut integros decem libros contineret. Hic liber unicus, qui nunc decimus numeratus est, inde ab initio diuersam a ceteris codicibus uiam secutus erat,[13] ut inter alia testantur et libri integri et epistularum singularum inscriptiones, quae haud dubie in codice Parisino (de quo u. infra p. XI) legebantur. Cuius codicis, qui solus libros decem usque seruabat, rara etiam nunc progenies temporum iniuriam et incuriam superauit.

Sic tres codicum familias ortas esse apparet, quarum de quaque, secundum ordinem quo in notitiam studiosorum saec. XV et XVI peruenerunt, pauca disserere libet.

1. FAMILIA DECEM LIBRORVM.

De familia quae decem libros continebat[14] tres codices discerni possunt, quorum duo, Beluacensis (**B**, aliter Riccardianus, nunc Ashburnham) et Florentinus (**F**), quamuis manci adhuc seruati exstant; tertius, Parisinus (**P**), qui idem absolutissimus fuit, in Aldi officina saeculo sexto decimo ineunte indigne periisse uidetur (sed uide sis quae in Appendice p. XXIII scripsi). Codices **B** et **F**, qui in bibliotheca Mediceo-Laurentiana nunc adseruantur, originem a communi archetypo ducunt,[15] quod ipsum saeculo fortasse octauo uel nono exaratum iam magna sui parte truncatum uel nunquam consummatum erat. Nam inde a fine epistulae sextae libri quinti archetypum illud deficiebat, quanquam inscriptionem C. PLINI SECVNDI EPISTVLARVM LIBRI NVMERO DECEM integram exhibebat, quam librarius codicis **B** fideliter descripsit. Nec non indices librorum singulorum una cum initiis cuiusque epistulae, qui in communi codicum **B** et **F** archetypo de codice uel antiquiore deriuati adseruabantur[16], in codice **B** adhuc exstant. Sed in codice **F** et inscriptio operis et indices epistularum incuria uel segnitia scribae desiderantur.

B Codex **B** (saec. X) in bibliotheca capitulari S. Petri Beluacensis[17] diu adseruabatur, ubi Vincentius, ille Beluacensis qui *Specula Naturale, Historiale, Doctrinale* composuit († 1264), eum detexit et flores quosdam inde

[13] Cf. supra adn. 11.

[14] Fortasse Bernardus Cluniacensis (saec. XI) Plinii memor erat, cum in suo carmine *De Contemptu Mundi* scriberet *Tu sine litore, tu sine tempore, fons modo riuus* (cf. Plin. *Ep.* VIII 8, 3 *fons adhuc et iam amplissimum flumen*).

[15] Cf. F. E. Robbins, „The Relation between Codices **B** and **F** of Pliny's Letters", in *Classical Philology* V (1910), pp. 467 sqq.

[16] Cf. F. E. Robbins, „Tables of Contents in the MSS of Pliny's Letters", in *Classical Philology* V (1910), p. 476 sqq.

[17] Cf. inscriptionem „S. Petri Beluacensis" saec. XII exaratam, quam male erasam iam adhuc in fronte codicis legas.

decerpsit.[18] Sed nescio quo tempore et qua uia codex ex Gallia Florentiam migrauit, ubi in bibliotheca Riccardiana depositus latebat, nec prius Italorum oculos in se retorquebat quam anno 1729, quo A. F. Gorius in gratiam Iac. Phil. d'Orville pro Cortio intercedentis eum contulit. Hanc collationem Gorius ipse in codicis integumento commemorauit, atque collationis exemplar in bibliotheca Bodleiana Oxonii (Summary Catalogue 16894, ni fallor) adhuc seruatum exstat. Lectiones aliquas e Gorii collatione selectas Cortius in adnotationibus editioni suae subiectis protulit, easdem Keil in apparatu critico anno 1870 repetiit. Nihil melius poterat Keil, quippe cum codex ipse ex bibliotheca euanuisset. Keilii indagationes ab ipso in Praefatione sua narratae sunt, et Acta inquisitionis, quam de furto bibliothecae curatores instituerunt, in archiuio gratia et beneficio bibliothecarii perlegere mihi licuit. Quae ut breuiter colligam, codex Epistularum a Libri, nefando illo thesaurorum expilatore, anno circa 1830 a calce uoluminis male dissoluti, quod et Naturalem Historiam Plinii auunculi comprehendebat, abreptus et una cum aliis codicibus pretiosissimis comiti Ashburnham Anglo uenum datus est. Ex bibliotheca Ashburnham, quae multos post annos sub hastam uenit, codex olim deperditus cum aliis redemptus patrias in sedes remeauit, ubi L. Havet codices Ashburnham in bibliotheca Mediceo-Laurentiana inspiciens eum detexit et agnouit.[19]

Codex **B** (Ashburnham R 98 [37]), membranaceus, saec. X, ut uidetur, exaratus, tribus quondam fasciculis (foliorum 8 + 6 + 8) constitit, quibus folium unum (uel fortasse fasciculus partim uacuus) adiunctum est, quod finem epistulae sextae libri quinti et nihil ultra continebat, ut satis confirmant quae in codice **F** inueniuntur. Hoc folium (uel hic fasciculus ob membranas uacuas inuidendus) facile scilicet a compagine aliorum auulsum cito euanuit, nec non folia duo a calce fasciculi primi et totidem a calce fasciculi secundi mature (prius quam Gorius codicem contulit) excisa sunt. His igitur lacunis maioribus codex deformatus est, II 4, 2 *exstiterim*—II 12, 3 *monstrandumque*; III 5, 20 *quae te*—III 11, 9 *quod plures*; itemque omnia post V 6, 32 *pererrat* deficiunt, nec non IV 26, quae epistula iam in communi codicum **B** et **F** archetypo desiderabatur. Inde numerus epistularum centum efficitur, quem casu exortum esse uix dubitari potest. Hoc tempore totus codex duodeuiginti foliis maximi moduli constat (6 + 4 + 8). A scribis duobus, ut uidetur, exaratus est, sicut codex Naturalis Historiae[20], cui olim subiunctus erat. Manus duae, prior correctoris cuiusdam contempora-

[18] Cf. Vinc. *Spec. hist.* XI 67 (cod. Vatic. lat. 1962) *Igitur anno Traiani 14 Plinius Secundus ⟨No⟩uocomensis orator et historicus insignis habitus est secundum Cronica, cuius plurimi ingenii extant opera. Hic scripsit de historia naturali libros 37, quos Vespasiano cum epistula praemissa direxit. De quo ingenti eius uolumine excerpta in Speculo Naturali locis congruis inserui: eiusdem epistolas ad diuersos circiter centum reperi .... De huius epistolis hos paucos flores excerpsi.* — Excerpta omnia cum codice **B** congruunt.

[19] Cf. „Un manuscrit de Pline le jeune", in *Revue Critique* XV (1883), pp. 251 sqq.; Th. Stangl, „Die Bibliothek Ashburnham", in *Philologus* XLV (1886), pp. 220 sqq.; id., „Zur Kritik der Briefe Plinius des jüngeren", *ibid.*, pp. 642 sqq.

[20] Cf. D. Detlefsen, in *Rheinisches Museum* XV (1860), pp. 276 sqq.

nei (m^1), altera emendatoris aetate haud multo posterioris (m^2), menda quaedam in contextu correxerunt, et ductus litterarum euanidos saepe redintegrarunt. C. Paoli codicem tam accurate descripsit[21], ut altius omnia repetere superuacaneum sit. Indices solos, qui libris singulis praefixi sunt, hic subicere operae pretium esse uidetur:

[LIBER I.]

ADSECVNDVM ADARRIANVM
ADCANINIVM RVFVM · ADPOMPEIA ·
ADVOCONIVM · ADCORNELIVM TACITVM —
ADOCTAVVM RVFVM · ADPOMPEIVM —
ADMINVCIVM · ADATTICVM · ADFAVTVIVSTV · —
r (m^2)
ADCELEST · IVM TIRONEM · ADSOSSIVM · ADIVNIVM ·
ADSEPTICIVM · ADERVCIVM · ADCORNELIVM ·
ADSVETONIVM · ADROMATIVM · ADCORNELIVM ·
: ci (m^2)
ADPLINIVM · ADCALIVM · ADPOMPEIVM .
ADBAEBIVM F · FREQVENTER QVIA TARDIOREM ·
QVIDAGIT, QVANTVM COPIARV̄ · VIDISTI · RIDEBIS ·
VIDE// INQVO · PEROPORTVNE · MIRVMEST ·
SIQVANDO OLIM MIHI · IACTVRAM · MAGNV
PETIS · HEVS TVM · AMABAM · ESTADHVCCVRE ·
N (m^1)
SCRIBIS TE · MVNICEPS FREQVES · VTANIMI TVI ·
DIVIDIAM · CONSVLIS · TRANQVILLVS ·

(*Post* VIDE *rasura duarum litterarum, fortasse* BO: *in uerbo* MVNICEPS *litterae* PS *sunt manu altera in macula scriptae.*)

[LIBER II.]

Ad romanum post aliquot annos IN̄ Ad paulinu irascor nec liqu& michi
Adnepotem · magnis aeuum fama · Ad galuinā sipluribus pat̄ tuus
Ad lupcū actionem · a&atefrequent · Adauitū · longū ē altius rep&
Ad magnū · nereasenatuuestricio · Adcaninium studes an piscarisā
Ad apollinare · anxiūme&inq& · Ad octauium · hominemtepatient
f
Adarrianū · ΔΙΗΟΥΡΓΙΟΝ illud qd · Ad pri · cū & tuoccasionesoblig —
Admaximū · uerūopinaris · Adualerium quomodoteu&eres
Ad annium · tuquidem pc&era · Adgallūmirariscurmelaurent
Admarcium · quid aitemihi Iucundius ·
Adcerialē · hortarisutorationem · Ad caluisium · assempara&accipe

(*In l. 3 uerbi* frequent *littera ultima in rasura scripta, uerbi* Adauitū *litt.* au *in rasura.*)

[LIBER III.]

Adcaluisiumrufum · Nescio anullum
Aduibium maximum · Quodipse amicistuis ·
Adcaerelliae hispullae · Cumpatremtuum ·
Adcaeciliummacrinū · Quamuis&amici ·
Adbaebiummacrum · Pergratumest michi

[21] „I Codici Ashburnhamiani della R. Bibl. Mediceo-Laurenziana di Firenze", vol. I, pp. 53sqq.

Adanniumseuerum · Exhereditate quae
Adcaniniumrufum · Modonuntiatusest
Adsu&on tranqui · Facisadprocetera
Adcorneliumminicianū · Possumiamperscrib
Aduestric [iū *del.*] spurinn · Composuissemequaed
Adiuliumgenitor Estomninoartemidori
Adcatilinum seuer · Veniam adcęnam
Aduoconiumromanū · Librum quonuper
Adpatilium Rematrocem
Adsiliumprocul · Petisutlibellostuos
Adnepotem · Adnotasseuideorfacta
Adiulium seruian · Recte omnia
Aduirium seuerum · Officiumconsulatus dictaq ·
Adcaluisium rufum · Adsumoteinconsiliū
Admaesiummaximum · Meministinete
Adcornelium priscum · Adio ualeriūmartial

[LIBER IV.]

i Adfabium · prosoc cupispostlongum ·
ii Adattium · clemen · regulus filium
iii Adadrianum · antonin quodsimulatq · iterum
iiii Adsosium · senec uarisidium [*corr. ex* -uum] nepotem ·
v Adiuliumsparsum aeschinen aiunt
vi Adiulium nason · tuscigrandine excussi
vii Adcatium · lepidum saepetibidico
viii Admatur · arrian gratularismichi
viiii Adcornel · ursum · causamperhosdies
x Adstatium · sabinum scribismichisabinum
xi Adcornel · minic audistineualminic
xii Amatur · arrian · amasegnatiummarcum
xiii Adcornelium tacitum saluuminurbeuens
xiiii Add · paternum · tufortasse
xv Adminic · fundan siquidomnino
xvi Adualerium · paulinum gaudemeo
xvii Adclusinium · gallum & admones & rogas
xviii Adarr · antoninum quemadmodummag
xviiii Adcalpurn' hispull' cumsitpi&atis ·
xx Adnouium · maximum quidsenserim
xxi Aduelium cerialem · tristem&acerbum
xxii Adsempron · rufum inter fuiprincipis
xxiii Adpompon · bassum magnamcepiuoluptat
xxiiii Adfabium ualent proxime cumapud
xxv Admaesium maximum · scripseramtibi
xxvi Admęcil · nepotem petisutlibellos
xxvii Adpompei · falconem tertius dies est
xxviii Aduibium seuerum · herenniiseuerus
xxviiii Adromat · firmum · heatu proxime
xxx Adlicinium suram · attulit tibi

[LIBER V.]

Adanniumseuerum · legatummichiobuenit
Adcalpurn' flaccum · accepipulcherrimos
Adtitium ariston · cumplurimaofficia

Adiuiumualerianum ·	resparua
Adnouiummaximum ·	nuntiaturmichi
Addomit · apollinar ·	amauicuram
Adcalpurnium rufum ·	necheredeminstitui hīc adfi ·
Adtitinium caepionem ·	suades uthistoriam
Adsemproniumrufum ·	descenderaminbasilicam
Adsueton · tranquillum ·	////// ////liberatandem
Adcalpurn' fabat · pros	praecepilitterastuas [-cepi- *corr.* m^2 *ex* -cipi-]
Adscaurum · recitaturus	oratiunculam
Adterentium scaurum	& turogas
Adpontium · allifan'	secesseram [*corr.* m^2 *ex* secesserim] inmunic ·
Adarrium antonin'	cum uersus tuos
Adaefulanmarcellinum ·	tristissimus haectibi
Aduestric spurinna	scioquantoopere
Adcalpurn' macrum	beneest michi
Adualerium paulinum ·	uideo quam molliter
Adcornelium ursum ·	iterum bythini
Adpompeium · saturn	uariaeadfecerunt

(*Verba* hic adfi · , *uel fortasse* hic adn̄. — *sic enim legi, neque intellexi —, manu multo recentiore adscripta sunt.*)

Codicem **B** annis 1895 et 1898 bis ego, tertium altero anno uxor mea contulimus. Imaginem unius paginae (f. 2^r, I 5, 17—8, 8) phototypice expressit E. Chatelain, Paléographie des classiques latins, tab. CXLIII.

F Codex **F** (S. Marci 284) nunc in eadem bibliotheca Mediceo-Laurentiana repositus olim in bibliotheca monasterii S. Marci Florentiae seruabatur. Vbi terrarum antea fuerit, nondum compertum habemus, quanquam Keil[22] similitudinem quorundam codicum, qui ex monasterio S. Nazarii in Laurissa (Lorsch) in bibliothecam Palatinam translati sunt, detegere sibi uisus est, unde suspicabatur hunc codicem eundem esse „'librum epistolarum Gaii Plinii' quem decimo saeculo Laurissae fuisse catalogus codicum Laurissensium . . . indicat". Sed Keil errasse uidetur, qui codici **F** tam uenerabilem aetatem attribuerit. Per tria saecula omnem fere Plinii epistularum notitiam quam Itali habebant ex isto codice deducebant, quem identidem transscribendum curauerunt. Immo etiam cum codex ille qui octo libros continebat a Guarino publici iuris factus esset (cf. infra p. XIV), adhuc erant qui codicis Florentini textum maioris pretii quam scripturam nuper repertam ducebant. Vnde accidit ut codices permulti nunc exstent qui scripturam codicis **F** usque ad finem epistulae sextae libri quinti fideliter reddant, inde autem scripturam codicis octo librorum receperint. Et semper fere lectionibus ex Florentino deductis codices octo librorum plus minusue scatent, neque alium fontem excerpta illa testantur, quae in codicibus Italis miscellaneis saec. XIV et XV scriptis non raro leguntur.

Codex **F**, membranaceus, saeculo XI uel fortasse XII ab uno librario, ut uidetur, scriptus est. Continet autem foliis 1—40 Apulei opera quaedam

[22] Ed. 1870, Praef. p. XI.

(*De deo Socratis*, *Dialogum Hermetis Trismegisti*, *De dogmate Platonis*, *De mundo*); secuntur (foll. 41—77) epistulae Plinii I—V 6 (omissa IV 26, ut in codice **B**), unde numerus epistularum centum efficitur (cf. p. VII). Vna quaeque pagina circa 26, 5 cent. alta, 17, 5 lata est, et uersus 34 continet. Altera manus saec. XV quaedam interpolauit, et saepe uerba Graeca erasit, quae denuo in rasura litteris minusculis accuratius reposuit, uersione Latina in margine addita. Eadem (ut uidetur) manus post finem epistulae V 6 epistulas V 7—8, 4 *natura curiosi* de scriptura codicis alicuius octo librorum adscripsit.

Codicem **F** anno 1898 ego, anno insequenti iterum uxor mea contulimus.

Sed prius quam Florentinus liber hanc correctoris manum perpessus **H**
est, codex de eo descriptus erat, qui nunc apud Heluetios in bibliotheca Bernensium adseruatur (cod. **H**, Bernensis 136), saec. XIII,[23] ut uidetur, exaratus. Ex hoc codice lectiones quasdam in apparatum criticum admisi, eas scilicet quae scripturam pristinam codicis **F** referunt, reliquas neglexi. Codicem Helueticum anno 1903 ipse contuli.

Codex quem Parisinum appellaui, saec. XVI ineunte deperditus[24], libros **P**
decem seruauerat (testibus Budaeo et Aldo); num indices quoque librorum retinuerit, et quo locorum scriptus sit, incertum est; licet eum indices seruasse, si non certum, utique uerisimillimum esse uideatur. Apud Parisios certe ineunte saeculo quinto decimo codex e tenebris emersit, Iohanne Iucundo Veronensi adiuuante, qui modo Lutetiam Parisiorum iter fecerat, ut artem suam architecti in gratiam regis Franciae exerceret. De eo codice transscripta sunt exemplar libri decimi, quod magna ex parte sui truncatum Auantius in lucem prelo edidit (uide sis infra p. XX), et alterum, quod to- **A**
tum uolumen complectebatur, et ab Iucundo exemplatum et Venetias ad Aldum transmissum est. Iucundi beneficio etiam Gulielmus Budaeus (Guillaume Budé), indefessus ille antiquitatis indagator, uolumen inspexit, et quasdam eius partes exscribendas curauit, ut lacunas in suo exemplari epistularum Plinii impresso relictas impleret. Hoc Budaei exemplar, quod **I**
praeter ea supplementa manu librarii scripta, quae modo dixi, sescentis lo-

---

[23] Hagen in Catalogo librorum Bernensium codicem **H** saeculo XI—XII perperam adscripsit. Ceterum codicem **H** ex ipso **F** fluxisse testantur non lectiones solum, quae utriusque codicis inter se mirum in modum congruunt, sed etiam mutilatio quaedam nominis Fabati, *Ep.* IV 1, quae omnem dubitationem tollat. Etenim in marginibus codicis **F** inscriptiones epistularum ad miniatoris informationem a librario minutissimis litteris adnotatae, postea uel deletae uel abscissae sunt, cum margines foliorum detonderentur. Non nullae autem adhuc leguntur, uel integrae uel detruncatae. Itaque iuxta initium epistulae IV 1 in codice **F** relicta sunt uerba (margine detonso) *pliniu* . . . | *bato pro* . . | *cero su* . . (i. e. *Plinius Fabato Prosocero Suo*), quae inscriptio miniatoris culpa non in contextum recepta est. Igitur necesse erat ut librarius codicis **H** ad marginem se reciperet, quo inspecto sine ulla haesitatione in contextum suum reposuit *Plinius secundus bato procero suo salutem*. Nec desunt alia indicia quae eodem spectant. Haec in **F** marginalia, quae non raro pleniores quam in contextu inscriptiones exhibent, Keil neglexit, ego in apparatu critico diligenter adnotaui.

[24] V. autem quae nunc in Appendice (p. XXIII) scripsi.

i cis manu Budaei ipsius lectionibus ex codice Parisino excerptis (et infeliciter quibusdam aliis post aliquot annos de libris impressis Catanaei et Aldi depromptis) instructum, in bibliothecam Bodleianam (Oxonii) migrauit, ubi nunc adseruatur (cod. Auct. L. 4. 3), alibi[25] accuratissime descripsi. Hoc unum mihi meminisse liceat, librum nunc Bodleianum initio saeculi octaui decimi a Thomas Hearne, qui eum possidebat, amico eius Iohanni Masson esse communicatum, quem in sua Plinii Vita (ed. 1709, p. 165) de indole libri accurate disseruisse. E. G. Hardy, qui anno 1889 librum e tenebris bibliothecae Bodleianae feliciter eripuit, descriptionem a Masson publici iuris factam ignorasse uidetur.

Supplementi manu scripti (*Ep.* VIII 8, 3—20, 1), et epistulae IX 16, quae in omnibus editionibus ante Aldinam (1508) deficiens a manu Budaei ipsius ex codice scilicet Parisino in librum Bodleianum inducta est, omnes uarias lectiones in apparatum criticum rettuli, et ne quod subsidium scripturae codicis Parisini restituendae deesset, omnes lectiones manu Budaei quocumque tempore inscriptas (non exceptis quae cum textu congruunt) fideliter adnotaui.

Codicem Bodleianum anno 1906 ipse contuli; iterum discipula mea Dora Johnson quintum post annum contulit, et collationem mecum communicauit.

Codicem Parisinum ipsum Aloisius Mocenicus, legatus rei publicae Venetae, trans Alpes secum traxit, et Aldo dono dedit, qui editionem suam
a anno 1508 editam iam in manibus habebat. De forma et indole codicis effusius quam peritius ab Aldo docemur, qui in praefatione *has Plinii epistolas,* inquit, *in Italiam reportasti, in membrana scriptas, atque adeo diuersis a nostris characteribus, ut nisi quis diu assuauerit, non queat legere . . Est enim uolumen ipsum non solum correctissimum, sed etiam ita antiquum, ut putem scriptum Plinii temporibus. Quamobrem si, ut uidetur, a Plinii aetate ad haec usque tempora hoc epistolarum uolumen seruatum est . . . . Sed tibi in primis habenda est plurima gratia Inclyte Aloisi, qui exemplar ipsum epistolarum reportasti in Italiam, mihique dedisti, ut excusum publicarem. Deinde Iucundo Veronensi Viro singulari ingenio, ac bonarum literarum studiosissimo, quod et easdem Secundi epistolas ab eo ipso exemplari a se descriptas in Gallia diligenter ut facit omnia, et sex alia uolumina epistolarum partim manu scripta, partim impressa quidem, sed cum antiquis collata exemplaribus, ad me ipse sua sponte, quae ipsius est erga studiosos omneis beneuolentia, adportauerit, idque biennio ante, quam tu ipsum mihi exemplar publicandum tradidisses. Exeunt igitur hae Plinii epistolae in manus literatorum et tua, et Iucundi nostri in illos beneuolentia, emendatissimae.*

Quibus autem characteribus codex scriptus sit, definire non possumus. Aldo codicis aetatem tam uenerabilem eiusque scripturam tam lectu difficilem uisam esse, nemo mirabitur, nisi qui nescit uiros doctos saeculi Aldini artis palaeographicae imperitos de codicum suorum aetate non raro allucinatos esse. Si codex litteris Beneuentanis, uel litteris quae in Italia

[25] „On a Bodleian Copy of Pliny's Letters", in *Classical Philology* II (1907), pp. 129 sqq.

septentrionali ante aetatem Carolingianam in usu erant, uel litteris uncialibus scriptus erat, sat difficultatis Aldo praebuisse putandus est. Post quam Aldus editionem suam anno 1508 publicauit, codex praestantissimus euanuit, neque lectiones eius ex editione Aldina restitui possunt, quippe cum Aldus, sicut facile e textu ipsius colligi potest, et in epistula gratulatoria ad Mocenicum ipse enuntiat, alia quoque subsidia in auxilium aduocauerit, inter quae fuisse conicimus apographa codicis **F**, et aliorum codicum qui octo libros continebant, nec non exemplaria quaedam impressa, ut Pomponii Laeti (anno 1490), Beroaldi (annis 1498, 1501, 1502), Auantii (1502), Catanaei (1506), ut priores omittamus. Idem Aldus non sibi temperare sustinuit, ne coniecturas suas, saepe frigidas et inutiles, ita contextui insereret, ut auctoritas eius ualde diminueretur.[26] Nimirum lectiones libri Bodleiani, quoad suppetunt et a coniecturis Budaei ipsius et a lectionibus aliorum (certe Catanaei et, ut uidetur, Aldi) dehinc a Budaeo inductis distingui possunt, auctoritatem maiorem habent. Ceterum codicem Parisinum codicum **B** et **F** adfinem esse, nemo dubitabit qui apparatum criticum meum accuratius inspexerit, atque testimonia de libris epistularum decem archetypo codicis **B** et codice **P** ipso prolatis expenderit.

Quo uinculo codices **PBF** inter se cohaereant, discipulus meus, Frank Egleston Robbins, hoc stemmate olim illustrauit:[27]



Quo in stemmate *β codicem decem librorum designat, ex quo indices constructi sunt, qui postea libris singulis appositi in codice *γ adseruabantur. Codex *γ (saec. VIII?), ex quo **P** deriuatus est, integros decem libros et ipse seruabat; sed iam in codice *δ (saec. VIII uel IX?) omnia quae post V 6 leguntur deperdita erant. Indices librorum I—V in *δ (ut in *γ et *β) descripti sunt, quos **B** rettulit, **F** neglexit.

Haec iuueni doctissimo Robbins uisa sunt, neque absurde iudicauit. Nunc autem, post quam fragmentum Morgan feliciter detectum est,[28] quod litteris uncialibus saec. VI (ut iis uidetur qui codicem inuenerunt) scriptum indicem epistularum libri tertii continet, qui cum indice eiusdem libri in codice **B** adseruato maxime congruit, nimirum necesse est ut quaedam de sententia nostra commutentur. Indices scilicet librorum plane a codice quodam saeculo fortasse IV uel V exarato originem ducunt. Haec autem, ut multa alia, illis qui cito, ut spero et opto, suum pretiosum fragmentum in lucem daturi sunt, reseruari oportet.

---

[26] Cf. commentatiunculam meam „On the Use by Aldus of his Manuscripts of Pliny's Letters", in *Classical Philology* XIV (1919), pp. 29 sqq.

[27] V. supra adn. 15 et 16.

[28] V. Appendicem, quae post hanc Praefationem addita est (p. XXIII).

2. FAMILIA OCTO LIBRORVM.

Iam saeculo decimo codex epistularum Plinii Veronae in bibliotheca capitulari ecclesiae cathedralis exstitisse uidetur, quem Ratherius (890—974), episcopus Veronensis, in studiis suis adhibuit. Deinde tenebrae codicem inuoluunt usque ad saeculum quartum decimum, cum Iohannes de Matociis, mansionarius Veronensis, qui ibidem decade saeculi altera *Historiam Imperialem* nec multo post *Breuem Adnotationem de duobus Pliniis* composuit, codicem quendam prae manu habebat, quem plus centum epistulas continuisse certum est. Aliquos locos ex hoc codice in *Adnotationem* illam recepit, quam codici ipsi adiunxisse uidetur. Eundem codicem auctor anonymus perlegit, qui anno 1329 thesauros bibliothecae capitularis expilauit, ut *Flores Moralium Auctoritatum* componeret. Quae cum ita sint, quo modo iste codex epistularum per saeculum sequens hominum oculos effugere potuerit, recte mireris. Hoc solum pro comperto habemus, Guarinum Veronensem anno 1419, mense autem Aprili uel Maio,[29] codicem epistularum antiquissimum Veronae nactum esse, quem ipse ita describeret:

Adnot. de duob. Pliniis

Flor. mor. auct.

Nudius tertius quidam mihi commonstrati sunt mirae uetustatis codices, sacri ferme omnes. Vnum inter eos nactus sum, quo delectaberis audiendo, quem ad modum et ego ipse spectando. Epistulae sunt Plinii singulari uenerationе; litterarum facies perpulchra et inter annorum rugas splendide uigens et, ut diceret Virgilius, „cruda deo uiridisque senectus." Voluminis forma in angustum ⟨magis⟩ quam lata, ut eius in paginis ternae tendantur columnae, quasi rectissimi aruorum sulci. In octo diuisus est libros et epistulas circiter CCXX. Nulli deest titulus; aliquot transcurri; emendatissimae mihi uisae sunt et, quod non laetitiae solum sed etiam admirationi fuit, in tanta uetustate et aetate iam decrepita nusquam delirare uidentur. Tuas cum uentura naui in dies expecto, quas ad illarum exemplar emendare constitui; ut me adiutore ita castigatae redeant, ut neminem fallere, nusquam mentiri discant.

Quibus ex uerbis L. Traube conclusit[30] codicem Veronensem litteris uncialibus in Hispania esse scriptum. Mihi autem lectiones codicum Dm (u. infra p. XV) perscrutanti indicia alia huc spectantia desunt, immo uestigia quaedam in contrarium ducunt. Certe uix dubitari potest quin ille codex praestantissimus idem fuerit qui tam diu in bibliotheca Veronensi latebat, neque usquam postea apparuit.

Primo adspectu codicis modo reperti delectatus scripturam eius „emendatissimam" laudauit Guarinus, sed immodicae laudi mox ipse modum adhibuit. Nam haud cunctanter summo studio eum et transscribendum et emendandum curauit, unde exemplaria plurima per Italiam breui diffundebantur. Itali scilicet, qui adhuc centum tantum epistulas cognouissent, nouum codicem laeti accipiebant. Archetypum autem oculis hominum sub-

[29] Cf. R. Sabbadini, „Storia e Critica di Testi Latini" (Cataniae, 1914), p. 357, nec non alia opera eiusdem auctoris sagacissimi.

[30] Cf. eius „Palaeographische Forschungen" IV (*Abhandl. d. Kgl Bayr. Akad. d. Wiss.*, cl. III, uol. XXIV, pp. 28 sqq.).

ductum iterum in tenebras recessit, neque adhuc comparuit. An Guarinus ipse, ne furto argueretur, id celauit uel omnino perdidit? Guarinus nimirum in epistulis a Sabbadini prolatis identidem de codice suo aliis commodando scribit; sed hunc codicem saepius, uel semper etiam, apographum ipsius emendatum, non archetypum illud Veronense fuisse mihi certum esse uidetur.

Quoquo modo res se habet, exemplaria certe perpauca textum sincerum conseruabant. Nam alia, ut supra dixi, textui codicis **F** post finem epistulae sextae libri quinti (qua **F** deficit) reliquas epistulas nouo ex fonte ductas subiungebant, alia textus noui priorem partem lectionibus e scriptura codicis **F** selectis large interpolabant, alia denique inter tales lectiones et errores librariorum et coniecturas studiosorum auide proferebant. Excerpta ab Iohanne Mansionario et incerto auctore *Florum Moralium Auctoritatum* facta textum satis fideliter reddunt, quae omnia alibi edidi,[31] neque in apparatu critico rationem eorum neglexi. Locos huc spectantes anno 1909 in bibliotheca Veronensi exscripsi.

Codicem miscellaneum, qui Venetiis in bibliotheca S. Marci exstat (**m**, m Marcianus Lat. class. XI 37, chartaceus, saec. XV), anno 1899 excussi. Continet hic liber non nullarum Plinii epistularum exemplaria tria, quorum primum, quod textum epistularum I—II 17, 17 mutilatum atque interpolatum secundum codicem **F** exhibet, nullius pretii est; alterum (foll. 92 sqq.) diuersa manu et charta epistulas II 1—4, 2 reddit; id quoque nihili est; tertium *Breuem Adnotationem* illam (u. supra p. XIV) *de duobus Pliniis*, indicem inscriptionum libri primi epistularum, contextum libri primi (omissis epistulis 8, 12, 23, 24, quae neque in indice commemorantur), indicem epistularum libri secundi continet. Haec pars tertia ex ipso codice Veronensi exemplatum esse uidetur; emendationes quae omnium fere codicum, quos Guarinus et eius adsectatores tractarunt, communes sunt, nullas exhibet.[32] Quae cum ita sint, iure doleas quod librarius nihil ultra descripserit.

Codicem Venetum ipse inspexi et excerpsi; Dora Johnson accurate contulit, cuius ex schedis lectiones in apparatum criticum transscripsi.

Codex Dresdensis D 166 (D), membranaceus, saeculo XV nitidissime D scriptus, a Keil laudatus est, neque immerito, cum solus, ut mihi nunc uidetur, scripturam archetypi Veronensis, etsi non sine plurimis mendis, sincerius tamen quam alii, totam reddiderit. Altera manus quidem de aliquo centum epistularum codice scripturam correxit, sed ita ut uerba pristina non eraderentur. Libros I—VII et IX (pro VIII numeratum) continet. Primi libri quattuor epistulas (8, 12, 23, 24) proprio loco praetermissas post finem libri noni de scriptura codicis alicuius centum epistularum addidit eadem manus quae reliquas exarauit; epistula IX 16 prorsus omissa est; nec dubium est quin et ipsi archetypo Veronensi hae quinque epistulae iam

---

[31] „On the Eight-Book Tradition of Pliny's Letters in Verona", in *Classical Philology* V (1910), pp. 175 sqq.

[32] Vide sis plura in commentatiuncula mea „On a Venetian Codex of Pliny's Letters", in *Classical Philology* VII (1912), pp. 259 sqq.

defuerint. Et ordo epistularum librorum quinti et noni (aliter octaui) in codice D (et in omnibus octo librorum exemplaribus siue manu scriptis siue prelo impressis) diuersus est ab eo quem index codicis B in libro V et codex Mediceus (de quo u. infra p. XVIII) in libris V et IX seruarunt; quem ordinem et Aldus, qui codices Beluacensem et Mediceum non cognouit, haud dubie ex codice Parisino in IX (una cum ordine librorum VIII et IX ipsorum) recte restituit; in libro V ordinem epistularum quem codices octo librorum exhibent Aldus infeliciter retinuit.

Codicem Dresdensem Dora Johnson denuo contulit, et collationis Keilianae lectiones accuratissime explorauit et correxit. Lectiones ab illa benigne communicatas in apparatu critico exhibui; emendationes autem e scriptura codicis centum epistularum ductas neglexi.

Ne scripturae archetypi Veronensis deperditi restituendae alia subsidia
oux deessent, lectiones uarias codicum Ottoboniani lat. 1965 (o), Vrbinatis lat. 1153 (u), Vindobonensis 48 (x) in apparatum criticum recepi (neglectis in codice x multis quae manu altera postea correctae sunt), qui quidem codices prima in parte (I—V 6) multas lectiones e codice F deriuatas exhibent, alibi tamen textum archetypi Veronensis a Guarino et aliis emendatum satis fideliter repraesentant. Omnes membranacei sunt, saeculo XV (x anno 1468) scripti, et epistulas easdem quas D eodemque ordine dispositas praebent. Nec est cur Keilii sententiam approbemus, qui codicibus eius generis testimonium editionum typis impressarum (pr, quas Laetus, Beroaldus, Catanaeus [ς] magna ex parte iterauerunt) similiter uel multo magis interpolatarum praeposuerit.

Codicem o anno 1899 ego, codicem u eodem anno uxor mea, aliquot folia et omnes correctiones codicis x anno 1909 ego, paulo post imaginem codicis photographicam ambo contulimus.

Stemma codicum qui octo libros continent adhuc desideratur, neque prius depingi poterit quam schedae Dorae Johnson nuper mortuae accuratius fuerint excussae. Indicem codicum omnium cuiuscumque familiae, qui nobis sunt cogniti, illa me adiuuante iam publicauerat.[33]

3. FAMILIA NOVEM LIBRORVM.

Scriptura codicum nouem librorum studiis eruditorum saec. V—VI emendata ex Italia ad Germanos transuecta circa Rhenum primas partes agebat, sicut fere codex F apud Italos. Vestigia illius textus undique apparent, quanquam uix credibile est multis codicibus illum propagatum esse. Nam catalogi bibliothecarum antiqui hic illic mentionem quidem Plinii faciunt,[34] sed praeter duo exemplaria manca et quaedam excerpta, quae ad nos peruenerunt, nullus Italorum saec. XIV—XV indagator codicem uspiam Plinia-

[33] „The Manuscripts of Pliny's Letters", in *Classical Philology* VII (1912), pp. 66 sqq.

[34] Cf. G. Becker, *Catalogi bibliothecarum antiqui* (Bonn, 1885), ind. s. u.; M. Manitius, „Philologisches aus alten Bibliothekskatalogen", in *Rheinisches Museum* XLVII (1892), Erg.-H. pp. 69 ff.

num in Germania eruere potuit. Interim saec. XV codices octo librorum, qui iam lectiones ex codice **F** ductas receperant, ex Italia ad septentriones uenerant, nec mirum est quod huius modi exemplaria lectionibus librorum ibi adseruatorum correcta, et potissimum textu libri octaui, qui adhuc Italis prorsus ignotus fuit, suppleta sunt. Sic orta sunt exemplaria octo librorum quae cum lectiones codicis **F** et traditionis Germanicae (ut ita dicam) exhiberent, tum ad calcem librum epistularum octauum pro nono positum enumeratumque recepissent. Huius generis mixti exemplar unum, quod infeliciter aliquot schedas, quae epistulas VIII 8, 3—18, 11 continebant, iam ante perdiderat, longius prosequi licet. Nam unum eius modi apographum Schurener quidam, typographus Bopardiensis, Romae anno 1474 (ut iis uisum est qui artis typographicae peritissimi habentur) typis expressit (**r**). Exemplar manu scriptum, ut fere fiebat, euanuit, neque prius eiusdem stirpis codices usquam commemorati sunt quam Dora Johnson tres detexit,[35] Taurinensem 297 (**t**), Chigianum H. V. 154 (**c**), qui olim Francisci Piccolominei (Pii Papae III, † 1503) fuit, Oratorianum 34 (**n**, Neapolitanum), qui omnes magna illa lacuna (VIII 8, 3—18, 11) mutilati sunt. E quibus codex **t** maxime memorabilis est, quod lectiones Germanicae traditionis plures quam codex **c** seruauisse uidetur. Lectiones non nullas exhibent ambo de quibus primum a Pomponio Laeto (ed. anno 1490) prolatis Keil (ed. 1870, Praef. p. 20) recte obseruauit credendum esse codicem aliquem Laetum prae manu habuisse eiusdem stirpis sed meliorem quam ille liber quem Schurener expressisset. Codex **c** archetypo proximo editionis Romanae artius cognatus est quam codex **t**, neque uero tam similis, ut alium de alio scriptum necesse habeamus credere. De codice **n** nihil adhuc certi habeo quod scribam. Si indicia de eo ad me fideliter perlata sunt, cum editione Beroaldi (anno 1498) ita congruere uidetur, ut de exemplari impresso eum descriptum esse crediderim.

r

tcn

Editionis Schureneri Romanae (**r**) exemplar Bodleianum anno 1906 diligenter contuli, neque memorabiles lectiones detexi, nisi in libris VIII et IX 26, 8—IX 40 (ubi codex **M**, de quo u. infra p. XVIII, deficit). Neque est cur tam interpolatum uolumen totum, ut Keil, in apparatu critico exhibeam; solas libri octaui lectiones recepi. Collationes codicum **c** et **t** Dora Johnson mecum amicissime communicauit, e quibus lectiones libri noni epistularum 26, 8—40, quae in codice **M** deficiunt, in apparatu critico exhibebuntur.

Dum haec, quae supra commemoraui, in Germania et Italia geruntur, codex quidam stirpis olim emendatae, tempore et loco incerto acquisitus, in bibliotheca Vaticana latebat, unde Pomponius Laetus eum in lucem protraxit atque multas eius lectiones in marginibus exemplaris sui editionis Taruisii anno 1483 impressae adnotauit. Hoc exemplar, quod fortasse in usum typographi destinauerat Laetus, cum editionem suam anno 1490 edendam praepararet, nunc domi habeo, Romae anno 1899 emptum.

V

Codex Vaticanus (Lat. 3864, **V**), membranaceus, saeculo X, uel fortasse

[35] Cf. supra adn. 33.

IX, foliis 133 (circ. 23 cent. altis, 18 cent. latis) minusculis Carolingianis scriptus est, et Caesaris *De Bello Gallico* I—VIII, fragmentum Ethici, Plinii *Epistulas* I—IV (foll. 78—108) continet, quas orationes et epistulae Sallustianae secuntur.[36] Saeculo XV corrector quidam lectiones aliquot de alio fonte ductas interpolauit, quas omittere libuit. Manus autem coaeua, eadem fortasse quae codicem exarauit, in foliis primis aliquot locos atramento perpallido correxit, qui Keilii oculos effugerunt. Imaginem unius paginae (fol. 91^{v}, II 20) phototypice expressit E. Chatelain, „Paléographie des classiques latins", tab. CXLIV[1]. Codicem V anno 1899 ipse contuli.

Recensionem Laeti lectionibus codicis V et alterius cuiusdam libri codicibus cnt arte cognati instructam secuti sunt Beroaldus (annis 1498, 1501) et Catanaeus (anno 1506); nec est cur credamus alia subsidia, quam quae Laetus adhibuit, alterutri praeter ingenium suum suppetisse. Exemplaria scilicet iam ante prelo impressa et codices octo librorum deteriores cum apographis codicis F cum Laeto tum Beroaldo et Catanaeo prae manibus fuerunt.

Nullus ad id tempus codex illi Vaticano propinquus Italis in notitiam peruenerat, si codices cnt et similes praetermittimus. Anno autem circa 1508 ex abbatia Corbeiensi, ut uidetur,[37] Germanis ereptus et Romam translatus est ille codex singularis qui *Annales* Taciti I—VI una cum *Epistulis* Plinii uno uolumine complectebatur. Leoni Papae X uenum datus codex praestantissimus in bibliotheca Vaticana requiescebat, unde Catanaeus in subsidium editionis suae alterius (anno 1518 editae) eum aduocauit.[38] Quo tempore schedae *Annalium* ab illis *Epistularum* disiunctae sint, certe definire non possumus.[39] Codices ambo una cum aliis Mediceis ex bibliotheca pontificia posthac Florentiam in Laurentianam migrauerunt, ubi adhuc adseruantur.

M Codex Mediceus (plut. XLVII, no. 36, M) nunc Plinii *Epistulas* I—IX 26, 8 solas continet, quo loco librarius difficultatibus scilicet uerborum Graecorum defessus opus abrupit. Membranaceus, saec. IX, fasciculis 17, foliis 137 (circ. 24 cent. altis, 19 latis) minusculis Carolingianis scriptus est. Scriptura paginarum singularum spatium circ. 17 cent. in altitudinem,

[36] Amicus meus, Bernardus L. Ullman, me nuper admonuit catalogum (circ. ann. 1200) bibliothecae Corbeianae (cf. Becker, op. cit. in adn. 34 supra, p. 282, *136. Corbeia*) fortasse hunc codicem V, uel eius archetypum, commemorauisse, ubi scriptum est, *191. historia Gaii Caesaris belli Gallici. — 192. cronica eiusdem cum quibusdam epistolis. — 193. Philippicarum.* Scire oportuit codicem V inscriptione operis, quae epistulas Plinii esse adfirmet, omnino carere.

[37] Cf. E. Chatelain, „Paléographie des classiques latins", ad tab. CXLV; Vitelli-Paoli, „Collezione fiorentina di facsimili paleografici greci e latini", ad tab. 39; H. Rostagno, *Codex Laurentianus Mediceus 68 I phototypice editus, praefatus est H. R.* (Lugduni Bat., 1902); et opera ab illis citata.

[38] Cf. epistulam Catanaei Iacobo Badoleto, episcopo Carpentoratensi, initio operis inscriptam: *Accessit ad curam nostram earundem epistolarum antiquissimi codicis Pontificii, qui cum libris quinque Cornelii Taciti nuper inuentis coniunctus fuerat, per Philippum Beroaldum Iuniorem elegantis doctrinae uirum inspiciendi facultas*, etc. Hic erat Beroaldus iunior, Vaticanae bibliothecarius, qui *Annales* Taciti ad fidem codicis eiusdem iam ante Romae, 1515 ediderat.

[39] Cf. Rostagno, op. cit., adn. 37 supra.

13 cent. in latitudinem explet. Sedecim fasciculi quaterniones, ultimus quinio sunt. Paginae singulae decem fasciculorum (foll. 1—79) uersus uicenos quaternos, inde usque ad medium fasciculum septimum decimum (foll. 80—132) uersus uicenos quinos, paginae reliquae uersus uicenos senos exhibent, excepto folio 137^{r}, quod uersus uiginti quinque habet. Codex est alia manu scriptus quam codex Taciti *Annalium*, cui olim coniunctus erat.

Codicem **M** anno 1898 ipse contuli. Imagines paginarum singularum phototypice expresserunt, fol. 115^{v} (Ep. VII 33, 7—VIII 1, 3) E. Chatelain, fol. 54^{r} (Ep. IV 9, 23—11, 1) Vitelli-Paoli, in operibus supra adn. 37 citatis.

Codices **M** et **V** propinqua cognatione iunctos esse facile perspiciet qui apparatum criticum breuiter excusserit. In primis iisdem magnis hiant lacunis (I 16, 1 *uero*—20, 7 *ederet*; III 1, 11 *fuit*—3, 6 *potes*; III 8, 4 *est uale*—9, 28 *diligenter*). Hoc quoque luce clarius est, codicem **V** (qui aetate recentior est) non ex codice **M** descriptum esse: cf., e. g., I 12, 1 facilis **M** fatalis (*corr. m*^{1} *ex* falis, *quae et scriptura archetypi fuit*) **V**; I 12, 12 doleo *semel scr.* **M**, *bis* (*recte*) **V**; II 11, 1 per *om.* **M**, *add.* **V**; II 14, 8 potui *om.* **M**, *add.* **V**; III 7, 12 Piso pater *om.* **M**, *add.* **V**; III 16, 3 pari *om.* **M**, *add.* **V**; III 5, 16 inquid horas non impenderetur (*corr. m*^{2} *ex* impederetur; *man. recentior aliquid omissum esse adnotat et in marg. add.* desunt) **M** inquid non perdereperireenim arbitrabatur quiaquid studiis non impenderetur **V**. Non est cur exempla cumulem; trecenta adsunt.

Alia nouem Germanicae traditionis librorum uestigia in excerptis quibusdam exstant,[40] quorum lectiones a me collatas in apparatu critico exhibui.

Fortuna iniquior in finibus Germanorum textum nouem librorum adflixit. Epistulae aliquot deperditae, reliquarum ordo confusus, scriptura deprauata est. Ex qua coluuie orti sunt codices Harleianus 2497 (olim Cu- **Harl.**
sanus), saec. XV, et Pragensis XIV A. 12, saec. XIV—XV. Meliorem illum **Prag.**
in bibliotheca Musei Britannici anno 1906 excussi. De uirtutibus codicis Pragensis delirabat Titze, qui in praefatione (p. viii) editionis suae anno 1820 (et postea 1823) editae hunc codicem esse apographum codicis Visigothici saec. V exarati, quem ipsum ex archetypo temporibus Plinii descripto exemplatum fuisse, audacter contendit. Codex Harleianus easdem fere habet lacunas quas **MV**, librarius autem codicis Pragensis lacunas aliunde carptim expleuit. Pragensi nullam esse auctoritatem tribuendam recte iudicauit Keil: idem de Harleiano ualet.

Sed iam satis de trium familiarum codicibus eorumque fortuna scripsi,[41] neque codicum qui diuersa ex origine orti esse uideantur ulla indicia adhuc reperire potui. Nam incertae stirpis lectiones, quas hic illic a studiosis pro-

[40] Videlicet in cod. Monacensi (olim Ratisbonensi) 14641, membr., saec. IX (I 6 et VI 10); cod. Leidensi Vossiano Lat. 98, membr., saec. X (I 1—2, 6), apud de Vries, *Exercitationes palaeographicae de Plinii Minoris Epistularum fragmento Vossiano notis Tironianis descripto* (Lugduni Bat., 1890). **Monac.** **L**

[41] De omnibus his rebus cf. et commentatiunculam meam, „The Tradition of Pliny's Letters", in *Classical Philology* X (1915), pp. 8sqq.

latas inueneris, omnes haud dubie per coniecturam uel errorem fictas esse recte suspiceris.

Quod ad textum epistularum nouem libris comprehensarum attinet, ut iam supra (p. V) scripsi, in arte critica exercenda iis adsentior qui archetypum familiae nouem librorum (**MV** et al.) olim a nescio quo uiro erudito, uel fortasse a pluribus, recensitum et Marte suo correctum esse credunt. Neque uero credibile mihi uidetur codices **MV** ordinem uerborum, codices **PBF** uerba ipsa accuratius et diligentius seruauisse. Quis enim in codicibus excutiendis mediocriter uersatus sibi persuadere poterit hominem saeculi quinti uel sexti, qui se ad textum scriptoris antiqui secundum artis leges emendandum adcinxisset, uerba quidem ipsa immutare ausum esse, sed ab ordine uerborum manus religiosissime abstinuisse? Nunquam tam exiguis finibus se continebit natura humana, cum semel terminos modestiae excessit. Quae cum ita sint, nequaquam crediderim duos traditionis, quae uocatur, fontes constitui posse, quorum uno uerba scriptoris ipsa quidem temere uariata, ordinem tamen uerborum pie custoditum, altero autem uerba contra impetum emendatorum fortiter defensa, ordinem uero uerborum audacter turbatum esse appareat. Familia scilicet decem librorum (**PBF**) ab interpolationibus et uerborum transmutationibus non utique libera est (quis tandem codex manu hominis exaratus humanis erroribus plane exemptus fuit?), uerum artificiosae istius, quam perhibent, recensionis nulla prorsus indicia nobis ostendit. De fide editioni Aldinae attribuenda uide sis supra p. XIII et adn. 25. Familia octo librorum, quantum scriptura archetypi Veronensis ex libris saeculo XV descriptis (**Dmoux**, etc.) restitui potest, ueram antiquitatem olet, nec sine periculo eam contemnere licet. Sed praesertim illis locis quibus codices nouem et octo librorum contra ceteros inter se consentiunt, cauendum est ne iudicio decipiamur; semper enim reminiscendum est familiam octo librorum non prius a nouem librorum familia esse segregatam quam utraque emendatoris manum perpessa esset. Ex tribus ceterum familiis illam quae decem librorum est haud dubie ut sincerissimam aestimare oportet, neque autem tam excellens est ut alias aequo animo neglegas. Cuiuscumque enim familiae lectiones sunt, singulae expendi debent. Nullus uero codex, nulla codicum familia mendis uacat, et „ratio et res ipsa", ut Anglus ille doctissimus adfirmare audebat, „centum codicibus potiores sunt". Editoris autem fastidium uel deliciae nunquam pro ratione et re ipsa ualere possunt.

DE LIBRO QVI AD TRAIANVM DICITVR.

Non nulla de origine et fortuna illius libri, qui epistulas a Plinio ad Traianum et a Traiano ad Plinium missas continet, iam supra (pp. III, VI. et adn. 11) scripsi. Hoc loco plura addere libet, praesertim de modo quo liber ille tenebris inde ab origine inuolutus denique saeculo sexto decimo ineunte in lucem emersit.

A Anno 1502 mense Maio Hieronymus Auantius Veronensis sub inscrip-

tione *C. Plinii Iunioris ad Traianum Epistolae · 46 · nuper repertae cum eiusdem responsis* librum tenuem publicauit, quo epistulae quaedam Plinii et Traiani inde a saeculo post Christum natum secundo prorsus ignotae ante oculos populi admirantis exhibebantur. Inscriptio epistulae primae in libro Auantii sic legitur, ¶ *De lacu Nicomedensium Epistola. · XXVII ·*, epistulae ultimae, ¶ *De Diplomatibus. · LXXIII ·*. Hae uero sunt epistulae 41—121, secundum enumerationem quae nunc ab omnibus accepta est. Quo terrarum repertae, ubi sint epistulae 1—40, aut quo casu non sint cum aliis inclusae, ex uerbis Auantii parum liquet. In breui praefatione, *Petri Leandri industria,* inquit, *ex Gallia Plinii iunioris ad Traianum epistolas licet mancas deprauatasque habuimus: quas pro uirili mea castigatas impressorum beneficio emittendas censuimus.* Haec breuitas et obscuritas in re tam mirabili una cum multis in scriptura mendis, quanquam eam esse castigatam profitetur, festinationem nimiam fortasse ob furti conscientiam prodit.

Octauo post mense quam Auantius suam editionem publicauit,[42] Philip- **Ber.**
pus Beroaldus Bononiensis easdem epistulas (sed sine numeris adpositis) edidit. De fonte scripturae tacet: *Hae sunt Epistolae aliquot*, inquit in praefatione sua, *quae nuperrime in lucem prodierunt .... has proxime recognoui, emaculatasque una cum Panegyrico imprimendas dedi.* Sed nequiquam tacet; nullum enim alium fontem pro eo fluxisse quam librum Auantii impressum luce clarius est. Si ueritatem plane patefacere nolebat, falsa certe non profitebatur. Ingenium suum non nullas emendationes probabiles in textum ab Auantio prolatum praebuit; hoc tantum modo omnes lectiones uariae Beroaldi explicandae sunt.

Anno 1506 Iohannes Maria Catanaeus editioni suae, quae easdem epi- **Cat.**
stulas Plinii nouem libris comprehensas quas Pomponius Laetus (1490) et Philippus Beroaldus (1498 et 1501) iam ante ediderant, continebat, librum addidit sic inscriptum: *.C. Plinii Caecilii Epistolae ad Traianum Imp.*: de quo libro in praefatione sua illa, quae secuntur, profert: *Fatear tamen necesse est primum nobis in animo fuisse has* ⟨epistolas ad Traianum⟩ *intactas relinquere: et quia uno tantum exemplari praeter impressa nec illo admodum uetusto adiuti fuimus: et ne iccirco ansam maledicis obiurgandi daremus.* Haec exemplaria impressa scilicet libri Auantii et Beroaldi erant. Sed praeter ea Catanaeus profitetur se exemplar manu scriptum habuisse Cum autem textus Catanaei cum textu Auantii mendoso et Beroaldi emendato confertur, clare apparet nullum alium fontem ei praesto fuisse. Catanaeus lectorem decipere uoluit, ut editio sua honorem acquirere maiorem posset.

Idem de editione Catanaei altera (anno 1518 in lucem edita) uel cer- **Cat.²**
tius demonstrari potest. In hoc opere Catanaeus omnes libri decimi epistulas conclusit, quae iam ante (anno 1508) ad fidem codicis Parisini ab Aldo prolatae erant. (Nec non repetiit Catanaeus ab Aldo in libro VIII epistulas 8, 3—18, 11, quae in omnibus editionibus ante Aldum desiderabantur.

[42] Mense scilicet Ianuario, 1502; sed tunc annus ciuilis mense Martio incipiebat.

et in Aldina ex codice Parisino suppletae erant.) Iterum Catanaeus copias nouas sibi finxit. In praefatione altera de Aldo prorsus silet, sed de suis subsidiis impudenter ita disserit: *Emiseram iampridem commentarios in eas Plinii Caecilii epistolas, quae forte tunc impressae circumferebantur. Caeterum cum postea Romam uenissem, ac cum Dominico Mamiliano uiro in libris antiquae lectionis perquirendis diligentissimo beneuolentiam contraxissem, descriptas mihi de uetustissimo codice germanico plures ad Traianum, et insuper quasdam eiusdem Plinii ad amicos epistolas legendas obtulit, quae de libro octauo exciderant,* etc. Sed ut alia ualde improbabilia omittamus, cum scriptura epistularum X 1—40, nunc primum a Catanaeo editarum, cum lectionibus in iisdem epistulis olim ab Aldo publicatis conlata est, mala fides Catanaei clare elucet. Nullum manu scriptum exemplar neque Germanicum neque aliunde natum habuit. Editio Aldina sola pro auctoritate noua ei seruiebat, quam suo ingenio multis locis neque semper male emendatam usque sequebatur.[43]

Vt ad priora nunc redeamus, Gulielmus Budaeus exemplaria editionum nouem Plinii librorum a Beroaldo (1498) et epistularum 41—121 ad Traianum ab Auantio (1502) publicatarum impressa possidebat, quae apographis epistularum illis libris deficientium ex codice Parisino descriptis in usum suum suppleuit. Hos duos libros sic perfectos in unum uolumen collegit, quod insuper permultis lectionibus ex eodem codice Parisino selectis in partibus typis impressis adornauit (cf. supra p. XI et adn. 25). Hoc Budaei exemplar, ut supra dixi, in bibliotheca Bodleiana adhuc exstat.

Interim Iucundus apographum totius codicis Parisini descripserat, et ad Aldum miserat. Post duos annos Aloisius Mocenicus, legatus Venetus ad curiam regis Francorum, codicem ipsum trans Alpes trauexit et Aldo donum dedit. Cuius codicis ad fidem (editionibus Auantii, Beroaldi, Catanaei et suo ingenio adiuuantibus) anno 1508 omnes Plinii ad Traianum epistulas cum eiusdem responsis ut librum decimum Plinii epistularum Aldus in lucem primus edidit. Qua autem fide restricta Aldus codice suo unico usus sit, alibi exposui (cf. supra p. XIII et adn. 26). In editione altera (anno 1518) paucas mendas impressoris culpa admissas correxit, et paucas coniecturas suas substituit.

Lectiones editionum Auantii, Beroaldi, Catanaei, et Aldi de exemplaribus, quae possideo, ipse contuli; librum Bodleianum, ut supra (p. XII) dixi, ipse contuli, et Dora Johnson denuo contulit, et mihi collationem suam dono dedit.

Quod ad textum huius libri decimi restituendum attinet, in epistulas X 1—3B unum testem solum (uidelicet Aldum) citare possumus, cum unum folium, quod has epistulas cum inscriptione libri decimi continebat, ex libro Bodleiano mature excisum esset. In epistulas X 4—40 duos testes, editio-

[43] Haec et multa alia de ratione, quae inter editiones Auantii, Beroaldi, Catanaei, Aldi intercedat, plenius accuratiusque demonstraui in commentatiuncula mea, „On the Early Printed Editions of Pliny's Correspondence with Trajan", in *Classical Philology* V (1910), pp. 451 sqq.

nem Aldinam et apographum Bodleianum, habemus, quorum Bodleianum multo locupletius est, cum Aldus coniecturas suas inutiles non raro textui iniecisset. In epistulas X 41—121 tres testes, Auantium, Aldum, Budaeum aduocare possumus, quorum tertius multas lectiones de codice Parisino in foliis editionis Auantii sua manu inscripserat. Quae lectiones saepe plus ualent quam illorum, quoniam scriptura Auantii mendosior, Aldi autem coniecturis deformatior est. Quibus locis Beroaldus et Catanaeus ab Auantio (uel Catanaeus in editione altera ab Aldo) dissentiunt, coniecturas tantum suas protulerunt.

Opere iam ad finem perducto, editoris officio me satis fecisse uix adserere ausim; intento animo uoluisse sufficiat. Restat ut iterum gratias illis agam qui me opera et consilio adiuuerunt, in primis Riccardo C. Kukula (quem intra primos pacis dies morte abreptum ualde doleo), deinde et uxori meae, quacum in terris alio sole calentibus multos dies foliis codicum excutiendis feliciter exegi, et discipulis meis, qui e paedagogio exierunt ut studia alibi longius prouehant, et bibliopolae honestissimo, qui hanc editionem liberalissime typis excudendam curauit.

Pleraque, quae supra sunt lecta, anno 1914 scripsi et ad bibliopolam misi. Mox bello ingruente opus abruptum est; nunc autem, cum maesti et maerentes ad sanam mentem iam denique reuertimur, et occupationes diu intermissae resumuntur, quaedam interpolare licuit.

ELMER TRVESDELL MERRILL.

Scribebam in Vniuersitate Chicaginiensi, mense Martio, A. D. 1921.

APPENDIX

Post quam hanc Praefationem scripsi, E. A. Loew et E. K. Rand in bibliotheca Iohannis Pierpont Morgan, ciuis Nouieboracensis bene cogniti, fragmentum codicis *Epistularum* Plinii feliciter detexerunt, quod illius codicis Parisini, quem saeculo XVI ineunte deperditum esse supra (p. XI) indicaui, partem esse credunt. Foliis sex (numeratis 48—53) litteris uncialibus saec. VI (ut iis uidetur) scriptum est; epistulas II 20, 13 *cessit ut ipse* usque ad III 5, 4 *uiginti quibus* continet; post inscriptionem libri tertii indicem epistularum, quae in illo libro leguntur, talem, qualis in codice **B** adseruatus est, exhibet. Fragmentum pretiosum ii qui inuenerunt publicare destinant: interim collationem a Loew factam et mihi benignissime communicatam huic Praefationi adiungere permissum est (schedae meae usque ad *Ep.* VI 18 iam pridem typis excussae erant). Numeri lectionibus praepositi paginas et uersus in hac editione *Epistularum* indicant:

P. 62. 23 duplicata 24 millies *corr.* m^2 *saec., ut uidetur, VI ex* milies m^1 25 improbissimum

P. 63. 1 · C · PLINI SECVNDI EPISTVLARVM · EXP · LIBER · II · | · INC · LIB · III · FELICITER

ad caluisium rufum
nescio an ullum
ad uibium · maximum
quod · ipse amicis tuis
ad caerelliae hispullae (h- *in ras.*)
cum patrem tuum
ad caecilium (*corr. m¹ ex* caelium)
macrinum
quamuis et amici
ad baebium macrum
pergratum est mihi
ad annium seuerum
ex hereditate quae
ad caninium rufum
modo nuntiatus est
ad sueton · (-t- *in ras.*) tranque ·
facis ad pro cetera
ad cornelium (c- *in ras.*) mincianum
possum iam perscribere
ad uestric · spurinn ·
composuisse me quaed ·
ad iulium genitor ·
est omnino artemidori
ad catilinum seuer ·
ueniam ad cenam
ad uoconium romanum
librum quo nuper
ad patilium
rem atrocem
ad silium procul ·
petis ut libellos tuos
ad nepotem adnotasse uideor fata
dictaq · (*inter uu. inseruit m¹*)
ad iulium seuerian · (*corr. m¹ ex* seueria-
num)
recte omnia
ad uirium seuerum
officiu consulatus
ad caluisium rufum ·
adsumo te in consilium
ad maesium maximum
meministine te
ad cornelium priscum
audio ualerium martial ·

5 salutem (*ut semper*) 10 adhuc confusus a quaedam 11 ordinata *corr. m² coaeua, ut uidetur, ex* ornata *m¹* 12 serua *corr. m² coaeua, ut uidetur, ex* sera *m¹* 15 lectulo (-e- *corr. ex* -u- *m¹*) 19 considet *corr. m² coaeua ex* considit *m¹*

P. 64. 7 doctissima 8 hilaritas *corr. m² coaeua, ut uidetur, ex* hilaritatis *m¹* sanctitas *corr. m² coaeua, ut uid., ex* sanctitatis *m¹* 9 balnei 14 adponitur *corr. m² coaeua, ut uid., ex* adpontur 15 chorinthia *corr. ex* corinthia *m¹* 16 et adficitur 17 nemini *corr. ex* nemi *m¹* 23 qui horum 24 obiit *corr. m² coaeua ex* obit *m¹* 27 longius euehi *corr. m recentior, saec. fort. VII, ex* longius se uehi *m¹*

P. 65. 3 optulissem 6 large *corr. ex* lange, *ut uid., m¹* 9 karet 10 posset *corr. m² coaeua ex* possit *m¹* 18 C · Plinius · Corelliae · salutem 20 teque in memoriam 21 unice *corr. m² coaeua, ut uidetur, ex* inuice 22 exsistat 23 quamquam *corr. m¹ uel m² coaeua ex* quamqam spectatusque *corr. m² coaeua, ut uid., ex* spectatus *m¹* 25 sibi inbutus 26 refert *corr. m² coaeua ex* referat *m¹* 28 uel *corr. m² coaeua ex* est *m¹* conferanda

P. 66. 2 pulchritudo *corr. m² coaeua ex* pulcritudo *m¹* 5 genitorem *corr. m² coaeua ex* gentiorem *m¹* amantur *corr. m recentior ex* amatur *m¹, quod posthac restituit* 6 iudicio *corr. m² coaeua ex* idicio *m¹* karitas ex *om. m¹, add. m, ut uid., recentior* 12 nescisse *corr. m, saec fort. VII ex* nes se *m¹* nec *corr. m², ut uid., coaeua ex* ne *m¹* 14 diis trade eum *corr. m, ut uid., recentior ex* tradeum *m¹* 18 suo *om.* 20 comprouasse 21 optassem *corr. m¹ ex* otassem 22 iudicium *corr. m¹ ex* iudicianm 23 accepto — aerari *om. postea add. m¹* 24 proconsulatu *corr. m¹, uel m² coaeua, ex* proconsulatus 25 caecilii 27 factum *corr. ex* factumtum 28 darer *corr. m² coaeua ex* dare *m¹*

P. 67. 2 postulauerunt *corr. m² coaeua ex* postlauerunt *m¹* 3 patrocinii *corr. m² coaeua ex* patroinii 5 patres conscripti] p. c. adtulisse 8 quidem minoris 9 hospitum *corr. m², ut uid., coaeua ex* hospitium *m¹* 10 accusationibus uoluntariis 11 hospitii *corr. m¹ ex* ospitii iura *corr. m², ut uid., coaeua ex* ura *m¹* 12 iisdem priore 15 obligan ti *corr. m recentior ex* obliga ti *m¹* 18 tristissimum *corr. m² ex* tristitissimum *m¹* 20 computabam fungerer *corr. m² coaeua ex* fungere *m¹* 25 iucunda *m¹, i sscr. m, ut uid., recentior* dissentientis *corr. m, ut uid., recentior ex* dissitientis *m¹* 26 comprobantis

P. 68. 2 C · Plinius macro · suo · salutem 3 auonculi 4 fungar *corr. m² ex* defungar *m¹* 8 composuit

C. PLINI CAECILI SECVNDI

EPISTVLARVM

LIBRI NOVEM

INDEX LIBRORVM ADHIBITORVM

Horum librorum scripturam integram (scilicet praeter orthographica solita) denuo collatam exhibui:

B, cod. Ashburnham R 98 [37], olim Riccardianus
F, cod. S. Marci 284
M, cod. Mediceus plut. XLVII no. 36
V, cod. Vaticanus lat. 3864
D, cod. Dresdensis D 166
m, cod. Marcianus Lat. class. XI. 37
o, cod. Ottobonianus lat. 1965
u, cod. Vrbinas lat. 1153
x, cod. Vindobonensis 48
a, editio Aldina an. 1508 (**a**^{2}, editio Aldina altera an. 1518)

Horum excerptorum scripturam integram denuo collatam exhibui:

I, cod. Bodleiani Auct. L. 4. 3 supplementa manu scripta ad lib. VIII
i, cod. Bodleiani Auct. L. 4. 3 adnotationes manu Gulielmi Budaei adscriptae
L, cod. Leidensis Vossianus Lat. 98
Monac., cod. Monacensis 14641
Flor., *Mor. Auct.*, cod. Bibliothecae Capit. Veronensis CLXVIII
*Adnot. de duob. Plinii*s, Iohannis Mansionarii Veronensis Adnotatio de duobus Pliniis a me edita (in Classical Philology V [1910], pp. 175sqq.)

Ex his libris pauciora (omnia denuo collata) adscripsi:

H, cod. Bernensis 136
l, cod. Holkhamensis 396
p, editio princeps an. 1471
r, editio Romana Schureneri an. 1474, ut uidetur
ς { *Pomp. Laet.*, editio Pomponii Laeti an. 1490; *Ber.*, editio Beroaldi an. 1498; *Cat.*, editio Catanaei an 1506 (*Cat.*^{2}, editio Catanaei altera, an. 1518)
c, cod. Chigianus H. V. 154
t, cod. Taurinensis CCXCVII

Quaenam epistulae in libris singulis cum manu scriptis tum typis impressis contineantur, et quales lectiones (si non omnes in apparatu critico exhibuerim, lector beneuolus descripta supra in Praefatione inueniet

C. PLINI CAECILI SECVNDI
EPISTVLARVM

LIBER PRIMVS

1.

C. PLINIVS SEPTICIO SVO S.

1 Frequenter hortatus es ut epistulas, si quas paulo accuratius scripsissem, colligerem publicaremque. collegi non seruato temporis ordine (neque enim historiam componebam), sed ut quaeque in manus

---

C · PLINI SECVNDI | EPISTVLARVMLIBRINV | MERO DECEM : ; INCIP̄ LIB̄ · I · FELICITER; **B** C · PLINII SECVNDI NOVOCOMENSIS epistolarū libri Decem, in quibus multae habentur epistolae non ante impressae ... beneficio exēplaris correctissimi & mirae, ac potius uenerandae Vetustatis **a** EPISTVLAR̄ LIB̄ · i · *(in marg. super. m¹)* **M** OPVS EPISTOLARVM · C · PLINII SECVNDI NOVOCOMENSIS ORATORIS CLARISSIMI. ADSEPTITIVM **D** GAII PLINII SECVNDI VERONĒSIS ORATORIS EPISTVLAR̄ LIBER INCIPIT FELICITER **o** Liber primus Epistolarum Plinii secundi Incipit **u** C · PLINII SECVNDI VERONENSIS LIBER ILLVSTRIVM VIRORVM EXPLICIT · EIVSDEM INCIPIT LIBER EPISTOLARVM *(sed in principio uoluminis* C · PLINII SECVNDI VERONENSIS NOVOCOMENSIS ORATORIS, *ut fere in Adnotatione de duobus Pliniis ab Iohanne de Matociis, Mansionario Veronensi, confecta, et, ut uidetur, in inscriptione archetypi codicum qui octo libros continent)* **x** *Inscriptionem operis et libri om.* **FVLm**: *post operis inscriptionem sequitur in* **B** *epistularum libri primi index litteris maiusculis exaratus, quem uide in Praefatione transscriptum*

5 C · PLINIVS *(et sic semper)* **B** C · PLINIVS SECVNDVS *(sed postea semper fere* C · PLINIVS *uel* C · PL ·) **a** GAI PLINI *(sed postea, epistula insequente excepta,* C · PLINIVS *uel* G · PLINIVS) **M** C · Plinius Secundus *(et in inscriptione epistulae insequentis* **o**, *postea autem semper fere* C · Plinius) **ox** Plinius secundus *(postea autem* Plinius) **u** C · PLINIVS SECVNDVS NOVOCOMĒSIS *(et sic semper fere)* **D** G · Plinius se. *(postea* G . Plinius *semper)* **m** G · PLINIVS *(et sic semper fere)* **V** PLINIVS · S̄ · *(i. q.* Secundus; *in marg. autem miniatoris causa adscr.* Plinius *solum, et sic semper fere)* **F** *Cuius modi lectiones uar. nominis Plinii non sunt posthac adnotatae* SEPTICIO **MV** SEPTITIO **Dma** SECVNDO **BFoux** *(et sic marg.* **F**) ADSECVNDVM *ind.* **B** SALVTEM *(et sic semper fere)* **BFMu** SALVTEM *(sed non semper)* **Va** SALVTEM DICIT **D** S. m sal (*postea* salutem *uel* sał) **x** salutem dicit *(et sic semper fere)* **o** *Inscriptionem epistulae om.* **L** *Cuius modi lectiones uar. salut. non sunt posthac adnotatae* 6 es (-t *fin. erasa, ut uidetur*) **M** epistulas (-o- *quidam*) si quas **MVLDmouxa** epistůlas (-o- **F**) quas **BF** : *cf. Apoll. Sid. Ep. I. 1. 1* accuratius **BFouxa** curatius **Dm** cura (curam **M**) maiore **MVL** 8 enim] cum **u** ut] utri **u**

uenerat. superest ut nec te consilii nec me paeniteat obsequii. ita 2
enim fiet ut eas quae adhuc neglectae iacent requiram, et si quas
addidero, non supprimam. uale.

2.

C. PLINIVS ARRIANO SVO S.

Quia tardiorem aduentum tuum prospicio, librum quem priori- 1
bus epistulis promiseram exhibeo. hunc rogo ex consuetudine tua
et legas et emendes, eo magis, quod nihil ante peraeque eodem ζήλῳ
scripsisse uideor. temptaui enim imitari Demosthenen semper tuum, 2
Caluum nuper meum, dumtaxat figuris orationis: nam uim tantorum
uirorum 'pauci quos aequus' adsequi possunt. nec materia ipsa huic 3
(uereor ne improbe dicam) aemulationi repugnauit: erat enim prope
tota in contentione dicendi: quod me longae desidiae indormientem
excitauit, si modo is sum ego qui excitari possim. non tamen omnino 4
Marci nostri ληκύθους fugimus, quotiens paulum itinere decedere non
intempestiuis amoenitatibus admonebamur: acres enim, non tristes esse

---

1 uenerant **Dr** superest (-st *corr. m²*) **B** te] e **D**, *om.* **L**, *add. supra m¹* **m**, *m²* **V** 2 enim *om.* **L** adhuc *corr. ex* adhūc **m** iacerent **L** 5 ARRIANO (ADRIANO *m²* **V**) **BMVa** ADARRIANVM *ind.* **B** ADRIANO (Hadriano **o**) **Fou** (*et sic marg. partim detonsum* **F**) ARRINIO **Dmx** (*et multi codices octo librorum sinceriores) Inscriptionem epistulae om.* **L** 6 prospicuo **B** 8 et legas et relegas et emendes **a** emendes *corr. m²* ex emendas **B** ante **BFDmouxa** (*et m²* **V**) umquam **MVL** p ę que *corr. m²* ex p eaque **B** ζήλῳ **a** zelo **Dmoux** stilo *(marg.* al ZHΛῼ *m¹)* **B** stilo (sti- *in macula, ut uidetur*) **F** libro *(in contextu erasum et* stillo *add. marg. m²* **V**) **MVL**: *cf. Classical Review XVII* p. 52 9 scripse **u** demosthenen **BFm** demostenen **MVLD** demosthenem **oxa** demoscenem **u** sēptuum *corr. m²* ex septuum **B** semper tuum *corr. m¹* ex tuum semper **u** 10 Caluum *om.* **MVL** (*add. marg. m¹* **V**) dumtaxat (duntaxat **a**) figuris **BMVDma** figuris dumtaxat (duntaxat **o**) **Foux** (*et m²* **V**) orationis **BFDmouxa** multis (oroīs *pro* multis *in rasura m²* **V**) **MVL** nam uim *om.* **BF**, *add.* **MVLDouxa** nam pauci (*corr. ex* paucorum) uim **m**; s. materiam *inter uersus inser.* **F** tantorum uirorum **BFDmouxa** tantam uerborum **MVL** 11 pauci (*om.* **m**) quos (quos *om.* **ux**) aequos (aequas **a** equos *signo crucis notauit* **x** assequi (adsequi **m**) possunt **Dmouxa** pauci equitius adsequi possunt (possint **B**) **BF** pauci quos aequus (equus **V**) amauit qui possunt **MVL** *(marg. m²* Nam pauci uim tantorum uirorum quos equas assequi possunt **V**) qui possunt? *Pomp. Lact.* qui possum? *Ber.*: *cf. Classical Review XVII* p. 52: *Verg. Aen. VI. 129* materiam **MVL** 12 aemulatione **MVL** 14 is *om.* **x** ego *om.* **Dmo** qui] ut **MVL** possum **o** 15 marci (M ci **o** *et m²* **u** M **x**) nostri ληκυθους (ληκύθους *add. m² in lac.* **o**, *om. in lac.* **u** fugimus *(marg. m²* al' fungimur **u** fungimur **x**) **BFouxa** marci ληκύθους fugimus **D** marci fugimus *(lacuna post* marci *relicta)* **m** marcino ibi (martinoibi *corr. m² in* marci nostri, *et marg. add.* deficit grecum **V**) fugiamus **MV** ibi (*om.* marcino fugiamus **L** quotiens (quoties *corr.* **B**) paulum itinere decedere (decedere *corr. m² ex* decere **B**) non intempestiuis (decedere *post* intempestiuis *iteratum del.* **D**) amoenitatibus admonebamur **BFDouxa** quotiens paulum (paulum *corr. m¹ ex* paululi) itineri decedere non intempestiuis decedere amenitatibus admonebamur **m** ut etiam paulum itinere (itenere **M**) cedendo intempestiuis amoenitatibus submouemur **MVL** (amoenitatibus i) 16 acres (acris **o**) enim non tristes (tristis **o**) esse **BFLoux** acres (acreis **a** ac rés **M**) enim esse non tristes (tristeis **a** **MVsa** (*et m²* **B**) acrius enim non tristius **Dm**

uolebamus. nec est quod putes me sub hac exceptione ueniam postulare. nam quo magis intendam limam tuam, confitebor et ipsum me et contubernales ab editione non abhorrere, si modo tu fortasse errori nostro album calculum adieceris. est enim plane aliquid edendum, atque utinam hoc potissimum quod paratum est (audis desidiae uotum)! edendum autem ex pluribus causis, maxime quod libelli quos emisimus dicuntur in manibus esse, quamuis iam gratiam nouitatis exuerint; nisi tamen auribus nostris bibliopolae blandiuntur. sed sane blandiantur, dum per hoc mendacium nobis studia nostra commendent. uale.

3.

C. PLINIVS CANINIO RVFO SVO S.

Quid agit Comum, tuae meaeque deliciae? quid suburbanum amoenissimum? quid illa porticus uerna semper? quid platanon opacissimus? quid euripus uiridis et gemmeus? quid subiectus et seruiens lacus? quid illa mollis et tamen solida gestatio? quid balineum illud, quod plurimus sol implet et circumit? quid triclinia illa popularia, illa paucorum? quid cubicula diurna, nocturna? possident te et per uices partiuntur? an, ut solebas, intentione rei familiaris obeundae crebris excursionibus auocaris? si possident, felix beatusque es; si minus, unus ex multis. quin tu (tempus enim) humiles et sordidas

1 uolebam **D** me *om.* **m** 2 nam **MVLDmꝫa** non **BF** imo (*corr. marg. m²* *in* non **u**) **ou** nunc **x** ita **r** et ipsum me et **MVLDmouxꝫa** et ipsum te et **B** te ipsum et **F** 3 abhorrere **MVLDmouxa** abhorreo **BF** tu **BFDmouxa** (*et m²* **V**) non **MVL** 4 nostro] non **D** plane aliquid **BFDmouxa** aliquid plane **MVL** 5 partum **m** audis **BFDmouxa** audias **MVL** 6 autem] aut **m** *et fortasse m¹* **B** libelli] liberi **L** misimus **Dm** 7 iam *om.* **L** 8 a uiribus **o** nostris] *hinc deficit* **L** blandiuntur sed sane blandiantur (blandiuntur **M**) dum **MVꝫa** blandiuntur sed sane dum **BFoux** blandiuntur dum **Dm** 9 per per **x** pro **u** *post* hoc *litura duar. litt., fortasse* se **B** (mendacium **i**) nobis *om.* **o** commendantur **Dm** ·V· *in fine uersus* **x**

11 CANINIO RVFO (canninio ruffo **o**) **BFouxa** (*et marg.* **F**, *ut uidetur, partim detonsum*) ADCANINIVMRVFVM *ind.* **B** CANINIO **VDm** GANINIO **M** 12 agunt **o** comuni **u** tuum **Dm** meaeque delitiaeque **x** 13 amoenissimum uel quid **oux** πλατανών **a** platanòn **i** platanon opaucissimus *corr. m²* *ex* plato nonpaucissimus **B** platanum opacissimum **Dmo** 14 euripus **MVDoa** eurippus **BF** euripus *corr. ex* eurippus **x** eurupus **u** gemmeus] germens **o** gemineus **m** subiectus et seruiens **MVDmouxa** subiectus seruiens **BF** 15 mollis *corr. m¹* *ex* molis **B** tamen **BFMVuxa** tanti **o** (*et m²* **u**), *om.* **Dm** uectatio **D** 16 (triclinia **i**) 17 illa popularia illa paucorum (*post* paucorum *add. m²* quid popine quid euripus **V**) quid cubicula **MVDmx** illa popularia illa paucorum quid popinae quid cubicula **a** illa popularia illa paucorum popine quid cubicula (*corr. m²* *ex* illa popine quid cubicula) **u** illa uel popularia illa paucorum popinae quid eurippus quid cubicula **o** illa popine (-ę **F**) quid euripus (eurippus **F**) quid cubicula **BF** diurna nocturna **BFMV** diurna nocturnaque **Dmouxa** possident ne te **a** possident — 18 partiuntur *om.* **Dm** 18 partiuntur **BFMVxa** potiuntur **o** patiuntur **u** 19 auocari **m** si possident **BFouxa** si te possident **MV** possident — 20 enim *om.* **Dm** (felix **i**) sin minus **xa** 20 tempus enim **BF** tempus est enim **MVa** ipse enim **oux**

curas aliis mandas et ipse te in alto isto pinguique secessu studiis adseris? hoc sit negotium tuum, hoc otium, hic labor, haec quies: in his uigilia, in his etiam somnus reponatur. effinge aliquid et excude, quod sit perpetuo tuum. nam reliqua rerum tuarum post te alium atque alium dominum sortientur; hoc numquam tuum desinet esse, si semel coeperit. scio quem animum, quod horter ingenium. tu modo enitere ut tibi ipse sis tanti, quanti uideberis aliis, si tibi fueris. uale.

4.

C. PLINIVS POMPEIAE CELERINAE SOCRVI S.

Quantum copiarum in Ocriculano, in Narniensi, in Carsulano, in Perusino tuo! in Narniensi uero etiam balineum! ex epistulis meis (nam iam tuis opus non est) una illa breuis et uetus sufficit: non mehercule tam mea sunt quae mea sunt, quam quae tua. hoc tamen differunt, quod sollicitius et intentius tui me quam mei excipiunt. idem fortasse eueniet tibi, si quando in nostra deuerteris. quod uelim facias, primum ut perinde nostris rebus ac nos tuis perfruaris, deinde ut mei expergiscantur aliquando, qui me secure ac prope neglegenter exspectant. nam mitium dominorum apud seruos ipsa consuetudine metus exolescit; nouitatibus excitantur probarique dominis per alios magis quam per ipsos laborant. uale.

---

1 curas et aliis **oux** curas aliis *rell. et Flor. Mor. Auct.* isto alto *Flor. Mor. Auct. ante* secessu *litura unius litt.* **F** 2 hoc otium *om.* **Dm** *et Flor. Mor. Auct.* hic quies **B** hec requies *Flor. Mor. Auct.* 3 uigiliae **Dux** *et Flor. Mor. Auct.* uigilie **mo** excude **mouxa** *et Flor. Mor. Auct. (et m² V)* excute **BF** exclude **MVD** 4 reliqua *om.* **o** nam cum reliqua **ux** poste *(corr. m² V)* alium **MV** 5 sortiuntur **Dm** *et Flor. Mor. Auct.* nunquam tuum desinet esse si semel coeperit **BFDma** *et Flor. Mor. Auct.* nunquam tuum desinet esse si semel esse cęperit (ceperit **ux**) **oux** numquam desinet esse si semel coeperit (ceperit **V**) tuum **MV** 6 hort **B** orationis *(subpoenxit m² uel m³ quae et marg. adscr.* horter) **F** enitere] conice **Dm** 7 ipsi *Schaefer* uideberis *corr. m² ex* uedeberis **B** aliisitibi **V** uale *om.* **B**

9 POMPEIAE CELERINAE *(*Celerimae **o**) **BFouxa** ADPOMPEIAM *ind.* **B** CELERINAE **MVD** celeriani **m** SOCRVI **BFMVDma** socrui suae **oux** 10 narninensi **u** carsulano *(corr. m¹ ex* carculano **V**) **MV** carsolano **BFoux** carsolano **a** cursulano **Dm** 11 penisino **o** etiam balineum *(*balneum *corr. ex* balineum **V**) **BFMVDma** balineum etiam **oux** 12 nam iam tuis] nam pluribus *Ernesti* quoniam multis *Boot* uetus et breuis *(postea corr.)* **x** suffecit **Dmo** 13 tam mea sum **B** mehercule] hercule **m** mea *posteriore loco om.* **o** quae mea sunt *om.* **m** quam quae tua **BFDmouxa** quamque tua **MV** haec] haec **o** 14 sollicitius et intentius *corr. m² ex* sollicitus et intentus **B** me *om.* **m** 15 eueniet *corr. m² ex* ueniet **B** eueniet et tibi si quando **D** eueniet et si tibi quando **m** eueniet etiam tibi si quando **oux** deuerteris **MVuxa** diuerteris **BFo** deueneris **Dm** quod] quo **m** facias quam primum **Dmo** 16 primum ut *corr. m² ex* prim ut **B** perinde] parium **u** nos *om.* **D** 18 mitium] initium **mou** · iti · *corr. in* uitio **D** 19 excitatur **io** alios .-o- *m² in rasura unius litt.* **B** magis *om.* **m** 20 per se ipsos **mouxa**

5.

C. PLINIVS VOCONIO ROMANO SVO S.

1 Vidistine quemquam M. Regulo timidiorem, humiliorem post Domitiani mortem? sub quo non minora flagitia commiserat quam sub Nerone, sed tectiora. coepit uereri ne sibi irascerer; nec fallebatur,
2 irascebar. Rustici Aruleni periculum fouerat, exsultauerat morte, adeo ut librum recitaret publicaretque, in quo Rusticum insectatur atque etiam 'Stoicorum simiam' appellat; adicit 'Vitelliana cicatrice stigmosum'.
3 agnoscis eloquentiam Reguli. lacerat Herennium Senecionem, tam intemperanter quidem, ut dixerit ei Mettius Carus 'quid tibi cum meis mortuis? numquid ego aut Crasso aut Camerino molestus sum?' quos
4 ille sub Nerone accusauerat. haec me Regulus dolenter tulisse credebat, ideoque etiam, cum recitaret librum, non adhibuerat.

Praeterea reminiscebatur, quam capitaliter ipsum me apud centum-
5 uiros lacessisset. aderam Arrionillae, Timonis uxori, rogatu Aruleni Rustici; Regulus contra. nitebamur nos in parte causae sententia Metti Modesti, optimi uiri: is tunc in exsilio erat, a Domitiano relegatus. ecce tibi Regulus 'quaero' inquit, 'Secunde, quid de Modesto sentias'. uides quod periculum, si respondissem 'bene', quod flagitium, si 'male'. non possum dicere aliud tunc mihi quam deos adfuisse. 'respondebo' inquam, 'si de hoc centumuiri iudicaturi sunt'. rursus ille 'quaero quid de Mo-

---

2 VOCONIO (VACONIO o) ROMANO (RO · x) **BFouxa** ADVOCONIVM *ind.* **B** ROMANO **MVDm** SVO *om.* **oux** 3 marco **B**, *om. in lacuna cum punctis* **o** dimidiorem **M** *post* humiliorem *add.* m^2 *inter uersus* q3 **Vx** 4 non] enim **M** flagitia *corr. ex* fragitia **M** commiserat *corr. ex* comisserat **V** 5 rectiora coepit **u** tectior · accepit **V** tectior coepit **D** tectior cepit **m** 6 irasceretur **o** rusrustici (*corr.* m^2) **V** 7 insectabatur **x** 8 simiam stoicorum **o** stoicorum summa **m** appellata **Dm** adicit *corr.* m^2 *ex* dicit **B** dicit **Dm** et dicit **o** uitelliana (u- m^1 *in ras.*) **u** uitelliania **V** cicatrice stigmosum (styg- **a** -tigni- **u**) **Dmouxa** cicatrices tigmostum **BF** cicatrices tic mosum **M** cicatrices tigmosum (stigmosum m^2) **V** 9 lacerarat *Madvig* Herenium **o** senetionem **Mu** senectionem **mo** 10 metius **Dmoux** cum eis **Foux** 11 mortuis] modo tuis **x** ego aut crasso **BFouxa** ego crasso **MVDm** modestus **m** molestius **u** 12 regulis **D** dolenter Regulus **oux** 13 ideoque **BFDmouxa** eoque **MV** 14 reminiscebatur *corr.* m^2 *ex* reminicebatur **B** non *ante* reminiscebatur *eras.* **x** ipsum me **BMVDma** me ipsum **Foux** · c · uiros **MV** 15 lacessissit **M** arrionillae **BMVa** arrionilae **F** arionillae **D** arioni ille **m** Aurionilae **o** Aurioniale **u** auroniale **x** timionis **B** auruleni **m** 16 nitebatur **ux** sententiam ettimodesti (sententia·m metimodesti· m^2 **V**) **MV** mecti **Du** metii **x** uecti **op** 17 Modesti] domestici **Dmo** a domitiano relegatus **BMVa** (*et* m^2 *cum* domiciano **F**) relegatus a domitiano (domiciano **Fu**) **Foux** a domitiano erat relegatus **Dm** religatus *corr.* m^1 *ex* relegatus **V** 18 inquid **F** *et man. corr.* **M** *(sic saepissime scriptum, praecipue in* **M**, *non posthac adnotatum)* secundo **oux** sentias *corr. ex* sententias **B** sententias **m** 20 tunc **MVDmoa** tum **BFx** tamen **u** respondebo inquam si **MVDm** respondebo inquam quid sentiam (sentiam *corr. ex* sententiam **B**) si **BFouxa** 21 centumuiri] · C · V · **MVD** iudicaturi *corr.* m^2 *ex* iudicari **B**

desto sentias'. iterum ego 'solebant testes in reos, non in damnatos 6
interrogari'. tertio ille 'non iam quid de Modesto, sed quid de pietate Modesti sentias quaero.' 'quaeris' inquam 'quid sentiam: at ego ne inter- 7
rogare quidem fas puto, de quo pronuntiatum est'. conticuit: me laus et gratulatio secuta est, quod nec famam meam aliquo responso, utili fortasse, inhonesto tamen, laeseram nec me laqueis tam insidiosae interrogationis inuolueram.

Nunc ergo conscientia exterritus apprehendit Caecilium Celerem, 8
mox Fabium Iustum, rogat ut me sibi reconcilient. nec contentus, peruenit ad Spurinnam: huic suppliciter, ut est cum timet abiectissimus, 'rogo mane uideas Plinium domi, sed plane mane (neque enim diutius perferre sollicitudinem possum), et quoquo modo efficias ne mihi irascatur'. euigilaueram: nuntius a Spurinna: 'uenio ad te'. 'immo 9
ego ad te'. coimus in porticum Liuiae, cum alter ad alterum tenderemus. exponit Reguli mandata, addit preces suas, ut decebat optimum uirum pro dissimillimo, parce. cui ego 'dispicies ipse, quid renuntian- 10
dum Regulo putes: te decipi a me non oportet. exspecto Mauricum' (nondum ab exsilio uenerat): 'ideo nihil alterutram in partem respondere tibi possum, facturus quidquid ille decreuerit: illum enim esse huius consilii ducem, me comitem decet'.

Paucos post dies ipse me Regulus conuenit in praetoris officio: 11

---

1 sentias — 2 modesto *om. m*¹, *add. marg. m*² **M** sentias *corr. ex* sententias **B** sententias **m** sentiam **D** soleant **Dm** 2 iam quidem de **Dm** 3 sentias *corr. m*² *contemp. ex* sententias **M** quaero *om.* **BFDmouxa**, *add.* **MV**$_5$ nquam (i- *init. eras.*) **F** sentiam *corr. m*² *contemp. ex* sententiam **M** ne *om.* **m** 4 quidem (quid **m**) est fas **Dm** at ne ego quidem interrogare fas **o** puto *corr. m*¹ *ex* puta *uel* put& *uel nescio quo alio vocabulo* **F** dequo *corr. m*² *ex* deco **B** gratulatio] exultatio **Dmo** 5 secuta quod **mo** aliqui **u** utili *corr. ex* utilli **V** 6 inhonesto *corr. m*¹ *ex* inhoneste **V** laqueis tam *corr. m*¹ *ex* laquaeis tamen **V** 8 consientia **D** cōsciā **m** caecilium **BFDoa** cocilium **ux** caelium **MV** 9 fabium iustum rogat **BFMVa** fabium rusticum iustum rogat **Dm** Fabium Rusticum rogat **ux** Pinisticum rogat Fabium **o** 10 peruenit **BFMVDma** uenit **oux** spurinam **Dmou** suppliciter *corr. m*¹ (m² **B**) *ex* simpliciter **BV** simpliciter **x** subtiliter **Dm** timet] sim et **Dm** 11 rogo mane **BMVDma** rogo inquid (inquit **ox** *et man. corr.* **u**) mane **Foux** uideas (ui- *m*¹ *in ras.*) **u** plinium *corr. m*¹ *ex* plenium **V** neque **BMVDma** nec **Foux** 12 diutius perferre sollicitudinem **BF** diutius ferre sollicitudinem **ouxa** diutius sollicitudinem ferre **MV** ferre diutius sollicitudinem **Dm** 13 nuntius — te (spurina **m**) **BMVDma** nuntius ait Spurinna uenio ad te **F** nuntius ait uenio ad te spurina **oux** ymo **m** 14 coimus] quo imus **Dm** porticum **BFDmouxa** porticu **MV**: *cf. V 1. 9* 15 dicebat **u** 16 parce **BMVDa** perte **m** parce inquiens **Foux** (*et m*² **V**) dispicies **BFDmoa** (*et m*² **Vx**) despicies **MVux** regulo de renunciandum **u** regulo nuntiandum (nunciandum **m**) **Dm** 17 putes **MVDmouxa** putas **BF** decipi *corr. m*² *ex* decepi **B** a me *om.* **m** mauricum (*corr. ex* mauricium **B**) **BMVDmoa** maricum **F** mauritium **ux** 18 nondum ab **BMVa** nundum ab **Dm** nondum (-o- *corr. m*¹ *ex* -u-) enim (enim *add. m*¹ *inter uersus*) ab **F** nondum enim ab **ux** nundum enim ab **o** tibi respondere **u** 19 quicquid **BFVa** (*sic saepissime, non posthac adnot.*) illum — 20 decet *om. in contextu, add. marg. m*² **x** 20 huius *om.* **m** me] nec **u** 21 pretonis **M**

illuc persecutus secretum petit: ait timere se ne animo meo penitus
haereret quod in centumuirali iudicio aliquando dixisset, cum respon-
deret mihi et Satrio Rufo, 'Satrius Rufus, cui non est cum Cicerone
12 aemulatio, et qui contentus est eloquentia saeculi nostri'. respondi nunc
me intellegere maligne dictum, quia ipse confiteretur; ceterum potuisse
honorificum existimari. 'est enim' inquam 'mihi cum Cicerone aemu-
13 latio, nec sum contentus eloquentia saeculi nostri: nam stultissimum
credo ad imitandum non optima quaeque proponere. sed tu, qui huius
iudicii meministi, cur illius oblitus es, in quo me interrogasti, quid de
Metti Modesti pietate sentirem?' expalluit notabiliter, quamuis palleat
semper, et haesitabundus 'interrogaui, non ut tibi nocerem, sed ut Mode-
sto.' uide hominis crudelitatem, qui se non dissimulet exsuli nocere
14 uoluisse. subiunxit egregiam causam: 'scripsit' inquit 'in epistula qua-
dam, quae apud Domitianum recitata est, 'Regulus omnium bipedum
nequissimus''; quod quidem Modestus uerissime scripserat.

15 Hic fere nobis sermonis terminus. neque enim uolui progredi lon-
gius, ut mihi omnia libera seruarem, dum Mauricus uenit. nec me prae-
terit esse Regulum δυσκαθαίρετον: est enim locuples, factiosus, curatur
a multis, timetur a pluribus, quod plerumque fortius amore est. potest
16 tamen fieri ut haec concussa labantur. nam gratia malorum tam infida
est quam ipsi. uerum ut idem saepius dicam, exspecto Mauricum. uir est

---

1 illuc persecutus **BFMVa** illuc me persecutus **Dmoux** timere (-ere *in ras.*) **V** 2 hereret (her- m^2 *contemp. in ras.*) **u** inhaereret **D** inhereret **m** in centum uirali *corr.* m^2 *ex* innocentum uirali **M** iudicio] offo **m** officio **r** 3 satiro **D** ruffo **ou** rupho **m** satirus **D** ruffus **ou** ruphus **m** cui] cum **m** cum *corr.* m^1 *ex* com **F** con **V** 4 aemulitao *corr.* m^2 *ex* aemulitio **B** cui est cum Cicerone emulatio, et qui contentus non est *Ber.* secundi *ante* saeculi *statim del.* m^1 **m** me nunc *(statim corr.)* **x** 5 maligne deinde quare ipse **u** potuisse] puto esse **Dm** se potius **oux** 6 existimari **MVDmoua** existimare **BFx** enim inquam mihi **BFDmouxa** enim (*add. inter uersus* m^1 **V**) mihi inquam **MV** 7 comtentus **B** saeculi] secundi **m** nostri *corr.* m^2 *ex* nostro **M**, *om.* **Dm** nā (-ā *in ras.*) **F** 8 quaeque optima **o** optima quaeque *rell. et Flor. Mor. Auct.* 10 metti (*corr.* m^2 *ex* mecti **B**, demetti *corr.* m^1 *ex* demitti **V**) **BFMVDm** Mettii **a** Mecti **oux** Modesti] domestici **Dm**, *om.* **o** pallead **B** 11 et *om.* **BFa** haesitabundus **BMVDma** haesitabundus inquit (inquid **F**) **Foux** sed modesto **F** 12 credulitatem **Dm** dissimulet nocere homini exuli uoluisse **oux** 13 *post* subiunxit *ras. unius litt.* **M** inquit (inquid **F** *et* m^1 **M**) in epistula (epistola **Ba**) quadam **BFMVa** inquit epistulam (epistolam **Dmux**) quandam **Dmoux** 15 nequisimus **B** quidē (-ē *in ras.*) **F** uerissime (uerisime **B**) scripserat (scribserat **MV**) **BFMVa** scripserat uerissime **Dmoux** 16 progredi (-gredi m^2 *in ras.*) **M** 17 seruarem *corr.* m^2 *ex* seruaret **B** maricus **BF** nec me (-ec me *in ras.*) **V** 18 δυσκαθαίρετον **a** *et man. recentior. in lac.* **o** ΔΥCΚΑΘΕΡΕΤΟΝ **M** ΛΥCΚΑΘΕΡΕΤΟΝ **V** αὐκαθαίρετον **D**, *om. in fine uers.* (*sed marg. add.* m^1 δυσκα ερετον) **B**, *om. sine lac.* **F**, *om. in lac.* **mu** ακαθαιρετον *man. recentior. in lac.* **x** ἀκαταπάλαστον *Cat.* i^2 (i^2 = *Budaeus e coniectura Catanaei*) ακαθαιρετον *Ber.* καθαίρετον ακατασθατον *Pomp. Laet.* locuplex **ux** factiosus *corr. ex* factuosus **V** 19 fortius amore **BMVDma** amore fortius **Foux** potest — 20 infida est *om.* **m** 20 ut *om.* **B** concussa **MVDma** *et* m^2 **u** concisa (concissa **F**) **BF** consilia **oux** labant **o** 21 saepius dicam **BFDmouxa** dicam saepius **MV** exspecto — p. 10, 1 prudens *om.* **Dm** maricum **F**

grauis, prudens, multis experimentis eruditus, et qui futura possit ex praeteritis prouidere. mihi et temptandi aliquid et quiescendi illo auctore ratio constabit. haec tibi scripsi, quia aequum erat te pro amore 17
mutuo non solum omnia mea facta dictaque uerum etiam consilia cognoscere. uale.

6.

C. PLINIVS CORNELIO TACITO SVO S.

Ridebis, et licet rideas. ego ille quem nosti apros tres et quidem 1
pulcherrimos cepi. ipse? inquis. ipse; non tamen ut omnino ab inertia mea et quiete discederem. ad retia sedebam: erat in proximo non uenabulum aut lancea, sed stilus et pugillares: meditabar aliquid enotabamque, ut, si manus uacuas, plenas tamen ceras reportarem. non 2
est quod contemnas hoc studendi genus: mirum est ut animus agitatione motuque corporis excitetur. iam undique siluae et solitudo ipsumque illud silentium, quod uenationi datur, magna cogitationis incitamenta sunt. proinde cum uenabere, licebit auctore me ut panarium 3
et lagunculam sic etiam pugillares feras: experieris non Dianam magis montibus quam Mineruam inerrare. uale.

7.

C. PLINIVS OCTAVIO RVFO SVO S.

Vide in quo me fastigio collocaris, cum mihi idem potestatis idem- 1
que regni dederis, quod Homerus Ioui optimo maximo,

τῷ δ' ἕτερον μὲν ἔδωκε πατήρ, ἕτερον δ' ἀνένευσεν.

---

1 experimentis *corr.* m^1 *ex* experi . . nentis **V** futura *corr.* m^2 *ex* futara **B** ex *corr.* m^1 *ex* & **V** 2 preuidere **u** *et* m^2 **x** 3 constauit **Dm** quia aequum (equm **B**) **BFDmoua** qui mecum **MV** erat aequum *(statim corr.)* **x** te *om.* **ou** 4 dicta factaque **Dm** 5 uale *om.* **F**

7 CORNELIO TACITO **BFouxa** ADCORNELIVM TACITVM *ind.* **B** TACITO **MVDm** *Monac.* 8 ego ille **MVDm** *Monac.* ego plinius ille **BFouxa** apros tres *corr.* m^1 *ex* apoitres **V** nosti ipse apros **o** tris **oux** et quidem] equidem **F** 9 cepi *corr.* m^1 *ex* cepo (?) **V** ipse *ante* non *om.* **mo** 10 erant **Dmuxa** proxumo *corr.* m^1 *ex* proxumu **B** proximum **m** 11 aut] non **oux** stilus *corr. ex* stillus **B** et] ac *Monac., om.* **B** enutabamque **o** enotabam *corr. ex* et notabam **D** et notabam **m** 13 agitatione **MVD** *Monac.* a cogitatione **BFouxa** cogitatione **mr** hac agitatione *Sichardus* 14 siluae **V** ipsumque (-que *corr. ex* quae **B**) illud **BFDmouxa** ipsum illud **MV** *Monac.* 15 incitamenta] motamenta **o**, *et ita inceptum, statim eras.* **x** cum *corr.* m^2 *ex* com **B** 17 et] ut **m** feras et experieris *Monac.* nondianam *corr.* m^2 *ex* nundianam **F** dianam magis **BFMVDma** *Monac. et Flor. Mor. Auct.* magis dianam **oux** 18 inerrare *corr.* m^1 *ex* inerrore **V** uale *om.* **D**

20 OCTAVIO RVFO **BFa** ADOCTAVVM RVFVM *ind.* **B** OCTAVIO **MVDm** octauio suo Ruffo **oux** 21 *post* uide *ras. duarum litt., fortasse* -bo *ind.* **B** fastigio me **ux** collocaueris **F** idem] quidem **BF** 22 Ioui — 23 ἀνένευσεν *om. in lac.* **Dm** (Versus Homeri deest etiam in exemplaribus *add. marg.* m^1 **D** 23 τῷ — ἀνένευσεν nam **Ba** *et man. recentior. in rasura* (ἀνένευσε), *supra additis* huic autem alterum dedit pater alterum autem renuit **F** ΤΩΔΕΤΕΡΟΝΜΕΝΕΔΩΚΕ-ΠΙΔΑΤΗΡΕΤΕΡΟΝΔΑΝΕΝΕΥΥCΕΝΙΧΑΜ **M** ΤΩΔΕΤΕΡΟΝΜΕΝ·ΕΔΩΚΕΝ ΟΠΑΤΗΡ·ΕΤΕΡΟΝΔΕΑΝΕΝΕΥCΕΝ· nam **V**, *Graeca om. in lac.* **oux**: *Hom. Il. XVI 250*

2 nam ego quoque simili nutu ac renutu respondere uoto tuo possum. etenim sicut fas est mihi, praesertim te exigente, excusare Baeticis contra unum hominem aduocationem, ita nec fidei nostrae nec constantiae, quam diligis, conuenit adesse contra prouinciam, quam tot officiis, tot laboribus, tot etiam periculis meis aliquando deuinxerim.
3 tenebo ergo hoc temperamentum, ut ex duobus, quorum alterutrum petis, eligam id potius, in quo non solum studio tuo uerum etiam iudicio satisfaciam. neque enim tanto opere mihi considerandum est, quid uir optimus in praesentia uelis, quam quid semper sis probaturus.
4 Me circa idus Octobris spero Romae futurum eademque haec praesentem quoque tua meaque fide Gallo confirmaturum; cui tamen nunc iam licet spondeas de animo meo ἦ καὶ κυανέηςιν ἐπ' ὀφρύςι νεῦcε.
5 cur enim non usquequaque Homericis uersibus agam tecum? quatenus tu me tuis agere non pateris, quorum tanta cupiditate ardeo, ut uidear mihi hac sola mercede posse corrumpi ut uel contra Baeticos adsim.
6 paene praeterii quod minime praetereundum fuit, accepisse me caryotas optimas, quae nunc cum ficis et boletis certandum habent. uale.

---

1 ac re (acre **m**) respondere **Dmoux** **2** excusare cum heticis **o** beaticis **B** **3** hominum **BF** hominem excusationem aduocationem *(statim corr. m¹)* **m** nostrae *om.* **Dm** **5** periculis etiam **oux** **6** ergo] enim **ux** alterutrum (-tru- *add. supra m²* **B**) petis **BMDa** alterutrump&is *subpunxit m²* **V** alterum petis **Fmoux** **7** id] illud **m** in quo] quod **x** tuo *corr. m¹ ex* suo **o** **8** enim] omni **u** tanto opere mihi **BD** tantopere mihi **FMVouxa** michi tantopere **m** est considerandum **o** **9** quid uir *corr. ex* quidum **D** qui uir **m** in praesentiam **Dm** *posthac lectiones in* **V** *aperte manu saec. XV emendatas raro adnotaui* quod **x** semp *uel* semp **V** sis *om.* **M** **10** me c- *in ras.* **F** octobris **BFV** octobres **MDmoux** octobreis **a** futurum esse eademque **x** praesentem **MDmouxa** praesentem (-m̃ man. *saec.* XV) **V** praesente **BF** *et fortasse m¹* **V** **11** quoque — Gallo **BFDmouxa** causa tua atq. gallo **M** causatua · A · G · callo **V** praesentem causa tua Aquilio gallo *Pomp. Laet.* praesente Aquilio gallo *Cat.* praesentem tuo Aquilio *uel* praesentem tuo Gallo *coni. Kortte* praesentem quoque tuo Gallo *Schaefer* praesentem tuo meoque Gallo *Gesner* cui] cum **Dm** nunc iam **BFoa** iam nunc **MVDmux** **12** ἦ — νεῦcε (ΗΠ *pro* ΕΠ **B**) **BMVa** *(post* ΝΕΥCΕ *in* **B** *linea per spatium aliquot litterarum producta)* ἦ — νεῦcε κρονίων *man. recent. in ras., supra additis* dixit et ceruleis insuperciliis nuit saturnius **F** ἦ ἐκκυανέηςιν ἐπ' ὀφρῦςι νεῦcε χρονίων **D** ἦ — νεῦcε κρονίων *man. recent. in lac.* **o**, *om. in lac.* **mux**: *Hom. Il. I 528* **13** usquequaque *corr. m² ex* usquae-, *add. marg.* usq; quaq; **B** usq̃q; **m** uersibus non agam **m** **14** tu me tuis **MVDmouxa** tuuis **BF** ardeo] adeo **V** ut *om.* **x** **15** sola hac **D** posse corrumpi **BMVDma** corrumpi posse **Foux** beticos *corr. ex* beaticos **B** heticos **o** adsim *om.* **m** **16** praeteri **m** praeteriendum **o** accipisse **MV** caryotas **i** careotas **BFuxa** careoptas **o** cariotas **MV** careopas **D** care opas **m** **17** cum *om.* **MV** cum fecisset boletus **m** certandum habent **MVa** *et m¹* **B** certamen nondum habent **F** *et m²* **B** certamen habent **oux** certamen nundum (*om.* habent) *m² in ras.* **D** certam dum habeant **m** · V · *in fine uers., ut alibi, non posthac adnot.* **x**

8.

C. PLINIVS POMPEIO SATVRNINO SVO S.

Peropportune mihi redditae sunt litterae tuae, quibus flagitabas ut 1
tibi aliquid ex scriptis meis mitterem, cum ego id ipsum destinassem.
addidisti ergo calcaria sponte currenti, pariterque et tibi ueniam recu-
sandi laboris et mihi exigendi uerecundiam sustulisti. nam nec me ti- 2
mide uti decet eo quod oblatum est nec te grauari quod depoposcisti.
non est tamen quod ab homine desidioso aliquid noui operis exspectes.
petiturus sum enim ut rursus uaces sermoni, quem apud municipes
meos habui bibliothecam dedicaturus. memini quidem te iam quaedam 3
adnotasse, sed generaliter: ideo nunc rogo ut non tantum uniuersitati
eius attendas, uerum etiam particulas qua soles lima persequaris. erit
enim et post emendationem liberum nobis uel publicare uel continere.
quin immo fortasse hanc ipsam cunctationem nostram in alterutram 4
sententiam emendationis ratio deducet, quae aut indignum editione, dum
saepius retractat, inueniet, aut dignum, dum id ipsum experitur, efficiet.

Quamquam huius cunctationis meae causae non tam in scriptis 5
quam in ipso materiae genere consistunt. est enim paulo quasi glorio-
sius et elatius: onerabit hoc modestiam nostram, etiam si stilus ipse
pressus demissusque fuerit, propterea quod cogimur cum de munifi-
centia parentum nostrorum tum de nostra disputare. anceps hic et lu- 6
bricus locus est, etiam cum illi necessitas lenocinatur. etenim si alie-
nae quoque laudes parum aequis auribus accipi solent, quam difficile
est obtinere ne molesta uideatur oratio de se aut de suis disserentis?
nam cum ipsi honestati tum aliquanto magis gloriae eius praedicatio-

---

Epistulas I. 8, 12, 23, 24 *om.* Dm, *add. post* IX. 40 *de scriptura codicis* F m^1 D 2 POMPEIO SATVRNINO BFouxa ADPOMPEIVM *ind.* B SATVRNINO MV suo *inter* pompeio *et* saturnino *inser.* x 3 litttterae B 4 tibi *om.* oux meis *om.* o cum] causa u 5 correnti u 6 *post* laboris *ras. unius litt., fortasse* & B exigendi *corr. ex* exigendis B 7 depoposcisti *corr.* m^1 *ex* poposcisti x 8 desidioso *fortasse corr.* m^2 *in* desidiose, *sed non plane apparet* B *similiter in* F *corr.* m^1 desidioso *ex* desidiose *uel uice uersa* 9 rursus *corr ex* rursum B apud apud o 10 biblyothecam B bybliothecam MVa bibliotecham u dedicaturus *corr.* m^2 *ex* dedicaturos B iam te oux 11 adnotasse MV notasse BFouxa: cf. III. 5. 10, 11; 13. 5; V. 12. 2; VII. 12, 3; 17. 7; 20. 1; IX. 26. 5; X. 96. 4 hunc x uniuersam x 12 periculas u quas soles *subpunx.* m^1, *ut uidetur* V prosequaris oux 13 nobis publicare (publicare *corr. marg.* m^2 *ex* predicare x) oux 14 ipsam *om.* ux 15 reducet (redd- u) oux indignum ux 16 experietur M 17 causae si non oux tam] tamen u 18 quasi *om.* oux gloriosius *corr.* m^1 *ex* gloriosus M 19 elatius BFMa latius V clarius oux hoc] haec oux et si o stulus u 20 fuerat pressus demissusque a 21 disputarae *corr.* m^2 *ex* dispitarae B 22 cum] tum *corr.* m^2 *ex* tamen u illi *om.* oux lenocinatur BFMVa lenocinetur oux 23 laudes *corr.* m^1 *ex* audes V, *ex* laudis x auribus *corr. marg.* m^2 *ex* aureis u accepi u 24 ne] n (= non) M molesta *corr. ex* molestia B disserentibus u 25 honestari u aliquando oux eiusque praedicationi u

nique inuidemus atque ea demum recte facta minus detorquemus et
7 carpimus, quae in obscuritate et silentio reponuntur. qua ex causa
saepe ipse mecum, nobisne tantum, quidquid est istud, composuisse an et
aliis debeamus? ut nobis, admonet illud, quod pleraque quae sunt agendae
rei necessaria eadem peracta nec utilitatem parem nec gratiam retinent.
8 Ac ne longius exempla repetamus, quid utilius fuit quam munificen-
tiae rationem etiam stilo prosequi? per hoc enim adsequebamur, pri-
mum ut honestis cogitationibus inmoraremur, deinde ut pulchritudinem
illarum longiore tractatu peruideremus, postremo ut subitae largitionis
comitem paenitentiam caueremus. nascebatur ex his exercitatio quae-
9 dam contemnendae pecuniae. nam cum omnes homines ad custodiam
eius natura restrinxerit, nos contra multum ac diu pensitatus amor
liberalitatis communibus auaritiae uinculis eximebat, tantoque lauda-
bilior munificentia nostra fore uidebatur, quod ad illam non impetu
quodam sed consilio trahebamur.
10 Accedebat his causis, quod non ludos aut gladiatores, sed annuos
sumptus in alimenta ingenuorum pollicebamur. oculorum porro et au-
rium uoluptates adeo non egent commendatione, ut non tam incitari
11 debeant oratione quam reprimi: ut uero aliquis libenter educationis
taedium laboremque suscipiat, non praemiis modo uerum etiam ex-
12 quisitis adhortationibus impetrandum est. nam si medici salubres, sed
uoluptate carentes cibos blandioribus adloquiis prosecuntur, quanto
magis decuit publice consulentem utilissimum munus, sed non perinde
populare, comitate orationis inducere? praesertim cum enitendum ha-
beremus ut quod parentibus dabatur et orbis probaretur, honoremque
13 paucorum ceteri patienter exspectarent et mererentur. sed ut tunc com-

---

2 carmus o qua *corr. ex* quae **V** **3** sepae **B** nobis *om.* **oux** quic-quid (*corr. ex* quidquid **M**) est istud **BFMV** quicquid est illud **oux** quicquid illud est **a** an *corr. ex* aut **x** aut **u** **4** aliis *om.* o illud quod **BFMV** illud (istud-**a**) quoque quod **ouxa** **6** ac **BMVa** aut **Foux** quam **i** quam extra munificen-tiae o **7** obsequi **oux** **9** tractu **oux** prouideremus **x** **10** presentiam o his **MVouxa** iis **BF** **12** restrinxerit (*post* -n- *ras. unius litt.*) **V** restrinxit **oux** nos] non **ux** pensitatus **MVa** *et* m^1 *(et marg.* m^2*)* **B** pensitatur **Fux** *et* m^2 **B** pensitatum o **13** liberalitatis *corr.* m^2 *ex* liberalitas **M** liberalitatem **oux** uinclis **oux** tantique **oux** **14** munifentia **u** nostra *corr. ex* nostrea **M** **18** ut *in ras.* m^1 **F** **19** repri o uero] non **u** **21** abhortationibus **V** inpe-trandum (-randum m^2 *in ras.* **M**) **BFMVa** imperandum **oux** **22** uoluptate ca-rentes **MVa** uoluptati parentis (parentes **F**) **BF** uoluptati (uoluptate **u**) patentis **oux** blandioribus **MVuxa** blanditoribus **B** blanditoribus **F** blandītioribus o **23** decuit] de ciue **ux** non perinde **MV** perinde non **BFoua** perinde **x** **24** emit-tendum **oux** habemus **x** **25** dabatur **MV** datur **BFouxa** probaretur (-ur *subpunxit* m^1*, ut uidetur* **V**) honoremque **MVa** properetur honorumque **BF** pro-precaretur annorumque o proprecaretur honorumque **ux** **26** patienter (-ur o) expectarent **BFouxa** patienter et expectarent **MV** mererentur (*corr.* m^2 *ex* merentur **B**) **BFMa** mirerentur *corr.* m^1 *in* mirarentur **V** incitarentur **oux** imitarentur *Pomp. Laet.*

munibus magis commodis quam priuatae iactantiae studebamus, cum intentionem effectumque muneris nostri uellemus intellegi, ita nunc in ratione edendi ueremur ne forte non aliorum utilitatibus, sed propriae laudi seruisse uideamur.

Praeterea meminimus, quanto maiore animo honestatis fructus in 14
conscientia quam in fama reponatur. sequi enim gloria, non adpeti debet, nec si casu aliquo non sequatur, idcirco quod gloriam non meruit minus pulchrum est. ii uero qui benefacta sua uerbis adornant non ideo prae- 15
dicare, quia fecerint, sed ut praedicarent fecisse creduntur. sic, quod magnificum referente alio fuisset, ipso qui gesserat recensente uanescit. homines enim, cum rem destruere non possunt, iactationem eius incessunt. ita, si silenda feceris, factum ipsum, si laudanda, quod non sileas, ipse culparis. me uero peculiaris quaedam impedit ratio. etenim hunc 16
ipsum sermonem non apud populum, sed apud decuriones habui, nec in propatulo, sed in curia. uereor ergo ut sit satis congruens, cum in 17
dicendo adsentationem uulgi adclamationemque defugerim, nunc eadem illa editione sectari, cumque plebem ipsam, cui consulebatur, limine curiae parietibusque discreuerim, ne quam in speciem ambitionis inciderem, nunc eos etiam ad quos ex munere nostro nihil pertinet praeter exemplum uelut obuia adsentatione conquirere.

Habes cunctationis meae causas; obsequar tamen consilio tuo, cuius 18
mihi auctoritas pro ratione sufficit. uale.

9.

C. PLINIVS MINICIO FVNDANO SVO S.

Mirum est quam singulis diebus in urbe ratio aut constet aut con- 1
stare uideatur, pluribus iunctisque non constet. nam si quem interroges 2
'hodie quid egisti?', respondeat 'officio togae uirilis interfui, sponsalia aut nuptias frequentaui, ille me ad signandum testamentum, ille in ad-

---

1 priuati **F** 2 uolebamus **oux** 3 oratione **o** utemur **x** non *om.* **o** personae **ux** 5 fructus honestatis **oux** 6 *post* gloria *rasura duarum uel trium litt.* (non?) **B** 7 nec si **BMVa** nesi **Fux** ne se **o** casu] causa **M** gloriam non meruit **BFouxa** gloriam meruit **M** gloriameruit **V** 8 hii **F** hi **oux** praedicarent **M** praedicarem *subpunx.* m^1 **V** 9 quia] quare **ux** sic] si **a** 10 gesserit **oux** recessente **M** consulente *Mommsen* 11 enim qui cum **oux** iactationem *punx.* m^2 **B** iactationes **x** 12 si laudanda quod non sileas ipse culpatur (culparis **a**) **BFouxa** si laudanda non sileas ipse culparis **MV** 14 decuriones *corr.* m^1 *ex* decoriones **V** 15 ut] ne **oux** 16 diffugerim **o** defugerint **x** 17 editione **u** consulabatur **u** 18 speciem] spem **ux** inciderent **x** 19 eos *om.* **oux** munere] numero *corr.* m^1 *ex* munero **V** nostro *add. marg.* m^1 **V**, *corr. marg.* m^2 *ex* uestro **u** 20 uelud **F** uel de **oux** adsentatione *corr.* m^1 *ex* adsentione **V** adsentione **M** ostentatione **BFouxa** 21 tamen inconsilio *subpunx.* m^1 **V** 22 auctoras **u** sufficit **BFouxa** sufficiet **MV**

24 MINVCIO MINVTIO **Foua**] FVNDANO **BFouxa** ADMINVCIVM *ind* **B** FVNDANO **MVDm** 26 iunctisque **BFai** cunctisque **Dmoux** cunctaque **MV** uacillet cunctaque *coni. Hofacker* siquem *corr. ex* siqualem **V** 27 quid (-d *in ras.*) **B** 28 aduocationem (*post* -i- *ras. unius duct.*) **M** ille ad inuocationem **Dm**

3 uocationem, ille in consilium rogauit'. haec quo die feceris necessaria, eadem, si cotidie fecisse te reputes, inania uidentur, multo magis, cum secesseris. tunc enim subit recordatio 'quot dies quam frigidis rebus absumpsi!'

4 Quod euenit mihi, postquam in Laurentino meo aut lego aliquid aut scribo aut etiam corpori uaco, cuius fulturis animus sustinetur. nihil audio quod audisse, nihil dico quod dixisse paeniteat: nemo me apud quemquam sinistris sermonibus carpit, neminem ipse reprehendo, nisi tamen me, cum parum commode scribo: nulla spe, nullo timore sollicitor, nullis rumoribus inquietor: mecum tantum et 6 cum libellis loquor. o rectam sinceramque uitam, o dulce otium honestumque ac paene omni negotio pulchrius! o mare, o litus, uerum secretumque μουσεῖον, quam multa inuenitis, quam multa dictatis!

7 Proinde tu quoque strepitum istum inanemque discursum et multum ineptos labores, ut primum fuerit occasio, relinque teque studiis uel 8 otio trade. satius est enim, ut Atilius noster eruditissime simul et facetissime dixit, otiosum esse quam nihil agere. uale.

10.

C. PLINIVS ATTIO CLEMENTI SVO S.

1 Siquando urbs nostra liberalibus studiis floruit, nunc maxime floret. 2 multa claraque exempla sunt; sufficeret unum, Euphrates philosophus. hunc ego in Syria, cum adulescentulus militarem, penitus et domi inspexi amarique ab eo laboraui, etsi non erat laborandum. est enim

---

1 rogauit haec **BFMVa** rogauit ita et **Dm** uocauit ita haec **oux** 2 te *marg. post* cotidie *add.* **D** cotidie te (te *post* fec. *om.*) **m** inania *corr.* m^1 *ex* innia **B** uideantur **m** 3 quot (*corr.* m^1 *ex* qui **V**) **BFVouxa** quo **M** quod **D** 4 absumpsi **BFDmouxa** *et corr.* m^1 *ex* adsumpsi **V** adsumpsi **M** 5 laurentio **o** 6 fultu **x** animus] a mus **o** 8 me apud **BFa** apud me **MVDmoux** sinistris quicquam sermonibus carpsit **ux** 9 ne si **x** tamen mecum **MVDmo** tamen cum **BF** unum me cum **a** tantum me cum **ux** 10 nullo *corr.* m^1 *ex* nulla **V** nullis *corr.* m^1 *ex* nullus **V** timoribus **m** 11 libellis meis loquor **V** o *om.* **MV** rectam] regiam **Dmoux** *et Flor. Mor. Auct.* o *om.* **MV** 12 atque **oux** ac *rell. et Flor. Mor. Auct.* paene *subpunx.* m^2 **B** paene *corr.* m^1 *ex* pane **V** pulchrius] dulcius *Flor. Mor. Auct.* uerum *om.* **D** *et Flor. Mor. Auct.* o litus uerum *om.* **m** 13 μουσεῖον (*man. recentior add. in ras.* musarum locum **F**, *in lac.* **ox**) **Foxa** ΜΟΥϹΙΟΝ **B** ΜΟΥϹΕѠΤΗΡΟΝ **M** ΜΟΥϹΕѠΤΗΝ **V** musion (μουσεῖον *add. marg.* m^2 **D**) **Dm** musion̄ *Flor. Mor. Auct., om. in lac.* **u** inuentis **m** dicatis *uel* ditatis *Flor. Mor. Auct.* 14 strepitum *corr.* m^1 *ex* scriptum **x** multos **Dmoux** 16 atilius **BDm** *et corr. ex* atillius **V** attilius **Fouxa** at illius **M** facitissime **M** factissime (*et supra* m^1 ł facillime) **V** 17 dixit melius est otiosum **M**

19 ATTIO CLEMENTI **BFa** ADATTICVM *ind.* **B** ATRIO CLEMENTI **oux** CLEMENTI **MVDm** 20 nostra nō liberalibus **D** studiis *corr.* m^2 *ex* stidiis **B** 21 multaque clara **oux** claraq. *corr.* m^2 *ex* clareq. **B** unum *om.* **o** suffecerit unum **ra** suffecerit nobis unum ς Eufratres **D** 22 insyria *corr.* m^1 *ex* inria **B** insiria **Fu** adulescentulus *corr.* m^1 *ex* adulestulus **B** militare Plinius miles penitus **o** inpexi **B** 23 ab eo *om.* m^1, *add. marg.* m^2 **u** laborandum est est enim (est *priore loco del.* m^1) **Dm**

obuius et expositus plenusque humanitate, quam praecipit. atque uti- 3
nam sic ipse quam spem tunc ille de me concepit impleuerim, ut ille
multum uirtutibus suis addidit! aut ego nunc illas miror, quia magis
intellego. quamquam ne nunc quidem satis intellego; ut enim de pic- 4
tore, scalptore, fictore nisi artifex iudicare, ita nisi sapiens non potest
perspicere sapientem.

Quantum mihi tamen cernere datur, multa in Euphrate sic eminent 5
et elucent, ut mediocriter quoque doctos aduertant et adficiant. disputat
subtiliter, grauiter, ornate, frequenter etiam Platonicam illam sublimi-
tatem et latitudinem effingit. sermo est copiosus et uarius, dulcis in
primis, et qui repugnantes quoque ducat, impellat. ad hoc proceritas 6
corporis, decora facies, demissus capillus, ingens et cana barba; quae licet
fortuita et inania putentur, illi tamen plurimum uenerationis adquirunt.
nullus horror in cultu, nulla tristitia, multum seueritatis: reuerearis 7
occursum, non reformides. uitae sanctitas summa, comitas par: insec-
tatur uitia, non homines, nec castigat errantes, sed emendat. sequaris
monentem attentus et pendens et persuaderi tibi, etiam cum persua-
serit, cupias. iam uero liberi tres, duo mares, quos diligentissime in- 8
stituit. socer Pompeius Iulianus, cum cetera uita tum uel hoc uno
magnus et clarus, quod ipse prouinciae princeps inter altissimas con-
diciones generum non honoribus principem, sed sapientia elegit.

Quamquam quid ego plura de uiro, quo mihi frui non licet? an 9
ut magis angar, quod non licet? nam distringor officio ut maximo
sic molestissimo: sedeo pro tribunali, subnoto libellos, conficio ta-
bulas, scribo plurimas sed inlitteratissimas litteras. soleo non num- 10
quam (nam id ipsum quando contingit!) de his occupationibus apud

1 plerunque x praecepit **Dmox** 2 quam spem **BMVDma** spem quam **Foux** tunc ille **BFDmouxa** tunc et **MV** impulerim x 3 aut **BMVDma** at **Foux** illas miror **BFa** illas magis miror **MV** illas nunc miror **oux** magis miror quia magis *om.* **Dm** 4 quamquam] quam ux nunc] hunc **V** 5 scalptore (*corr. m*^{2} *ex* scarptore **m**) **BFMVma** sculptore (*corr. m*^{1} *ex* scalptore **o**) **Doux** *et Flor. Mor. Auct.* ita nisi sapiens **BFVa** nisi ita sapiens **M** ita nisi sit sapiens **Dmoux** *et Flor. Mor. Auct.* 6 prospicere **u** percipere *Flor. Mor. Auct.* 7 mihi tamen cernere datur multa **BFa** tamen mihi cernere datur multa **MV** tamen mihi datur cernere multa **Dm** tamen mihi datur cernere tantum multa (multum **u**) **oux** sic] sicut **m** 8 aduertant **MVDmouxa** euertant **BF** auertant **i** 9 ornate et frequenter etiam **Dmoux** pla|nicam **o** 11 repugnantes **MVDm** repugnantis (-teis **a**) **BFouxa** ducat **MVDmouxa** dicat **BF** et impellat **Dmoux** hoc *om.* **D** 13 acquiritur **oux** 14 honor **Dm** seueritas **M** reuearis **F** 15 scantitas **M** comitas par **BMVa** par comitas **Foux** comitas parum **Dm** *post* insectatur *spatium aliquot litterarum cum unius litt. rasura* **V** 16 uitta **M** 17 monenentem **B** attentius **Dm** pendens (*corr. m*^{1} *ex* pedens **V**) **BMVDmoa** prudens **Fux** persuaderi tibi **MVD** persuaderit tibi **m** persuadere tibi **BFouxa** persuaserit *corr. m*^{1} *ex* persuaderit **F** 18 iam *corr. m*^{1} *ex* nam **u** libri **u** digentissime **o** 19 cetera (caetera **o**) etiam uita **oux** cetera uita *rell. et Flor. Mor. Auct.* 20 princeps inter **BFDmouxa** *et Flor. Mor Auct.* princeps hunc inter **MV** 22 an — 23 licet *om.* **Dm** 25 sileo **ux** 26 id *corr. m*^{2} *ex* ad **B** quandoque *Cat.* contingit **FMVouxa** contigit **BDm** deis **B** de iis **o** de his *rell.*

Euphraten queri. ille me consolatur, adfirmat etiam esse hanc philosophiae et quidem pulcherrimam partem, agere negotium publicum, cognoscere, iudicare, promere et exercere iustitiam, quaeque ipsi doceant
11 in usu habere. mihi tamen hoc unum non persuadet, satius esse ista facere quam cum illo dies totos audiendo discendoque consumere.

Quo magis te, cui uacat, hortor, cum in urbem proxime ueneris (uenias autem ob hoc maturius), illi te expoliendum limandumque per-
12 mittas. neque enim ego, ut multi, inuideo aliis bonum quo ipse careo, sed contra sensum quendam uoluptatemque percipio, si ea quae mihi denegantur amicis uideo superesse. uale.

11.

C. PLINIVS FABIO IVSTO SVO S.

1 Olim mihi nullas epistulas mittis. nihil est, inquis, quod scribam. at hoc ipsum scribe, nihil esse quod scribas, uel solum illud unde incipere priores solebant, 'si uales, bene est; ego ualeo:' hoc mihi suf-
2 ficit; est enim maximum. ludere me putas? serio peto. fac sciam quid agas, quod sine sollicitudine summa nescire non possum. uale.

12.

C. PLINIVS CALESTRIO TIRONI SVO S.

1 Iacturam grauissimam feci, si iactura dicenda est tanti uiri amissio: decessit Corellius Rufus, et quidem sponte, quod dolorem meum exulcerat. est enim luctuosissimum genus mortis quae non ex natura
2 nec fatalis uidetur. nam utcumque in illis qui morbo finiuntur ma-

---

1 euphraten (eupraten **B**) **BFMV**o euphratem **ua** eufraten **D** eufratem **x** eufratren **m** queror **BF** queri *rell.* me *om.* **Dm** affirmat et esse **ux** 2 et quidem *om. Flor. Mor. Auct.* esse et hanc philosophiae quidem **Dm** puplicum **B** 4 tamen m^1 *in ras.* o esse] est **u** 5 audiendoque discendo **B** 6 hostor *(scil. ex litt.* r *alta cum* ſ *confusa)* **B** 7 ob *corr.* m^1 *ex* ab **V** expoliendum **BFDmouxa** extollendum **MV** *Pomp. Laet.* excolendum *Ber.* colendum *Cat.* limandumque *corr.* m^1 *ex* limadumque **B** 8 bonum **BFDmouxa** bono **MV** careo] cano **u** 9 contra (-ntra m^2 *in ras.*) **F** uoluptatumque **M** 10 denegantur *corr. ex* denegatur **B** uale *om.* **x**

12 FABIO IVSTO **BFouxa** ADFAVTVMIVSTVM *ind.* **B** IVSTO **MVDm** SVO *om.* **m** 13 Olim **x** mihi nullas epistolas **BFMVDmox** mihi epistolas nullas **u** nullas mihi epistolas **a** inquis *corr. ex* iniquis **B** 14 at (*corr. ex* ad m^2 **B**, m^1 **V**) **BFVouxa** ad **M** aut **Dm** hoc *om.* **F** scribe] scribere **u** incipere priores **BMVDma** priores incipere **Foux** 15 ego quoque ualeo **oux** ualeo et hoc **m** 16 enim mihi maximum **oux** me *om.* **u** 17 sine sollicitudine *corr.* m^2 *ex* si non sollicitudinem **x** scire **oux** possem **o**

Epistulam om. **Dm**: *cf. ad* I. 8 19 CALESTRIO TIRONI (tyroni **ox**) **BFouxa** ADCELESTRIVM (*corr.* m^2 *ex* ADCELESTIVM) TIRONEM *ind.* **B** TIRONI **M** TYRONI **V** 20 iacturam *corr. ex* iacituram, *ut uidetur* **B** feci **MVa** feroci **B** fero **Foux** *(scil. ex duplici lectione archetypi* **BF** *communis)* tanti *corr.* m^1 *ex* tanta **V** 21 corelius **oux** ruffus **o** 22 exulerat **u** 23 nec] nisi **u** fatalis **BFouxa** fatalis *corr.* m^1 *ex* falis **V** facilis **M**

gnum ex ipsa necessitate solacium est, in iis uero quos accersita mors aufert hic insanabilis dolor est, quod creduntur potuisse diu uiuere. Corellium quidem summa ratio, quae sapientibus pro necessitate est, 3 ad hoc consilium compulit, quamquam plurimas uiuendi causas habentem, optimam conscientiam, optimam famam, maximam auctoritatem, praeterea filiam, uxorem, nepotem, sorores, interque tot pignora ueros amicos. sed tam longa, tam iniqua ualetudine conflictabatur, ut haec 4 tanta pretia uiuendi mortis rationibus uincerentur.

Tertio et tricensimo anno, ut ipsum audiebam, pedum dolore correptus est. patrius hic illi: nam plerumque morbi quoque per successiones quasdam, ut alia, traduntur. hunc abstinentia, sanctitate, quoad 5 uiridis aetas, uicit et fregit; nouissime cum senectute ingrauescentem uiribus animi sustinebat, cum quidem incredibiles cruciatus et indignissima tormenta pateretur. iam enim dolor non pedibus solis, ut prius, in- 6 sidebat, sed omnia membra peruagabatur. ueni ad eum Domitiani temporibus in suburbano iacentem. serui e cubiculo recesserunt: habebat hoc 7 moris, quotiens intrasset fidelior amicus; quin etiam uxor, quamquam omnis secreti capacissima, digrediebatur. circumtulit oculos et 'cur' inquit 8 'me putas hos tantos dolores tam diu sustinere? ut scilicet isti latroni uel uno die supersim'. dedisses huic animo par corpus, fecisset quod optabat.

Adfuit tamen deus uoto, cuius ille compos, ut iam securus liberque moriturus, multa illa uitae, sed minora retinacula abrupit. in- 9 creuerat ualetudo, quam temperantia mitigare temptauit, perseuerantem constantia fugit. iam dies alter, tertius, quartus: abstinebat cibo. misit ad me uxor eius Hispulla communem amicum C. Geminium cum tristissimo nuntio, destinasse Corellium mori nec aut suis aut filiae

---

1 iis **MVa** his **BFoux** accersita (acersita **B**) **BFVouxa** arcessita **M** 2 insanabilis *corr. ex* insanabalis **x** potuisse diu **BMVa** posse diu **F** diu posse **ux**, *om.* **o** 3 corelium uero summa quidem ratio **oux** necessitate (-e *in ras. trium litt.*) **M** est *add. m*^{1} *supra uersum* **x** 5 optimam conscientiam *om.* **MV**, *add. rell.* optimam famam optimam conscientiam *Cat.* 6 sorores *corr. ex* sororores **B** inter quae **x** praeterque *Mommsen* tot *om.* **o** 8 uiuendi pretia **oux** 9 tricesimo **Ba** trigesimo **ou** trigensimo **V** xx$\overset{o}{x}$ **x** ipsum praedicantem audiebam *Sichardus* 10 persuccessiones *corr. m*^{1} *ex* percussiones **V** 11 traducuntur **o** hunc] nunc **oux** quoad (*corr. ex* quod ad **M**) **BFMVa** quod **oux** 12 cum] eum (*ut uidetur, sic autem cum uerbo seq. cohaerens ut* cum) **B** eum **Fx** senectute ingrauascentem **B** senectutem iam grauescentem **o** 13 cum] quod **ux** incredibiles (-eis **a**) **BFouxa** incredibilis **MV** 14 non solum pedibus ut **oux** insedebat **o** 15 domiciani **u** 16 habebat hoc **BMV** habebat enim hoc **Foux** habebat is hoc **a** 17 quoties (*corr. ex* quotiens **B**) **Ba** quin] qun **B**, *om.* **MV** 18 digradiebatur **M** circuntulit **oa** circumtulit *corr. m*^{2} *ex* cirtulit **M** 19 tandiu **Fua** scilicet *corr. m*^{2} *ex* silicet **V** isti] illi (-i *in ras. m*^{1}) **u** ux 20 uno uel **oux** die *corr. m*^{2} *ex* de **V** 21 liber quae **o** 22 abrupit *corr. m*^{2} *ex* abripit **V** aprupit **B** 23 perseuerantem *corr. m*^{2} *ex* persecuerantiam **M** 24 fregit *Mommsen* 25 hyspula **o** hispula **ux** hispulla **V** ·c· geminium **BFuxa** ·c· geminum **Ho** ·G· germanium **M** ·G· germanum **V** 26 certissimo **x** corelium **oux** suis *corr. m*^{1} *ex* suos **M**

precibus flecti, solum superesse me, a quo reuocari posset ad uitam.
10 cucurri: perueneram in proximum, cum mihi ab eadem Hispulla Iulius
Atticus nuntiat nihil iam ne me quidem impetraturum, tam obstinate
magis ac magis induruisse. dixerat sane medico admouenti cibum κέκρικα,
quae uox quantum admirationis in animo meo tantum desiderii reliquit.
11 Cogito quo amico, quo uiro caream. impleuit quidem annum
septimum et sexagensimum, quae aetas etiam robustissimis satis
longa est: scio. euasit perpetuam ualetudinem: scio. decessit super-
stitibus suis, florente re publica, quae illi omnibus suis carior erat:
12 et hoc scio. ego tamen tamquam et iuuenis et fortissimi morte doleo,
doleo autem (licet me imbecillum putes) meo nomine. amisi enim,
amisi uitae meae testem, rectorem, magistrum: in summa dicam quod
recenti dolore contubernali meo Caluisio dixi, 'uereor ne neglegentius
13 uiuam'. proinde adhibe solacia mihi, non haec 'senex erat, infirmus
erat' (haec enim noui), sed noua aliqua, sed magna, quae audierim
numquam, legerim numquam. nam quae audiui, quae legi, sponte suc-
currunt, sed tanto dolore superantur. uale.

13.

C. PLINIVS SOSIO SENECIONI SVO S.

1 Magnum prouentum poetarum annus hic attulit: toto mense
Aprili nullus fere dies, quo non recitaret aliquis. iuvat me quod uigent
studia, proferunt se ingenia hominum et ostentant, tametsi ad audien-
2 dum pigre coitur. plerique in stationibus sedent tempusque audiendi
fabulis conterunt ac subinde sibi nuntiari iubent, an iam recitator in-

---

1 flecti **BFouxa** inflecti **MV** 2 hyspula o hispula **ux** 3 actius **oux** nihil iam *om.* **ux** impetraturum (*corr. m*^{2} *ex* imperaturum **u**) **MVuxa** imperaturum **BF** in paraturum **o** 4 ac] atque **oux** admonenti **oux** ΚΕΚΡΙΚΑ **BMVa** ΚΕΚΜΗΚΑ *in ras. m*^{2} **F**, *in lac. m*^{2} **o**, *in lac. om.* **ux** 5 desiderii *corr. m*^{2} *ex* desideri **V** 6 quo uiro quo amico **ux** 7 sexagesimum **Bx** sexagensimum **V** *(tales lectiones uariae non semper posthac adscriptae)* etiam *om.* **u** robustissimus **u** 9 illi *corr. ex* illis **x** omnibus suis **BFouxa** omnibus **MV** 10 hoc] ego **x** ego **BFouxa**, *om.* **MV** tānquā **V** et iuuenis et fortissimi **Boa** iuuenis et fortissimi **Fux** et iuuenis et firmissimi **MV** (*cum uerbo* fortis *pro* ualidus *cf.* IV. 1. 7; VI. 4. 3; VII. 23. 1, etc.) morte doleo doleo autem **BFouxa** mortem doleo doleo autem **V** mortem doleo autem **M** 11 amisi enim amisi **BFouxa** amisi enim **MV** 12 testem meae **oux** 13 galuisio **Ba** uereorne · ne neglegentius **M** 14 solatia mihi *corr. m*^{1} *ex* mihi solatia **o** senex aetas (etas **u**) infirmus erat **oux** 15 audierim *corr. m*^{2}, *ut uidetur, ex* audierit **F** 16 legerim *corr. m*^{1} *ex* alegerim **x** audii **B** audiui *rell.* legi (*corr. m*^{2} *ex* ligi **V**) **BFVouxa** elegi **M** succurrerunt **o** 17 tanto *corr. m*^{1} *ex* tanti **o**

19 SOSIO SENECIONI (senetioni **o**) **BFouxa** *et partim detonsum marg.* **F** ADSOSSIVM *ind.* **B** SOSIO **MVm** SOSSIO **D** SVO *om.* **MVm** 21 aprilis **x** meque **o** 22 ostentantur **x** ostentant **i** ad *add. supra m*^{2} **x**, *m*^{1} **m** 23 pigre *corr. ex* progre **V** sederent **x** audiendis **Doux** *et man. saec. XV* **V** 24 annuntiari **ox** anuntiari **u** iubent (*corr. ex* iubet **F**) **MVFouxa** iubet **B**, *om.* **Dm** recitator] recitat quia **D** recitatque **m** intrauerit *corr. ex* intrauerat **V**

trauerit, an dixerit praefationem, an ex magna parte euoluerit librum: tunc demum ac tunc quoque lente cunctanterque ueniunt; nec tamen permanent, sed ante finem recedunt, alii dissimulanter et furtim, alii simpliciter et libere.

At hercule memoria parentum Claudium Caesarem ferunt, cum in 3
palatio spatiaretur audissetque clamorem, causam requisisse, cumque dictum esset recitare Nonianum, subitum recitanti inopinatumque uenisse. nunc otiosissimus quisque multo ante rogatus et identidem admoni- 4
tus aut non uenit aut, si uenit, queritur se diem, quia non perdiderit, perdidisse. sed tanto magis laudandi probandique sunt quos a scribendi 5
recitandique studio haec auditorum uel desidia uel superbia non retardat.

Equidem prope nemini defui. erant sane plerique amici: neque enim est fere quisquam qui studia, ut non simul et nos amet. his ex causis 6
longius, quam destinaueram, tempus in urbe consumpsi. possum iam repetere secessum et scribere aliquid quod non recitem, ne uidear, quorum recitationibus adfui, non auditor fuisse, sed creditor. nam ut in ceteris rebus ita in audiendi officio perit gratia, si reposcatur. uale.

14.

C. PLINIVS IVNIO MAVRICO SVO S.

Petis ut fratris tui filiae prospiciam maritum: quod merito mihi 1
potissimum iniungis. scis enim quanto opere summum illum uirum suspexerim dilexerimque, quibus ille adulescentiam meam exhortationibus fouerit, quibus etiam laudibus ut laudandus uiderer effecerit. nihil est quod a te mandari mihi aut maius aut gratius, nihil quod 2

1 an iam dixerit **Dmoux** dixerit *corr. ex* dixerat **V** 2 tunc demum **MVDm** tum demum **BFouxa** ac *corr. ex* a **V** tunc quoque lente (lente *corr. m*^{1} *ex* lenter m) cunctanterque **BFMVDma** tum lente quoque cuntanterque o tum quoque lente cunctanterque **x** tamen quoque lento contanterque u 3 dissimulant **x** 5 at (*corr. m*^{1} *ex* ad **V**) **BFVDmouxa** ad **M** *(sic saepe, non posthac adnot.)* cesarem u 6 audisetque **B** clamore **x** requisisset **Ba** requisse **x** 7 non in subitum o recitenti u recitationi **Dm** inopinantique oux inopinatumque **D** inopinatumque m uenisset u 8 quisque] quis **Dm** et identidem admonitus *om.* **MV** 9 aut *priore loco om.* o autsi *corr. m*^{2} *ex* ausi **V** quia] qui **M** perdidit *Gierig* 10 tanto *om.* ux magis *om.* o sunt *om.* **x** a *om.* **Dm** scribendi recitandistudio **V** scribendi aut recitandi studio ux 11 auditorum uel desidia **MVDmoux** auditorum desidia (des- *in ras. uel macula* **B** **BFa** non tardat **Dm** 12 prope nemini (memini *m*^{1}, *corr. m. incerta* **D** defui erant **VDmuxa** nemini prope defui erant o properemini defui erant (*post* defui *ras. unius litt.*) **B** prope memini defuerant **M** propero · Nimis defui erant **F** 13 est *om.* u qui studia ut (uti **Dm**) non non *add. m*^{2} **B** simul et nos (nos non m amet **BMVDma** qui (quin o) nos amet ut studia non simulet **Fo** quin non amet ut studia non simulet (similet u) ux his *om.* **D** 14 distinaueram **MV** 15 repetere] recedere **D** ne *om.* **D** 16 adfui *corr. ex* adfuit **B** fui (fui *add. supra m*^{1} m) adfui **Dm** aditor **D** 17 reponatur **D**

19 IVNIO MAVRICO (MARICO **Foux**) **BFouxa** *et marg.* **F** ADIVNIVM *ind.* **B** MAVRICO **MVDm** SVO *om.* m 20 quode merito **x** 21 scis *corr. ex* scies **V** quantopere **BFMmxa** 23 laudibus laudandus affecerit **Dm** uidererer **x** 24 ad te **x** gratius] satius **Dmoux** quod *om.* **V**

honestius a me suscipi possit, quam ut eligam iuuenem, ex quo nasci nepotes Aruleno Rustico deceat.

3 Qui quidem diu quaerendus fuisset, nisi paratus et quasi prouisus esset Minicius Acilianus, qui me ut iuuenis iuuenem (est enim minor pauculis annis) familiarissime diligit, reueretur ut senem. nam ita for- 5
4 mari a me et institui cupit, ut ego a uobis solebam. patria est ei Brixia ex illa nostra Italia, quae multum adhuc uerecundiae, frugalitatis, at-
5 que etiam rusticitatis antiquae retinet ac seruat. pater Minicius Macrinus, equestris ordinis princeps, quia nihil altius uoluit: adlectus enim a diuo Vespasiano inter praetorios honestam quietem huic nostrae am- 10
6 bitioni dicam an dignitati constantissime praetulit. habet auiam maternam Serranam Proculam e municipio Patauio. nosti loci mores: Serrana tamen Patauinis quoque seueritatis exemplum est. contigit et auunculus ei P. Acilius, grauitate, prudentia, fide prope singulari. in summa nihil erit in domo tota, quod non tibi tamquam in tua placeat. 15

7 Aciliano uero ipsi plurimum uigoris, industriae, quamquam in maxima uerecundia. quaesturam, tribunatum, praeturam honestissime
8 percucurrit ac iam pro se tibi necessitatem ambiendi remisit. est illi facies liberalis multo sanguine, multo rubore suffusa, est ingenua totius corporis pulchritudo et quidam senatorius decor. quae ego ne- 20 quaquam arbitror neglegenda: debet enim hoc castitati puellarum
9 quasi praemium dari. nescio an adiciam esse patri eius amplas facultates. nam cum imaginor uos, quibus quaerimus generum, silendum de facultatibus puto: cum publicos mores atque etiam leges ciuitatis intueor, quae uel in primis census hominum spectandos 25

---

1 *post* honestius *litt.* q m^1 *del.* x 2 aruleno **MV** auruleno **BFua** arulino **D** aurilino **m** autuleno **ox** 3 qui] et **Dm** querendus **x** 4 minicius acilianus **M** municius acilianus **V** minutius acilianus **ma** minutius atilianus **D** milicius (militius **oux**) aemilianus (emilianus **ox**) acilianus (acelianus **F**) **BFoux** 5 pauculis *corr. ex* pauculio, *ut uidetur* **V** familiarissime *corr. man. miniatoris, ut uidetur, ex* familiariarissime **F** -ia- *in ras.* **u** formari a me **BFMVa** a me formari **a** in formari a me **oux** nam ita a me institui **Dm** 6 et *om.* **B** 7 ex **BFDouxa** et **MVm** adhuc multum **m** uerecundiae multum frugalitatis **oux** atque etiam rusticitatis **MVDmoux**, *om.* **BFa** 8 minicius **MV** minutius **Doa** minucius **ux** minittius **m** nimius **BF** Macrinus *om.* **Dm** 9 altius *corr. ex* aliud, *ut uidetur* **B** enim *om.* **Dma** 10 quiaetem **B** 11 dignitati *corr.* m^2 *ex* dignati **M** 12 serranam **BFMDmuxa** sarranam **Vo** Proculam e] proculame **B** procul ame **F** procul **a** me **Dmouxa** patauio **BFMVoua** patauino **Dmx** nosci **u** serrana **FMDmuxa** sarrana **BVo** 13 patauis **Dm** contingit **o** 14 auonculus **B** auunculis **D** acilius *corr. ex* agilius **x** prudentia *corr. ex* pruoentia **o** 15 tota *in contextu om., marg. add.* **o** in *om.* **o** 16 aciliano (-a- *in ras.*) **o** industriam **Dm** 17 uerecundia *corr.* m^1 *ex* uerocundia **M** questura **M** honestissime *corr. statim* m^1 *ex* honestatem **m** 18 praecucurrit **o** cucurrerit **ux** ac iam] acia **Dm** est etiam illi **oux** est sibi **D** 19 multo *priore loco om.* **o** rubore (*corr.* m^1 *ex* robore **V**) **BFVDmouxa** robore **M** ingenuia **V** ingenua *corr.* m^2 *ex* ingenia **u** 20 decor senatorius *Hofacker* 21 castitate **F** 22 esse *om. fin. uers.* **F** patri eius amplas esse **x** patri esse amplas **o** eius] etiam **m** 23 imaginosum **os** **Dm** 25 quae uel] qualis **ux**

arbitrantur, ne id quidem praetereundum uidetur. et sane de posteris et his pluribus cogitanti hic quoque in condicionibus deligendis ponendus est calculus. tu fortasse me putes indulsisse amori meo supra- 10
que ista, quam res patitur, sustulisse. at ego fide mea spondeo futurum
5 ut omnia longe ampliora, quam a me praedicantur, inuenias. diligo quidem adulescentem ardentissime, sicut meretur; sed hoc ipsum amantis est, non onerare eum laudibus. uale.

15.

C. PLINIVS SEPTICIO CLARO SVO S.

10 Heus tu, promittis ad cenam nec venis! dicitur ius: ad assem im- 1
pendium reddes, nec id modicum. paratae erant lactucae singulae, 2
cochleae ternae, oua bina, halica cum mulso et niue (nam hanc quoque computabis, immo hanc in primis, quae periit in ferculo), oliuae, betacei, cucurbitae, bulbi, alia mille non minus lauta. audisses comoe-
15 dum uel lectorem uel lyristen uel, quae mea liberalitas, omnes. at tu 3
apud nescio quem ostrea, uuluas, echinos, Gaditanas maluisti.

Dabis poenas, non dico quas. dure fecisti: inuidisti, nescio an tibi, certe mihi, sed tamen et tibi. quantum nos lusissemus, risissemus, studuissemus! potes apparatius cenare apud multos, nusquam hilarius, 4
20 simplicius, incautius. in summa experire, et nisi postea te aliis potius excusaueris, mihi semper excusa. uale.

---

1 ne] me o 2 hic] his **Dm** condictionibus u deligendis **BFMVDmi** diligendis **ouxa** 3 me putes **BFMVDma** putes me ux putas me o indulxisse (-x- *in ras.* **F**) **Fx** 4 fidem ea **M** 5 ut *om.* **BF**, *add. rell.* longa u inuenio **Dm** 7 honerare **MD** honorare *corr. ex* onorare **V** uale *om.* **Dm**

9 SEPTICIO (*corr. m*^{2} *ex* SEPTIO **B** SEPTITIO **xa**) CLARO **BFouxa** ADSEPTICIVM *ind.* **B** SEPTITIO **MVm** SEPTIO **D** SVO S. *om.* **m** 10 heus tum *ind.* **B** (heus i) tu promittis tu ad **oux** dicetur *coni. Keil* adassem *in lit. m*^{2} **D** adessem o adesse **m** 11 sigulae **ux** 12 cocleae (*corr. m*^{1} *ex* cocheae **V**) **DVox** coclae u codee **m** termae **ux** halica *codd. omnes* nam hanc quoque **MVDoxa** nam haec quoque **BFu** et ni ueram hanc quoque **m** 13 computabis *corr. m*^{2} *ex* computabit u periit **MV** perit **BFDmouxa** fericulo **Dm** oliuae betacei **MV** oliuo laebeta **BF** oliuae beta **oux** oliuae baetaci **D** oliue betaci **m** oliuulae baeticae **a** (bethycae *ex editione Catanaei, ut uidetur* i) 14 (cucurbitae i) allia ou alia *corr. ex* allia x non minus mile **Dm** comoedum (comedum **Fux**) **Fouxa** comoedo **B** comoedos (*corr. man. succ. XV in* comoedum **V**) **MV** comoedes **D** comedes **m**: *cf. III. 1. 9; V. 3. 2; IX. 17. 3; 36. 4; 40. 2* 15 lirissam lyristem o uel lyristen *om.* ux uel risten m omnis (*corr. ex* omis **B**) **BFouxa** 16 nescio apud o hostrea (*in ras.* u) **BFou** uuluos o eschinos *corr. m*^{1} *ex* echinos **V** et chinos o echinnos x gauditanos *fort. corr. m*^{2} *ex* gauditanas **B** gaditanos **Fouxa** gaditana **MV** caditanas **Dm** 17 dure fecisti *om.* o inuisti o 18 certe an mihi **Dm** nos lusissemus] uoluissemus nos **oux** uoluissemus **Dm** risissemus *corr. m*^{2} *ex* rissemus **M** 19 studuissemus *om.* **BF** potes potes **Dmox** nusquam **MVDmouxa** numquam **BF** 20 cautius **Dm** te *om.* **Dmo** alii m 21 excusa] excuses **Dm** uale *om.* **Dm**

16.

C. PLINIVS ERVCIO SVO S.

1 Amabam Pompeium Saturninum (hunc dico nostrum) laudabamque eius ingenium, etiam antequam scirem quam uarium, quam flexibile, quam multiplex esset; nunc uero totum me tenet, habet, possidet. 2 audii causas agentem acriter et ardenter nec minus polite et ornate, siue meditata siue subita proferret. adsunt aptae crebraeque sententiae, grauis et decora constructio, sonantia uerba et antiqua. omnia haec mire placent, cum impetu quodam et flumine peruehuntur, placent, si retractentur. 3 senties quod ego, cum orationes eius in manus sumpseris, quas facile cuilibet ueterum, quorum est aemulus, comparabis. 4 idem tamen in historia magis satisfaciet uel breuitate uel luce uel suauitate uel splendore etiam et sublimitate narrandi. nam in contionibus idem qui in orationibus suis est, pressior tantum et circumscriptior et adductior.

5 Praeterea facit uersus, quales Catullus aut Caluus, re uera quales Catullus aut Caluus. quantum illis leporis, dulcedinis, amaritudinis, amoris! inserit sane, sed data opera, mollibus leuibusque duriusculos quosdam, et hoc quasi Catullus aut Caluus.

6 Legit mihi nuper epistulas; uxoris esse dicebat: Plautum uel Terentium metro solutum legi credidi. quae siue uxoris sunt, ut adfirmat, siue ipsius, ut negat, pari gloria dignus est qui aut illa componat aut uxorem, quam uirginem accepit, tam doctam politamque reddiderit.

---

2 ERVCIO (*corr. ex* EVRVCIO **B**) **BFMVuxa** ADERVCIVM *ind.* **B** EVRVCIO **D** Euricio **m** frueio **o** SVO S. *om.* **m** 3 laudabamque eius (-que eius *del. m*²) **m** 4 flexibile *corr. m*² *ex* flaxibile **M** flexibile *corr. ex* flebile **Dm** 5 multiplex *corr. m*¹ *ex* multiplet **V** nunc retomisisse **MV**, *i. e. omnibus omissis quae post* nunc *stabant usque ad p. 27 u. 15* [cum ede-]ret omisisse (*marg. man. saec. XV* deficiunt hic due carte **V**) possidetque **Dmoux** 6 audii **BFo** audi **Dmux** audiui **a** quasdam causas **Dm** nec] non **Dm** 7 apte crebraeque (apte cr- *m*² *in ras.*) **F** aptae] acutae (*post quod litteram erasam habet* **x**) **Dx** acute **m** 9 mire] michi **m** cum — placent *om.* **u** peruehuntur **BFDmou** praeuehuntur **a** prouehuntur **x** praeteruehuntur *Heusinger* placent si retractentur *om.* **o** (retractentur **i**) 11 u&terum **B** 12 in historia tibi magis **Dm** lucae **B** 13 uel suauitate *om.* **Dmoux** et **BFm** uel **D**, *om.* **ouxa** 14 idem qui in orationibus suis est **BF** eadem quae in orationibus uis est **Dmouxa** tantum **BFDmou** tamen **xa** 16 quales **FDmoux** qualis **B** qualeis **a** catullus (*corr. m*² *ex* catulus **m**) meus aut **Dmoux** Caluus] Bibaculus *Pomp. Lact.* re uera quales Catullus (catullus *corr. m*² *ex* catulus **m**) aut caluus **Dm**, *om.* **BFouxa**: *cf. II. 17. 20; III. 9. 37; et al.* 17 illis **BFa** ille **Dmoux** lepores dulcedines amaritudines amores **Dm** dulcedinis et amaritudinis **u** amaritudinis *nota ⁊ in contextu et in marg. signauit* **i** 18 mollibus leuibusque **Dm** mollius leuiusque **BFa** mollius leuius **oux** mollibus lenibusque *Gesner* molliusculos leuiusculosque *Cat.* duriusculos **Dmouxa** duriuscolos **BF** 19 hoc *om.* **oux** Caluus] Bibaculus *Pomp. Lact.* 20 epistolas uxoris **BDma** epistolas (epistulas **ou**) quas uxoris **Foux** 21 legi *om.* **m** 22 ipsius negat **Dm** dignus est qui **BFoux** dignus qui **Dma** 23 accepit indoctam tam doctam *coni. anonymus in Phil. Anz. XIII. 558* reddiderit *corr. ex* reddiderint **m**

Est ergo mecum per diem totum: eundem antequam scribam, eun- 7
dem cum scripsi, eundem etiam cum remittor, non tamquam eundem
lego. quod te quoque ut facias et hortor et moneo. neque enim debet 8
operibus eius obesse quod uiuit. an si inter eos quos numquam uidi-
mus floruisset, non solum libros eius uerum etiam imagines conqui-
reremus; eiusdem nunc honor praesentis et gratia quasi satietate lan-
guescit? at hoc prauum malignumque est, non admirari hominem ad- 9
miratione dignissimum, quia uidere, adloqui, audire, complecti, nec
laudare tantum uerum etiam amare contigit. uale.

17.

C. PLINIVS CORNELIO TITIANO SVO S.

Est adhuc curae hominibus fides et officium, sunt qui defuncto- 1
rum quoque amicos agant. Titinius Capito ab imperatore nostro im-
petrauit ut sibi liceret statuam L. Silani in foro ponere. pulchrum et 2
magna laude dignum amicitia principis in hoc uti, quantumque gratia
ualeas aliorum honoribus experiri. est omnino Capitoni in usu claros
uiros colere. mirum est qua religione, quo studio imagines Brutorum, 3
Cassiorum, Catonum domi, ubi potest, habeat. idem clarissimi cuius-
que uitam egregiis carminibus exornat. scias ipsum plurimis uirtuti- 4
bus abundare, qui alienas sic amat. redditus est L. Silano debitus ho-
nor, cuius immortalitati Capito prospexit pariter et suae. neque enim
magis decorum et insigne est statuam in foro populi Romani habere
quam ponere. uale.

---

2 cum *priore loco om.* **D** remitto **F** 3 facias et hortor (*et add. supra* m^2) **m** 4 iuit **u** an **Douxa** at **BF** inter *corr.* m^1 *ex* iter **B** 5 libros **FDmouxa** liberos **B** imagines *om.* **o** conquireremus **Fouxa** conqui remus **B** requireremus **Dm** 6 languescat *uulgo* 7 at **ouxa** ad **Dm** et **BF** prauum **BFmouxa** paruum **D** 8 uidere adloqui audire complecti **Dmoux** uidere complecti **BFa** contigit **BFDmux** contingit **oa** uale *om.* **D**

11 CORNELIO TITIANO **BFa** ADCORNELIVM *ind.* **B** ICCIANO **Dm** iociano **o** iaciono **ux** SVO *om.* **m** 12 adhoc **Dm** 13 angant **oux** titinius *corr.* m^1 *ex* titinus **B** titinus **m** ticinius **o** imperatore *corr.* m^1 *ex* imperatori **B** nostro *om.* **Dm** impetrauit *corr.* m^1 *ex* imperauit **B** 14 silani (*corr. ex* siliani **B**, *ex* sillani **F**) **BFDm** sillani **ou** syllani **xa** 15 hoc **Dmouxa** haec **BF** gratia quantumque **o** 16 est experiri (experiri **D**) **Dm** 17 uiros **Dmoux**, *om.* **BFa** brutorum *corr.* m^1 *ex* butorum **B** 18 cassionum *corr.* m^1 *ex* cassiorum **F** domi ubi **BFDma** ubi domi **oux** potest] post **Dm** habeat *corr.* m^1 *ex* habet **B** hanc **o** idem] item **Dm** 19 plirimis **B** pluribus **oux** plurimis *rell. et Flor. Mor. Auct.* 20 alienis *corr. ex* alienas, *ut uidetur* **D**, *signo crucis suprascr.* m^2 **m** est *corr. ex* est est **B** L. *om.* **Dm** silano **BFDoa** sillano **mu** syllano **x** Sylano **a** 21 et *om.* **Dm**

18.

C. PLINIVS SVETONIO TRANQVILLO SVO S.

1 Scribis te perterritum somnio uereri ne quid aduersi in actione patiaris, rogas ut dilationem petam et pauculos dies, certe proximum, excusem. difficile est, sed experiar: καὶ γάρ τ᾽ ὄναρ ἐκ Διός ἐστιν.
2 Refert tamen, euentura soleas an contraria somniare. mihi reputanti somnium meum, istud quod times tu egregiam actionem porten-
3 dere uidetur. susceperam causam Iuni Pastoris, cum mihi quiescenti uisa est socrus mea aduoluta genibus ne agerem obsecrare. et eram acturus adulescentulus adhuc, eram in quadruplici iudicio, eram contra potentissimos ciuitatis atque etiam Caesaris amicos; quae singula ex-
4 cutere mentem mihi post tam triste somnium poterant. egi tamen λογισάμενος illud

εἷς οἰωνὸς ἄριστος, ἀμύνεσθαι περὶ πάτρης.

nam mihi patria, et si quid carius patria, fides uidebatur. prospere cessit, atque adeo illa actio mihi aures hominum, illa ianuam famae patefecit.

5 Proinde dispice, an tu quoque sub hoc exemplo somnium istud in bonum uertas: aut si tutius putas illud cautissimi cuiusque prae-
6 ceptum, 'quod dubites ne feceris', id ipsum rescribe. ego aliquam stropham inueniam agamque causam tuam, ut istam agere tu, cum uoles, possis. est enim sane alia ratio tua, alia mea fuit. nam iudicium centumuirale differri nullo modo, istud aegre quidem, sed tamen potest. uale.

---

2 SVETONIO TRANQVILLO **BFouxa** ADSVETONIVM *ind.* **B** TRANQVILIO **D** tranquillo **m** SVO *om.* **mo** 3 perterritum (-er- *priore loco* m^2 *in ras.*) **B** somnio *(corr. ex* somnino, *ut uidetur)* ueteri **u** uerereri nequi **B** in actione *om.* **o** 4 paucos **Dm** 5 difficilest **B** καὶ γάρ (ΚΑΙΚΑΡ **BF**) — ἐστιν **BFDa** *et man. recent. in lac.* **ox**, *om. in lac.* **mu** et enim somnium ex Ioue est **r**, *del.* **i**: *Hom. Il. I. 63* 6 refert tamen *corr.* m^1 *ex* referamen **B** an] aut **u** 7 somnium *corr. ex* somniorum **B** tu] tuam **Dm** portendere *corr. ex* protendere **x** protendere **u** 8 iuni **Biunii FDmouxa** Iulii *Cat.* cum] qua **D** quam **m** 9 neagerem *(post* -a- *ras. minima et corr.* m^1*)* **F** 11 singule **u** 12 mentem mihi **BFDma** mihi mentem **oux** 13 λογισάμενος **BFDai** λογισά μόνος *man. recent. in lac.* **o**, *om. in lac.* **mu** *et sine lac.* **x** animo reputans illud unum somnium optimum pugnare pro patria **r**, *del.* **i** 14 ΕΙ (ΕΙ *in ras.*) ϹΟΙΩΝΟΛΡΙϹΤΟϹΑΜΙΝΛϹΟΛΙΠΕΡΙΠ (Π *in ras.*) ΑΤΡΗϹ **B** ΕΙϹΟΙΟΝΟ ARISTOSa | ΘΙΝa ϹΟΠΡΕΡΙΡaTRES **H** εἷς (ei εἷς **D**) — πάτρης (ἀμύνασθαι **Fo**) **Da**, *man. recent. in ras.* **F**, *in lac.* **ox**, *om. in lac.* (ei *add.* **m**) **mu**: *Hom. Il. XII. 243* 15 patria *post* mihi *om.* **BFa**, *add.* **moux** nam mihi patria fides *(reliquis omissis)* **D** et *om.* **o** nam mihi pro patria (etsi quid carius patria!) fides *Kukula* 16 adeo **Dmoux** ideo **BFa** illam ianuam **Dmoux** 18 exemplo *corr. statim* m^1 *ex* exemplorum **B** 19 si *om.* **o** tutius *corr.* m^1 *ex* totius **B** tutius putas *corr. ex* putas tutius **x** 20 dubitas *Sichardus* id] at **Dm** rescribi **o** rescribere **Dm** 21 stropham **Dma** strofam (s- *in ras.* **F**) **BF** scrofam **ou** scropham **x** ista **BF** ipsam (-a- *in ras.* **o**) **Dmouxa** tu *om.* **x** agere cum tu uoles **a** 22 possis (-is *in ras.*) **B** sene **o** centumuirali **u** 23 istud **Dmoux** istuc (*corr. ex* istud, *ut uidetur* **F**) **BFa**: *cf. autem* istud *supra u. 18* aegre *corr. ex* aegere **D** egre **m** uale *om.* **x**

19.

C. PLINIVS ROMATIO FIRMO SVO S.

Municeps tu meus et condiscipulus et ab ineunte aetate con- 1
tubernalis, pater tuus et matri et auunculo meo, mihi etiam, quantum
aetatis diuersitas passa est, familiaris; magnae et graues causae, cur
suscipere augere dignitatem tuam debeam. esse autem tibi centum 2
milium censum satis indicat, quod apud nos decurio es. igitur ut te
non decurione solum uerum etiam equite Romano perfruamur, offero
tibi ad implendas equestres facultates trecenta milia nummum. te me- 3
morem huius muneris amicitiae nostrae diuturnitas spondet: ego ne
illud quidem admoneo, quod admonere deberem, nisi scirem sponte
facturum, ut dignitate a me data quam modestissime, ut a me data,
utare. nam sollicitius custodiendus est honor, in quo etiam beneficium 4
amici tuendum est. uale.

20.

C. PLINIVS CORNELIO TACITO SVO S.

Frequens mihi disputatio est cum quodam docto homine et perito, 1
cui nihil aeque in causis agendis ut breuitas placet. quam ego custo- 2
diendam esse confiteor, si causa permittat: alioqui praeuaricatio est
transire dicenda, praeuaricatio etiam cursim et breuiter attingere quae
sint inculcanda, infigenda, repetenda. nam plerisque longiore tractatu 3
uis quaedam et pondus accedit, utque corpori ferrum, sic oratio animo
non ictu magis quam mora imprimitur.

Hic ille mecum auctoritatibus agit ac mihi ex Graecis orationes 4
Lysiae ostentat, ex nostris Gracchorum Catonisque, quorum sane plu-
rimae sunt circumcisae et breues: ego Lysiae Demosthenen, Aeschinen,

2 ROMATIO FIRMO **BFa** *et marg.* **F** ADROMATIVM *ind.* **B** ROMACIO **Dm** Romano **oux** SVO S. *om.* **m** 3 condiscipulus ab **Dm** 4 mater **u** 5 aduersitas **Dm** familiares **Dm** 6 censum *om.* **u** censum (centum *ante* censum *del.* **m**) milium centum **Dm** 7 decurio es] decuriones **u** non te **u** 8 etiam ut equite **ux** 9 equestres] equitis **Dm** 10 spondit **u** 12 dignitata **x** molestissime **u** ut a me data *om.* **Dmoux** 14 tuendum est ualde uale **Dm**

16 CORNELIO TACITO **BFouxa** *et marg.* **F** ADCORNELIVM *ind.* **B** TACITO **Dm**

17 disputatio mihi *corr. m*^{1} **o** homine est et **o** 18 custodiendam *corr. m*^{1} *ex* custodiedam **B** 19 permittit **Dm** alioquin **BFmouxa** alioquim **D** 20 et (*corr. ex* est) etiam **m** et *corr. ex* etiam **i** breuiter et cursim **o** 21 sint **BFouxa** sunt **Dm** infingenda **Dm** longiore *corr. ex* longioret **B** tractatu *corr. ex* tractato **B** tractu **Dux** 22 utque **B** 23 ictu] iactu **o** situ **Dm** 24 ex *corr. ex* e **B** orationibus **D** rationibus **m** 25 lysiae **BFDxa** Lysie *add. supra m*^{1} **m** lisiae **ou** ostentat *corr. ex* ostendat **B** ex] est **u** gracchorum *corr. man. recent. ex* gracchorum **B** graccorum **u** *et m*^{1} **F** catonis quoque quorum **ux** quorum *corr. ex* corum **B** sane] in se **Dm** 26 lysiae **BFDmoxa** lysae **u** demosthenen **B** demostenen **D** demostenē **m** demostenēn **F** demosthenem **ox** Denoscenem **u** Demosthenē **a** aeschinen **BFa** aeschinem **o** heschinem **u** eschinem **x** aescinen **D** escinem **m**

Hyperiden multosque praeterea, Gracchis et Catoni Pollionem, Caesarem, Caelium, in primis M. Tullium oppono, cuius oratio optima fertur esse quae maxima. et hercule ut aliae bonae res ita bonus liber melior est quisque, quo maior. uides ut statuas, signa, picturas, hominum denique multorumque animalium formas, arborum etiam, si modo sint decorae, nihil magis quam amplitudo commendet. idem orationibus euenit; quin etiam uoluminibus ipsis auctoritatem quandam et pulchritudinem adicit magnitudo.

6 Haec ille multaque alia, quae a me in eandem sententiam solent dici, ut est in disputando incomprehensibilis et lubricus, ita eludit, ut contendat hos ipsos, quorum orationibus nitar, pauciora dixisse, quam 7 ediderint. ego contra puto: testes sunt multae multorum orationes et Ciceronis pro Murena, pro Vareno, in quibus breuis et nuda quasi subscriptio quorundam criminum solis titulis indicatur: ex his apparet 8 illum permulta dixisse, cum ederet, omisisse. idem pro Cluentio ait se totam causam uetere instituto solum perorasse et pro C. Cornelio quadriduo egisse; ne dubitare possimus quae per plures dies, ut necesse erat, latius dixerit postea recisa ac repurgata in unum librum, grandem quidem, unum tamen, coartasse.

9 At aliud est actio bona, aliud oratio. scio non nullis ita uideri. sed ego, forsitan fallar, persuasum habeo posse fieri ut sit actio bona quae non sit bona oratio, non posse non bonam actionem esse quae sit bona oratio. est enim oratio actionis exemplar et quasi ἀρχέτυπον. 10 ideo in optima quaque mille figuras extemporales inuenimus, in iis

---

1 hyperidem **Dmo** Hyperidē **a** hiparidem **u** hiperidem **x** hypericlem **B** hypericlen *corr. m*^{1} *ex* hypericlem **F** graechis *(uix a* gracchis *distingui potest)* **B** cracchis **o** 2 et imprimis **Doux** et in primis **m** 3 hercle **oux** aliae non bonae **D** alie non bone **m** ita ut bonus **B** 4 melior est quisque **Ba** quisque melior est **Foux** meliorem est quisque **Dm** 5 denique pictorum multorum animalium **Dm** denique pictorum multorumque animalium **ux** denique multorum animalium **o** deorumque, animalium *Mommsen* 6 decori **oux** amplitudo] multitudo **Dm** rationibus **u** 7 auctoritatem] uoluntatem **o** 9 eadem **D** 11 rationibus **Dm** 12 testes sunt *corr. m*^{1} *ex* testesunt **B** teste sunt **x** et (et *in ras., corr. fortasse ex* ut) ciceronis **B**, *om.* **u** 13 murēna **o** 15 permulta quae dixisset, cum *Mommsen* dixisse *del. anonymus in Phil. Anz. XIII. 558* omisisse *corr. m*^{1} *ex* omisse **B** omisse **D** retomisisse *(omnibus inde a 23. 5 omissis)* **MV** cluuentio **D**: *cf. Cic. Clu. 199* 16 uetere **BDmoa** ueteri (*corr. ex* uetere **u**) **Fux** *in* solum *scholium in margine* nullius pro in auxilio ut in fine orationis legimus **i** · C · **Dmoux** · G · **MV**, *om.* **BFa** quadriduo **BMVDma** quatriduo **Foux** 17 necesse erat *corr. m*^{1} *ex* necesserat **B** 18 latius *om.* **x** repurgata **MVDmoux** purgata **BFa** grandem unum (unum *add. marg. m*^{1} **u**) quidem coartasse **ux** 19 coarctasse *corr. ex* coarttasse, *ut uidetur* **o** 20 aliud *priore loco,* -d *corr. m*^{1} *ex nescio qua litt.* **B** 21 forsitam **B** fallar **BMVua** fallor **FDmox** 22 non posse non **BMVa** non posse autem non **Fux** non posse **Dm** non posse — 23 bona oratio *om.* **o** quae non sit **Dmux** 23 exemplum **Dm** ἀρχέτυπον **MVa** *et man. recent. in lac.* **o** ΑΡΧΑΙΤΥΠΟΝ **BFD**, *om. in lac.* **mu**, *add. m*^{2} *in lac.* **x** 24 iis **BMV** is **F** his **Dmouxa**

etiam quas tantum editas scimus, ut in Verrem, 'artificem quem? quemnam? recte admones: Polyclitum esse dicebant'. sequitur ergo ut actio sit absolutissima quae maxime orationis similitudinem expresserit, si modo iustum et debitum tempus accipiat: quod si negetur, nulla orationis, maxima iudicis culpa est.

Adsunt huic opinioni meae leges, quae longissima tempora largiuntur nec breuitatem dicentibus, sed copiam, hoc est diligentiam, suadent; quam praestare nisi in angustissimis causis non potest breuitas. adiciam quod me docuit usus, magister egregius. frequenter egi, frequenter iudicaui, frequenter in consilio fui: aliud alios mouet, ac plerumque paruae res maximas trahunt. uaria sunt hominum iudicia, uariae uoluntates: inde qui eandem causam simul audierunt, saepe diuersum, interdum idem, sed ex diuersis animi motibus sentiunt. praeterea suae quisque inuentioni fauet et quasi fortissimum complectitur, cum ab alio dictum est quod ipse praeuidit. omnibus ergo dandum est aliquid quod teneant, quod agnoscant.

Dixit aliquando mihi Regulus, cum simul adessemus, 'tu omnia quae sunt in causa putas exsequenda, ego iugulum statim uideo, hunc premo': premit sane quod elegit, sed in eligendo frequenter errat. respondi posse fieri ut genu esset aut talus, ubi iugulum putaret: 'at ego' inquam, 'qui iugulum perspicere non possum, omnia pertempto, omnia experior, πάντα denique λίθον κινῶ, utque in cultura agri non

---

1 etiam] esse ux in Verrem] inuenirem **V** enumeraret **Dm**: *Cic. Verr. II. IV. 3. 5* artificem quem (quem *postea erasum* **B**) quemnam quennam **B BMV** artificem quem nam **FDmoxa** artificem quem u *in* artificem *scholium in margine* ex · 6 · uerri i 2 polyclitum **MVm** polycletum **BDoa** policletum **Fx** polidetim (-ide- *corr. m*² *ex* -ycle-, *ut uidetur*) u 3 maxime **BFDmouxa** maximae (maxi- *om. in fine uers., add. m*² **M**) **MV** 4 si modo et iustum **D** accipiat **MVDa** accipiet **BF** acceperit **oux** 5 orationis **BFoua** oratoris **MVDmx** culpa iudicis u 6 largiunt **o** 7 suadet **o** 8 nisi *om.* **x** in *om.* **o** nisi ut in **Dm** angustissimis **FMVDmouxa** augustissimis **B** *et gloss. marg.* **F** non possunt potest **m** 9 quod *om.* **D** magister et egregius **o** frequenter egi *om.* **MV** (egi i) 10 mouit **Dm** monet **o** 11 maximas trahunt **MVDmoux** maxime trahuntur (tra untur **B**) **BFa** maxime trahunt **p** *Otto* paruis rebus maxime trahuntur *coni. Otto* iudicia hominum **Dm** hominum] eorum **x** 12 uariae *corr. m*¹ *ex* uerae **V** eandem *corr. m*¹ *ex* eadem **V** simul audierunt *corr. m*¹ *ex* audierunt simul (si- *in ras.*) **F** sepae **M** 14 inuentioni *corr. m*² *ex* inuentione **B** quasi] quam u: *cf. 30. 16* fortissimam **Dmoux** complectitur **BFouxa** amplectitur **MVDm** 15 praeuidit *corr. m*¹ *ex* praeuidet **o** dandum *corr. m*² *ex* tantum **M** 16 agnoscant *(ante* -g- *ras. un. uel duar. litt.)* **V** 17 dixit *corr. m*¹ *ex* dixi **V** mihi *om.* **Dm** *ante* tu *spatium duar. uel tri. litt.* **V** 19 elegit **MVoux** eligit **BFDma** 20 genu (genu **m**) esset (esset *corr. ex* esse **V**) aut talus **MVDmoa** genuisset aut talus **B** genuisset aut sibi aut aliis **F** genu esset aut tibia aut talus **ux** ubi iugulum **BFouxa** ubi ille iugulum **MVDm** 21 prospicere **ou** pertempto *corr. m*¹ *ex* perempto **V** 22 πάντα (πάντα *m*² *in ras.* **o**) denique **oa** panta denique **Dm** tam denique **BF** denique ΠΑΝΤΑ **MV**, *om. in lac.* **ux** λίθον κινῶ **a** *et m*² *in ras.* **F**, *in lac.* **ox** ΛΙΘΟΝΚΕΙΝ **o** **BMV** ΛΙΘΟΝΚΕΙΝΩ **H**, *om. in lac.* **mu** λάον κινῶ **D** ut quae **M** atque **m** agri cultura **a**

uineas tantum uerum etiam arbusta, nec arbusta tantum uerum etiam campos curo et exerceo, utque in ipsis campis non far aut siliginem solam sed hordeum, fabam ceteraque legumina sero, sic in actione
17 plura quasi semina latius spargo, ut quae prouenerint colligam. neque enim minus imperspicua, incerta, fallacia sunt iudicum ingenia quam tempestatum terrarumque. nec me praeterit summum oratorem Periclen sic a comico Eupolide laudari,

πρὸς δέ γ' αὐτοῦ τῷ τάχει
πειθώ τις ἐπεκάθητο τοῖσι χείλεσιν.
οὕτως ἐκήλει καὶ μόνος τῶν ῥητόρων
τὸ κέντρον ἐγκατέλειπε τοῖς ἀκροωμένοις.

18 uerum huic ipsi Pericli nec illa πειθώ nec illud ἐκήλει breuitate uel uelocitate uel utraque (differunt enim) sine facultate summa contigisset. nam delectare, persuadere copiam dicendi spatiumque desiderat; relinquere uero aculeum in audientium animis is demum potest, qui
19 non pungit, sed infigit. adde quae de eodem Pericle comicus alter,

ἤστραπτ', ἐβρόντα, συνεκύκα τὴν Ἑλλάδα.

---

1 uincas u arbusta nec arbusta tantum uerum etiam *om.* **MV** 2 *post* curo *litt.* s *eras.* **F** canpis **F** 3 -que *om.* u -umina se- *in ras.* **M** 4 plurima ux semina latius **BFD**ouxa latius semina **MV** semina m spergo u 5 inperspicua incerta **MVD**ma *et Flor. Mor. Auct.* inperspicua et incerta **BFux** inperspicua et necessaria o fallatiaque **D** iudicum *corr. ex* iudicium **M**, *ex* iudigum x 6 neque x summum *corr.* m^2 *ex* summus **M** periclen **BMVD** periclem ouxai hypericlen **F** perindem m 7 aeomico **V** 8 ΠΡΟCΑΕΓ (Τ **H**) ΕΑΥΤΟΥΤΩΤΑΧΕΙ **BFH** ΠΡΟCΛΕΤ (Γ **V**) ΕΛΥΤΟΥΤΩΙΤΑΧΕΙ **MV** πρὸς δέ γ' ἂυ τούτῳ, ταχ' εἰ a πρὸς τούτω πείθώ τις m^2 *in ras.* o, *Graeca add.* m^2 *in lac.* ox, *om. in lac.* mu, *om. sine lac.* **D** 9 ΠΕΙΘ (Ε **H**) ΩΤΙCΕΠΕΚΑΘΕΤΟ-ΤΟΙC (S **F**) ΧΕΙΛ (Α **B**) CΙΝ **BFH** ΠΕΙΘΩΤΙCΕΙΠΠΙ · ΚΕΗΤΟΤΟΙCΕΙΡΗΜΑ · C · ΥΝCΥ **M** ΠΕΙΘΩΤΙCΕΙΠΠΙ · ΚΛΙΕΤΟΤΟΙCΕΙΡΕΜΙΑ · CΥΝCΥ **V** πειθώ τις ὑπεκάσητο τοῖς ῥήμασι **D**; *Graeca add.* m^2 *in lac.* ox, *om. in lac.* mu; *Graeca cruce signauit* i 10 ΟΥΤΩCΕΚΗΛΕΙΚΑΙΜΟΝΟCΤΩ (Ο **FH**) ΝΡΗΤΟΡΩ (Ο **FH**) Ν **BFHD** VA (ΟΥ **V**) ΤΟCΕΚΗΛΕΙΚΑΙΜΟΝΟCΤΩΝΡΗ (Ε **V**) ΤΟΡΩΝ **MV**; *Graeca add.* m^2 *in lac.* ox, *om. in lac.* mu 11 ἐγκατέλειπε **D** ΕΝΚΑΤΕΑΙΠΤΕ **BFH** ΕΝΚΑΤΕΛΕΙ-ΠΕ **MV** ἀκρούμενος **D**; *Graeca add.* m^2 *in lac.* ox, *om. in lac.* mu 12 uerum *om.* ux hypericli **F** illa *om.* Dm ΠΕΙΘΩ **MVD** ΠΙΘ(ω) **BFHa** *et* m^2 *in lac.* ox, *om. in lac.* mu nec] ne **D** ΕΚΗΛΕΙ **M** *et* m^2 *in lac.* x ΕΚΕΛΕΙ **V** ΗΚΗΑΕΙ **BF** βροντᾶν (καὶ αστραπτᾶν *add. marg.*) **D**; *Graeca add.* m^2 *in lac.* ox, *om. in lac.* mu uel *bis* u 13 uelocitate *corr.* m^1 *ex* uolocitate **V** differunt enim] differentem o contigisset *corr.* m^1 *ex* contigissent, *ut uidetur* **B** 14 delectare] delicate Dm desiderare (-are *in ras.*) **F** 15 is demum] idem Dm 16 pugnit **M** quae aeque de **D** que eque de m hypericle **F** infigit *post* pericle *add.* r, *del.* i comicus alter] *Aristoph. Achar.* 531 17 ἤστραπτ' — ἑλλάδα (ἤστραπτεν **F** ἤστραπτε ἐβρόντα m^2 *in ras.* o ΗCΤΡΑΠΤΤΕ **MVD** ΕΒΡΟΝΤΑ *corr. ex* ΕΡΒΡΟΝΤΑ **M** CΥΝΕΚΙΚΑ **B** ΕΛΛδΑ **M** ΕΛΛΑΔΑ *sed* -ΛΛ- *in ras. trium uel quat. litt.* **B** ξυνεκύκατε πάντα **D** *et* m^2 *in lac.* o) **BMVD**oa *et* m^2 *in ras.* **F** ΗCΤΡΑΠΤΕΟΒΡΟΝΤΑCΙΝΕΚΙΚΑΤΕΝΕΛΑΑΑ **H** (τὴν Ἑλλάδα i); *Graeca add.* m^2 *in lac.* ox, *om. in lac.* mu

non enim amputata oratio et abscisa, sed elata et magnifica et excelsa tonat, fulgurat, omnia denique perturbat ac miscet.

Optimus tamen modus est. quis negat? sed non minus non seruat 20
modum qui infra rem quam qui supra, qui adstrictius quam qui effu-
sius dicit. itaque audis frequenter ut illud 'immodice et redundanter', 21
ita hoc 'ieiune et infirme'. alius excessisse materiam, alius dicitur non
implesse. aeque uterque, sed ille imbecillitate, hic uiribus peccat; quod
certe, etsi non limatioris, maioris tamen ingenii uitium est. nec uero, 22
cum haec dico, illum Homericum ἀμετροεπῆ probo, sed hunc,

καὶ ἔπεα νιφάδεσσιν ἐοικότα χειμερίῃσιν·

non quia non et ille mihi ualidissime placeat,

παῦρα μέν, ἀλλὰ μάλα λιγέως·

si tamen detur electio, illam orationem similem niuibus hibernis, id est crebram et adsiduam et largam, postremo diuinam et caelestem, uolo.

At est gratior multis actio breuis. est, sed inertibus, quorum 23
delicias desidiamque quasi iudicium respicere ridiculum est. nam si
hos in consilio habeas, non solum satius est breviter dicere, sed omnino
non dicere.

Haec est adhuc sententia mea, quam mutabo, si dissenseris tu: 24
sed plane cur dissentias explices rogo. quamuis enim cedere auctori-
tati tuae debeam, rectius tamen arbitror in tanta re ratione quam

---

1 abscissa **uxa** sed lata et magnifica **BFMVa** sed elata magnifica **ux** sed alta magnifica **o** sed lata (*om.* et magnifica) **Dm**: *cf. Class. Rev. XVII (1903) p. 53* 2 sonat **m** fulgurat (-rat *in ras.*) **B** fulgorat **V** denique *om.* **V** ac miscet] admiscet **Fux** 3 non *posteriore loco del.* **B** 4 qui *post* quam *add. in fine uers. m*² **B**, *om.* **Dm** quidadstrictius **V** 5 inmodicae **B** retundanter **M** 6 ita et hoc **u** non implesse dicitur **oux** 7 ęque *corr. ex* eaque **B** Aeque *(subp. m*¹*)* **F** uerbis **o** *post* peccat *ras. duar. uel tri. litt.* **V** 9 homericum *corr. m*¹ *ex* homoricum **B** illud homericum ἀμετρο ἔπεα aprobo *(Graeca corr. marg. ex* auespoene *m*¹, *quae Graeca ubique adscripsit)* **D** illud homericum auespoene aprobo **m** ἀμετροεπῆ **a** *et m*² *in lac.* **o** ΑΜΕΤΡΟΕΙΤΗ (*postea eras.* **F**) **BF** ΑΜΕΤΡΟΕΙΤΝ **H** ΑΜΑΡΤΟΕΠΗ **M** ΑΜΑΡΙΟΕΠΗ **V** καὶ ἔπεα νιφά *add. perperam m*² *in lac.* **x**, *om. in lac.* **u**: *Hom. Il. II 212* prob **u** hunc *corr. m*¹ *ex* nunc **B** 10 καὶ — χειμερίῃσιν (ΚΛΙΕΡΕΑΝΙΦΑΑΕϹ (C *in ras.* **B** IN **BH** νιφάδεσιν **D** *et m*² **Fo** ΕΟΙΚΤΑ **M** ΕΟΙϹΤΑ **V** ΧΕΙΜΕΡΙΕϹΙΝ **BH** ΧΕΙ-
N
ΜΕΡΙΝϹΙΝΟΝ **M** ΧΕΙΜΕΡΙΗϹΙΝ **V** χειμερίοισιν **a**) **BHMVa** *et m*² *in ras.* **F**, *in lac.* **o**, *om. in lac.* **mu** κάτα χειμερίῃσιν *add. m*² *in lac.* **x** καὶ] cui *uel* cuius *Boot: Hom. Il. III. 214* 11 non *priore loco Graecis litteris scr.* **M** non *posteriore loco om.* **u** ualdissime **Boa** placeat *corr. ex* paceat **B** placeat qui παῦρα *Boot* 12 παῦρα — λιγέως (ΑΜΑΜΑΛΑΛΙϹΕΩϹ **BFH** ΑΛδΑΜΑδΑΛΙΤΩϹ **MV**) **BFHMVDa** *et m*² *in lac.* **o**, *om. in lac.* **mu** παυράμενα *add. m*² *in lac.* **x**: *Hom. Il. III. 214* 13 illam **MVa** illam illam **BF** illam plenam **Dmu** illam illam plenam **ox** orationem *in ras.* **o** 14 crebram et adsiduam **BMVDmoux** crebram assiduam **Fa** et largam **BFDmouxa** sed et largam **MV** 15 at *corr. ex* ad **B** ad **MV** est sed **BFMVa** est quidem sed **Dmoux** 16 desidiamque i) quasi] quam **ou**: *cf. 28. 14* respuere **F** 17 satius breuiter **M** 18 non (-o- *in ras.*) **B** 20 cur **BFMVa** quid **Dmoux** dissenties **o** enim *om* **oux** cedere (credere **oux**) auctoritati tuae debeam **BFouxa** cedere auctoritati debeam tuae **MV** auctoritati tuae credere debeam **Dm**

auctoritate superari. proinde si non errare uideor, id ipsum quam uoles breui epistula, sed tamen scribe (confirmaris enim iudicium meum); si errauero, longissimam para. num corrupi te, qui tibi, si mihi accederes, breuis epistulae necessitatem, si dissentires, longissimae imposui? uale.

21.

C. PLINIVS PLINIO PATERNO SVO S.

1 Vt animi tui iudicio sic oculorum plurimum tribuo; non quia multum, ne tibi placeas, sed quia tantum quantum ego sapis: quam-
2 quam hoc quoque multum est. omissis iocis credo decentes esse seruos, qui sunt empti mihi ex consilio tuo: superest ut frugi sint, quod de uenalibus melius auribus quam oculis iudicatur. uale.

22.

C. PLINIVS CATILIO SEVERO SVO S.

1 Diu iam in urbe haereo, et quidem attonitus. perturbat me longa et pertinax ualetudo Titi Aristonis, quem singulariter et miror et diligo. nihil est enim illo grauius, sanctius, doctius, ut mihi non unus homo, sed litterae ipsae omnesque bonae artes in uno homine sum-
2 mum periculum adire uideantur. quam peritus ille et priuati iuris et publici! quantum rerum, quantum exemplorum, quantum antiquitatis tenet! nihil est quod discere uelis, quod ille docere non possit. mihi
3 certe, quotiens aliquid abditum quaero, ille thesaurus est. iam quanta sermonibus eius fides, quanta auctoritas, quam pressa et decora cunctatio! quid est quod non statim sciat? et tamen plerumque haesitat, dubitat diuersitate rationum, quas acri magnoque iudicio ab origine causisque primis repetit, discernit, expendit.

---

1 quem o 2 sed tamen *om.* **F** scribere **V** confirmaris **Ba** confirmaueris **Foux** confirmabis **MV** confirma **Dm** 3 errauero **BFouxa** erraro **Dm** errare **MV** longissima **u** num **BFMVDma** non oux nam *Sichardus* 4 necessitate **m** dissenseris **m** disseris **D**

7 PLINIO PATERNO **BFouxa** ADPLINIVM *ind.* **B** PATERNO **MVDm** 8 sic] si **o** plurimum (*corr. ex* -om **B**) **BFMDmoxa** primum **V** multorum **u** 9 tu *post uel ante* ne *add.* **i** ne] non **Dm** placeat **ux** 10 est] et **Dm** hoc ego quoque multum et omissis **o** decentis **B** decenteis *(et sic saepe)* **a** 12 iudicetur **ux** indicatur **M**

14 CATILIO SEVERO **BFouxa** ADCACILIVM *corr.* m^2 *ex* ADCALIVM *ind.* **B** CATILIO **VDm** GATILIO **M** SVO *om.* **moux** S. *om.* **m** 15 *post* diu *ras. litterarum* er, *ut uidetur* **B** diuidiam *ind.* **B** iam] tam **Dm** quidem] quod **o** 16 singulariter miror **Dmoux** 19 peritus ille et priuati **MVDmouxa** peritus ille et priuatus ille et priuati (-ati *corr. ex* -iti) **B** peritus ille et priuatus et priuati **F** 21 discere **MVDmouxa** doceri **BF** uelis] uel oux dicere **ux** 22 quoties (*corr. ex* quotiens **B**) **Ba** abditum *corr.* m^1 *ex* abitum **V** iam] nam **oux** 23 ei fi fides **D** 24 quod **u** sciat] fiat **F** 25 acri (-ri *in ras.*) **F** iudici *(sed spatium unius litt. seq.)* **B** 26 expendit **BFDmouxa** extendit **MV**

Ad hoc quam parcus in uictu, quam modicus in cultu! soleo ipsum 4
cubiculum illius ipsumque lectum ut imaginem quandam priscae frugalitatis adspicere. ornat haec magnitudo animi, quae nihil ad ostentationem, omnia ad conscientiam refert recteque facti non ex populi 5
sermone mercedem, sed ex facto petit. in summa non facile quemquam 6
ex istis qui sapientiae studium habitu corporis praeferunt huic uiro comparabis. non quidem gymnasia sectatur aut porticus nec disputationibus longis aliorum otium suumque delectat, sed in toga negotiisque uersatur, multos aduocatione, plures consilio iuuat. nemini tamen 7
istorum castitate, pietate, iustitia, fortitudine etiam primo loco cesserit.

Mirareris, si interesses, qua patientia hanc ipsam ualetudinem toleret, ut dolori resistat, ut sitim differat, ut incredibilem febrium ardorem immotus opertusque transmittat. nuper me paucosque mecum, 8
quos maxime diligit, aduocauit rogauitque ut medicos consuleremus de summa ualetudinis, ut, si esset insuperabilis, sponte exiret e uita, si tantum difficilis et longa, resisteret maneretque: dandum enim pre- 9
cibus uxoris, dandum filiae lacrimis, dandum etiam nobis amicis ne spes nostras, si modo non essent inanes, uoluntaria morte desereret. id ego arduum in primis et praecipua laude dignum puto. nam im- 10
petu quodam et instinctu procurrere ad mortem commune cum multis, deliberare uero et causas eius expendere, utque suaserit ratio, uitae mortisque consilium uel suscipere uel ponere ingentis est animi.

Et medici quidem secunda nobis pollicentur: superest ut promissis 11
deus adnuat tandemque me hac sollicitudine exsoluat; qua liberatus Laurentinum meum, hoc est libellos et pugillares studiosumque

1 quam modicus in cultu *om.* **MV** 2 cubiculum *corr. m*^{1} *ex* cubiculo **B** ip *post* cubiculum *statim del.* **x** illius **BFouxa** eius **MV**, *om.* **Dm** ipsumque electum **M** 3 hęc *corr. m*^{1} *ex* ęc **B** hoc **oux** 4 refert *corr. ex* refr&, *ut uidetur* **B** referet **F** factis *corr. ex* facti **x** ex *corr. m*^{1} *ex* ad **m** 5 summam **M** quemquam **MVDmo** quis quemquam (quamquam **ux**) **BFuxa** 6 sapientie studium (-e st- *in ras.*) **u** 7 comparabis **MVDmoux** comparauit **BF** comparabit a comparabit (compe- p) **p** *Otto* aut porticus sectatur **ux** 8 aliorum] alienum **Dm** (delectat i) in *om.* **o** -que *om.* **ux** 10 etiam primo **BFMVDma** e primo **o** etiam e primo **ux** 12 interesse **D** patientia *corr. m*^{1} *ex* pitientia **V** sapientia **Dm** ipsam *om.* **Dm** tolleret **u** 13 ut *primo loco corr. m*^{2} *ex* ud **M** incredibilem *corr. ex* incredibelem **B** frebrium **B** ardorem febrium **ux** 14 immototus **D** inmotusque opertusque **u** transmittat *in ras* **D** uideatur **lm** mecum] meum **u** 15 consuleremus *corr. m*^{2} *ex* conseremus **B** 16 exiret *corr. m*^{1} *ex* exieret **V** inexsuperabilis **Dmoux** e| de **o** 17 si tantum **BFMVDm** sin tantum **a** si tamen **oux** maneretque et resisteret **o** 19 desereret *corr. m*^{1} *ex* deseretur **B** desererat **o** 20 ego] ergo **ux** nam etiam ab impetu **oux** nam iam impetu **Dm** 21 praecurrere **oux** communem **ux** 22 causae · ius · inpendere **V** utquae **VD** utque ut quae **m** uitae *om.* **V** 23 consilium uel suscipere **MVDmoux** consilium suscipere **BFa** animi est **oux** est *om.* **Dm** 25 me hac] hanc **Dmoux** sollicitudinem **ux** 26 laurentinum *corr. m*^{1} *ex* lautinum **B** laurentium **o**

otium, repetam. nunc enim nihil legere, nihil scribere aut adsidenti uacat aut anxio libet.

12 Habes quid timeam, quid optem, quid etiam in posterum destinem: tu quid egeris, quid agas, quid uelis agere, in uicem nobis, sed laetioribus epistulis scribe. erit confusioni meae non mediocre solacium, si tu nihil quereris. uale.

23.

C. PLINIVS POMPEIO FALCONI SVO S.

1 Consulis, an existimem te in tribunatu causas agere debere. plurimum refert, quid esse tribunatum putes, inanem umbram et sine honore nomen, an potestatem sacrosanctam et quam in ordinem cogi 2 ut a nullo ita ne a se quidem deceat. ipse cum tribunus essem, errauerim fortasse, qui me aliquid putaui, sed tamquam essem, abstinui causis agendis: primum quod deforme arbitrabar, cui adsurgere, cui loco cedere omnis oporteret, hunc omnibus sedentibus stare; et qui iubere posset tacere quemcumque, huic silentium clepsydra indici; et quem interfari nefas esset, hunc etiam conuicia audire, et si 3 inulta pateretur, inertem, si ulcisceretur, insolentem uideri. erat hic quoque aestus ante oculos, si forte me appellasset uel ille cui adessem uel ille quem contra, intercederem et auxilium ferrem, an quiescerem sileremque et quasi eiurato magistratu priuatum ipse me face- 4 rem. his rationibus motus malui me tribunum omnibus exhibere, quam 5 paucis aduocatum. sed tu, iterum dicam, plurimum interest, quid esse tribunatum putes, quam personam tibi imponas, quae sapienti uiro ita aptanda est, ut perferatur. uale.

---

1 aut] ut u 3 destinem *corr. m*^{1} *ex* distinem V distinem M 4 laetioribus BFMVD latioribus mouxa 5 scribe erit MVDmouxa scripseris BF solacium *corr. ex* solatium M 6 quereris *corr. ex* quaereris V

8 POMPEIO FALCONI BFouxa *et marg.* F ADPOMPEIVM *ind.* B FALCONIO MV: *epistulam om.* Dm SVO *om.* oux 9 consulis *corr. m*^{2}, *ut uidetur, ex* consulias M existimē te *corr. ex* existi mente B debere] decere ux 10 referet x inanem] manere o et si non honorem oux 11 quem o ordine M 12 ne] nec oux 13 qui me aliquid F qui me esse aliquid B qui me esse aliquem a aliquid (*om.* qui me) MV qui aliquid oux 14 difforme u 15 omnes o *ante* sedentibus *ras. duar. litt.* o 16 quęcūq· V indici BFuxa iudici o indicere MV 17 nefas] necesse oux audire et si BFVoxa audiret si u audire si M 18 inulta BFMVa multa oux pateretur *corr. m*^{2} *ex* pateret B 19 ante oculos si MVa si ante oculos si B si ante oculos F sed ante oculos oux si *om.* u appellasses uel cui oux 20 intenderem ux et *om.* a aul *post* et *statim del.* x an] aut ux 21 scileremque o eiurato BFMVa curato oup euitato xr 22 mallui M malui *corr. ex* mallui V 23 tu *om.* x 24 quam MV tuam BFoa, *om.* ux et *ante* quae *del.* i 25 est praeferatur o est ut proferatur x (perferatur i)

24.

C. PLINIVS BAEBIO HISPANO SVO S.

Tranquillus, contubernalis meus, uult emere agellum, quem uen- 1
ditare amicus tuus dicitur. rogo cures quanti aequum est emat: ita 2
enim delectabit emisse. nam mala emptio semper ingrata est, eo
maxime, quod exprobrare stultitiam domino uidetur. in hoc autem 3
agello, si modo adriserit pretium, Tranquilli mei stomachum multa
sollicitant, uicinitas urbis, opportunitas uiae, mediocritas uillae, modus
ruris, qui auocet magis quam distringat. scholasticis porro dominis, 4
ut hic est, sufficit abunde tantum soli, ut releuare caput, reficere ocu-
los, reptare per limitem unamque semitam terere omnisque uiticulas
suas nosse et numerare arbusculas possint. haec tibi exposui, quo magis
scires, quantum ille esset mihi, ego tibi debiturus, si praediolum istud,
quod commendatur his dotibus, tam salubriter emerit, ut paenitentiae
locum non relinquat. uale.

C. PLINI CAECILI SECVNDI EPISTVLARVM

LIBER SECVNDVS

1.

C. PLINIVS ROMANO SVO S.

Post aliquot annos insigne atque etiam memorabile populi Romani 1
oculis spectaculum exhibuit publicum funus Vergini Rufi, maximi et

2 BAEBIO HISPANO **BF** *et marg.* **F** ADBAEBIVM *ind.* **B** BABIO HISPANO **a** belio hispano **ou** Bolio hispano **x** HISPANO **MV**: *epistulam om.* **Dm** SVO *om.* **M** 3 tranquillus *corr.* m^1 *ex* tranquillis **V** -ran- *in ras.* **u** 4 cures *om.* **u** est aequum **oux** 5 ingrata est **BFouxa** ingrata **MV** 6 maximo **V** exprobare **x** 7 tranquilli mei **ouxa** tranquillime **BFMV** 9 auocet *corr ex* aduocet **F**) **BFMVa** aduocet **oux** dominis *om.* **ux** 10 reficere *(corr. ex* refrigere **B** **BMVa** refigere **F** figere **oux** 11 unamque **BMVa** unam **Foux** terere -er- *poster. loco in ras.*) **o** terrere **u** omnesque **oux** uiteculas **MV** 12 suas] scias **u** nosce **Mo** arbustulas **u** possit **MVox** 13 quantum ille esset mihi mihi *add. supra* m^1 **B**) ego tibi (tibi *incept.* mihi **B**) **BFouxa** quantum esset ille mihi ego tibi **MV** debitus et si **o** illud **o** 14 comme datur **u** doctibus **o** salubrem **o** 15 locum *om.* **o**

16 C PLINIVS · SECVNDI EPISTVLARVM EXPLICIT · LIBER PRIMVS · INCIPIT LIBER · SECVNDVS FELICITER **B** SECVNDI PLINII LIBER · I · EPISTVLARVM EXPLICIT · INCIPIT SECVNDVS FELICITER **F** GAI PLINII CECILI SECVNDI EPISTVLARVM LIBER PRIMVS EXPLICIT EIVSDEM INCIPIT LIBER SECVNDVS **M** C · P CECILII SCDI EPLR LIB · I · EXPL. INCIP SCD **V** C PLINII · SECVNDI · NOVOCOMENSIS · EPISTOLARVM · LIBER · PRIMVS · EXPLICIT · INCIPIT LIBER · SECVNDVS **D** · C · PL · SECVNDI VERONENSIS ORATORIS LIBER PRIMVS EXPLICIT · INCIPIT SECVNDVS FELICITER **o** Caii C **x**) Plinii secundi epistolarum liber primus explicit Eiusdem Secundus incipit feliciter feliciter *om.* **x**) **ux** C PLINII SECVNDI EPISTOLARVM LIBER SECVNDVS **a**: *indicem epistularum huius libri qui in cod.* **B** *post inscriptionem libri sequitur, uide in Praefatione transscriptum*

20 Ad romanum *ind.* **B** 21 aliquot *corr. ex* aliquod, *ut uidetur* **B** aliquod **V** 22 funus *corr. ex* funus, *ut uidetur* **B** uergini **BD** uerginii **F** uerginei **o** Virginei **ux** uirgini **Ma** uirginii **V** Rufi **ou** maximi *corr* m^1 *ex* maxime **V**

2 clarissimi ciuis et perinde felicis. triginta annis gloriae suae superuixit: legit scripta de se carmina, legit historias et posteritati suae interfuit. perfunctus est tertio consulatu, ut summum fastigium pri-
3 uati hominis impleret, cum principis noluisset. Caesares quibus suspectus atque etiam inuisus uirtutibus fuerat euasit, reliquit inco-
lumem optimum atque amicissimum, tamquam ad hunc ipsum honorem
4 publici funeris reseruatus. annum tertium et octogensimum excessit in altissima tranquillitate, pari ueneratione. usus est firma ualetudine, nisi quod solebant ei manus tremere, citra dolorem tamen. aditus
5 tantum mortis durior longiorque, sed hic ipse laudabilis. nam cum uocem praepararet acturus in consulatu principi gratias, liber, quem forte acceperat grandiorem, et seni et stanti ipso pondere elapsus est. hunc dum sequitur colligitque, per leue et lubricum pauimentum fallente uestigio cecidit coxamque fregit, quae parum apte collocata reluctante aetate male coiit.

6 Huius uiri exsequiae magnum ornamentum principi, magnum saeculo, magnum etiam foro et rostris attulerunt. laudatus est a consule Cornelio Tacito: nam hic supremus felicitati eius cumulus ac-
7 cessit, laudator eloquentissimus. et ille quidem plenus annis abiit, plenus honoribus, illis etiam quos recusauit: nobis tamen quaerendus ac desiderandus est ut exemplar aeui prioris, mihi uero praecipue, qui
8 illum non solum publice quantum admirabar tantum diligebam; primum quod utrique eadem regio, municipia finitima, agri etiam possessionesque coniunctae, praeterea quod ille mihi tutor relictus affectum parentis exhibuit. sic candidatum me suffragio ornauit, sic ad omnes honores meos ex secessibus accucurrit, cum iam pridem eius modi officiis renuntiasset, sic illo die, quo sacerdotes solent nomi-

---

1 ciuis et perinde **BFouxa** ciuis perinde **MVD** suae *om.* o 2 carmina] gara una **M** garauna *(corr. marg. man. saec. XV)* **V** posteritate **M** posteti o 3 ut] et o 4 caesaris **D** 5 etiam — 6 atque *om.* **BF**, *add. marg. man. recent.* **B** etiam *om.* o inuisus *corr. ex* inuitus x fuerat uirtutibus o incolumen x 6 *in* optimum *schol. marg.* ces · s · (= Caesar scilicet) i ipsum *om.* **D** 7 muneris ux (reseruatus i) octogensimum **FM** octogesimum (*corr. ex* octogensimum **V**) **BVoxa** octuagesimum u excessit *corr. m*^{1} *ex* excelsit **B** 8 amplissima o para **D** 9 temere **D** 11 repararet **D** 12 ipsi x 13 consequitur oux collegitque u colligit quae **B** 14 aptae **BF** collocata *corr. m*^{1} *ex* collocate **V** 15 coiit (*ex* cauit *incepto* **B** **BFxa** coit **MVDou** 16 exęquię *corr. m*^{1} *ex* exęquę **V** 18 suppremus (suppremus **B** supremus **Da** felicitati eius cumulus **BFDa** eius supremus felicitati cumulus **MV** supremus (suppremus o) cumulus felicitatis oux (cumulus i) 19 abiit **MVouxa** abit **BFD** 20 illis *add. supra* x querendus **Fx** 21 aeui **BFDouxa** uitae **MV** praecipuae **B** precipuae u 22 publice sed etiam priuatim quantum a *et marg. man. saec. XV* **V** 23 eadem utrique oux regio *om.* **BF** finitiua u agri etiam] utrique agri oux possessionesque *corr. ex* possessiones quae x 24 tutor mihi ouxa 26 honoris **M** honores *corr. ex* honoris **V** ex secessibus **VDouxa** excessibus **BFM** accurrit **D** eius] huius u 27 nuntiasset **D** quo (*corr. ex* quae x) **MVDouxa** qua **BF**

nare quos dignissimos sacerdotio iudicant, me semper nominabat. quin 9
etiam in hac nouissima ualetudine ueritus ne forte inter quinque-
uiros crearetur, qui minuendis publicis sumptibus iudicio senatus con-
stituebantur, cum illi tot amici senes consularesque superessent, me
huius aetatis per quem excusaretur elegit, his quidem uerbis, 'etiam
si filium haberem, tibi mandarem'.

Quibus ex causis necesse est tamquam immaturam mortem eius in 10
sinu tuo defleam; si tamen fas est aut flere aut omnino mortem uo-
care, qua tanti uiri mortalitas magis finita quam uita est. uiuit enim 11
uiuetque semper atque etiam latius in memoria hominum et sermone
uersabitur, postquam ab oculis recessit. uolo tibi multa alia scribere, 12
sed totus animus in hac una contemplatione defixus est: Verginium
cogito, Verginium uideo, Verginium iam uanis imaginibus, recentibus
tamen, audio, adloquor, teneo. cui fortasse aliquos ciues uirtutibus
pares et habemus et habebimus, gloria neminem. uale.

2.

C. PLINIVS PAVLINO SVO S.

Irascor, nec liquet mihi an debeam, sed irascor. scis quam sit 1
amor iniquus interdum, impotens saepe, μικροπίτιος semper. haec tamen
causa magna est, nescio an iusta: sed ego, tamquam non minus iusta
quam magna sit, grauiter irascor quod a te tam diu litterae nullae.
exorare me potes uno modo, si nunc saltem plurimas et longissimas 2
miseris. haec mihi sola excusatio uera, ceterae falsae uidebuntur. non
sum auditurus 'non enim Romae' uel 'occupatior eram': illud enim 3
nec di sinant, ut 'infirmior'. ipse ad uillam partim studiis partim de-
sidia fruor, quorum utrumque ex otio nascitur. uale.

1 quos (-s *in ras.*) **B** sacerdotio *corr. ex* -eo **B** 3 crearetur **BFMVDa** ipse crearetur **oux** 4 consulares **D** me] ne **u** 8 flere **Doux** fleri **BFa** fiere **V** fieret **M** 9 qua] quia **ux** 10 etiam *om.* **o** 11 uolo tibi **BFDouxa** uolui tibi **V** uoluit ibi **M** 12 totus *corr. ex* totius **B** hac] ac **B** una *om.* **F** 13 cogito Verginium *om.* **MV** uirginium (*corr. m*^{1} *ex* uirginum **V** *bis* **MV**, *ter* **a** uanis **BFMVDa** uariis **oux** recentibus *om.* **BF** 14 aliquos ciues **BFoux** ciues aliquos **MVDa** 15 et *priore loco om.* **x** habebimus (-i- *in ras. litt.* -a-, *ut uidetur*) **B** habuimus **o** et habebimus *add. marg. m*^{2} **M**

17 PAVLINO **BFDouxa** Ad paulinu *ind.* **B** PAVLINO (*corr. m*^{1} *ex* mulino **M**) NEPOTI **MV** 19 μικροπίτιος **a** *et m*^{2} *in lac.* **o** ΜΕΙΚΡΑΙΤΙΟΣ (-C **F** η *add. m*^{2} *supra* -ΙΟ- **B**) **BFD** me . ΙΚΡΑΙΤΙΟC **M** ΜΕΙΚ (*rell. om. in lac.*) **V** μεσυτιος *m*^{2} **x**, *om. in lac.* **u** tamen *om.* **o** tam **ux** 20 **a** *post* est *statim del.* **x** sed] sit **D** nominus **x** 21 **a** *corr. ex* ad **x** tan diu *add. marg. m*^{1} **u** 22 exora me **MV** 23 est *post* excusatio *del.* **x** uera *m*^{1} *in ras.* **F** uere **u** caeteraeque **o** 24 enim **Moux** eram **BFVDa** illud **BFouxa** illum **MV** 25 di **M** dii (*corr. m*^{1} *ex* di **V**) **BFDVouxa** hifirmior **B** infirmor **V** 26 uale *add. marg. m*^{2} **M**, *om.* **D**

3.

C. PLINIVS NEPOTI SVO S.

1 Magna Isaeum fama praecesserat, maior inuentus est. summa est facultas, copia, ubertas: dicit semper ex tempore, sed tamquam diu scripserit. sermo Graecus, immo Atticus: praefationes tersae, graciles,
2 dulces, graues interdum et erectae. poscit controuersias plures, electionem auditoribus permittit, saepe etiam partes: surgit, amicitur, incipit: statim omnia ac paene pariter ad manum, sensus reconditi occursant, uerba, sed qualia! quaesita et exculta. multa lectio in subitis,
3 multa scriptio elucet. prooemiatur apte, narrat aperte, pugnat acriter, colligit fortiter, ornat excelse, postremo docet, delectat, adficit; quid maxime, dubites: crebra ἐνθυμήματα, crebri syllogismi, circumscripti et effecti, quod stilo quoque adsequi magnum est: incredibilis memoria, repetit altius quae dixit ex tempore, ne uerbo quidem labitur.
4 ad tantam ἕξιν studio et exercitatione peruenit: nam diebus et nocti-
5 bus nihil aliud agit, nihil audit, nihil loquitur. annum sexagensimum excessit et adhuc scholasticus tantum est: quo genere hominum nihil aut sincerius aut simplicius aut melius. nos enim, qui in foro uerisque litibus terimur, multum malitiae, quamuis nolimus, addiscimus:
6 schola et auditorium et ficta causa res inermis, innoxia est, nec minus felix, senibus praesertim. nam quid in senectute felicius, quam quod
7 dulcissimum est in iuuenta? quare ego Isaeum non disertissimum tantum uerum etiam beatissimum iudico. quem tu nisi cognoscere concupiscis, saxeus ferreusque es.

---

2 Adnepotem *ind.* **B** 3 isaeum **MVoa** Iseum ux isaeuum **BFD** magnis aeuum *ind.* **B** est summa — 4 ubertas *om.* **D** 4 sed ita tanquam **o** 5 scripserat **D** imo **ou** gratiles **V** 6 proponit *Cat.* ponit *Cuypers* 7 partis **BFDouxa** imparatus *in marg. deleto,* partis, *ut uidetur, add. sed postea erasit* **i** amicitur **MVD** iam igitur **BFuxa** iam amiciter **o** amicitur *deleto notam ⁄. add. marg.* **i** 8 paene *om.* **o** manus **u** recondat **V** 9 uerba *corr. ex* uerbam **x** quaesita *corr. ex* quaesta **D** exculpta **Dox** multa *om.* **MV** lectio — 10 multa *om., add.* m^1 (subitis *corr. ex* subditis) **B** subitis *corr. ex* subditis **FD** 10 elucet] ducet **D** prooemiatur **ia** prohoemiatur **BMVD** prohemiatur (*corr. ex* proe- **F**) **Foux** aptae **Bu** pugnat **BFouxa** ac pugnat **MV** 11 excelse (-else *in ras.*) **V** quid **MVo** quod **BFuxa** 12 crebrae **MV** ΕΝΘΥΜΗΜΑΤΑ **BDa** *et* m^2 *in lac.* **o** ΕΝΤΥΜΕΜΑΤΑ **F** ΝΟΕΕΜΗΑΤΑ **M** ΝΟΕΕΜΗΑΤΑC **V** ενθυμέματα m^2 **x**, *om. in lac.* **u** καὶ νοήματα *del.* **i** crebri *om.* **BFa** syllogismi **MVDoa** sillogismi **F** silogismi **ux** sillogissimi **B** circumscripti *corr. ex* cur- **V** 15 ἕξιν] in **D**, *om. in lac.* **u** ἀφιλόκαλον m^2 **x** 16 audit] laudit **D** sexagesimum (-ss- **M**) *codd. omn.* 17 excelsit **D** quo *corr. ex* quod **D** genere *corr.* m^1 *ex* genero, *ut uidetur* **B** 18 aut simplicius aut sincerius **Da** enim] uero **oux**, *om. Flor. Mor. Auct.* foro] fero **V** 19 terimur *corr.* m^1 *ex* teritur **B** nolimus **MVDxa** *et Flor. Mor. Auct.* nolumus **BFou** 20 auditorium et ficta **MVa** auditorum *(corr. ex* audetorum, *ut uidetur)* et ficta **B** auditorium ficta **Foux** auditorium (auditorum **D**) ut ficta **Dps** *et Flor. Mor. Auct.* causa ita res *Cat.* nec minus — 22 dulcissimum est *om.* **o** 22 isaeum (*uel* iseum) **oua** isaeuum **BFD** ipse eum **MV** istum **x** 23 iudico *corr.* m^2 *ex* iudoco **B** quem *corr. ex* quae **B** 24 concupiscis *corr. statim ex* concupistis **B**

Proinde si non ob alia nosque ipsos, at certe ut hunc audias, ueni. 8
numquamne legisti Gaditanum quendam Titi Liui nomine gloriaque
commotum ad uisendum eum ab ultimo terrarum orbe uenisse statim-
que, ut uiderat, abisse? ἀφιλόκαλον, inlitteratum, iners ac paene etiam
turpe est non putare tanti cognitionem, qua nulla est iucundior, nulla
pulchrior, nulla denique humanior. dices 'habeo hic quos legam non 9
minus disertos'. etiam: sed legendi semper occasio est, audiendi non
semper. praeterea multo magis, ut uulgo dicitur, uiua uox adficit. nam
licet acriora sint quae legas, altius tamen in animo sedent quae pro-
nuntiatio, uultus, habitus, gestus etiam dicentis adfigit; nisi uero 10
falsum putamus illud Aeschinis, qui cum legisset Rhodiis orationem
Demosthenis admirantibus cunctis, adiecisse fertur τί δέ, εἰ αὐτοῦ τοῦ
θηρίου ἠκούσατε; et erat Aeschines, si Demostheni credimus, λαμπρο-
φωνότατος. fatebatur tamen longe melius eadem illa pronuntiasse
ipsum qui pepererat. quae omnia huc tendunt, ut audias Isaeum, uel 11
ideo tantum, ut audieris. uale.

4.

C. PLINIVS CALVINAE SVAE S.

Si pluribus pater tuus uel uni cuilibet alii quam mihi debuisset, 1
fuisset fortasse dubitandum an adires hereditatem etiam uiro grauem.
cum uero ego ductus adfinitatis officio dimissis omnibus qui, non 2
dico molestiores, sed diligentiores erant creditor solus exstiterim, cum-
que uiuente eo nubenti tibi in dotem centum milia contulerim praeter

---

1 ob] ab x alia *corr. m*¹ *ex* abia F nosque] nos quoque ux at (*corr. m*¹ *ex* ad V) Vouxa ad M, *om.* BF 2 -ne legisti *corr. ex* neglegisti V neglegisti M liui BMVo liuii FDuxa nomine *corr. m*¹ *ex* nomina V 3 uisendum M eum] cum u 4 abiisse oux ἀφιλόκαλον Da *et m*² o ΑΦΙΛΟΚΑΝΟΝ BF ΑΦΙΛΟΚΑΛΟΝ M, *om. in lac.* Vux inlitteratum (-t- *altero loco in ras.*) F inlitterarum V 5 tanti (-ti *in ras.*) V cognitionem *corr. ex* cogitionem B 6 non *add. m*² *supra* M 7 desertes u sed *add. marg. m*¹ D si oux audiendi *corr. m*¹ *ex* audiendo V 8 praeterea *om.* a ut] et u uolgo B adficit (-fi- *m*¹ *in ras.*) B adficit (-cit *in ras.*) V adfigit (*corr. fortasse ex* adficit) M 9 pronuntiat D 10 uoltus (uultus *m*² F) BF 11 eschinis ox geschinis u aeschinus V rhodiis *corr. ex* rodiis F rhodis B 12 demosthenis *corr. m*¹ *ex* demostenis B demoscenis u fertur] ferunt ou 13 ΘΗΡΟΥ MV ΗΚΟΥCΑΤΕ MV ΗΚΟΥΕΤΕ BF ἀκηκόειτε Da: *omnia Graeca m*² *in lac.* (ἀκηκόειτε o ἀκούετε x) ox, *om. in lac.* u: *cf. Hieron. ad Paulin. ep. 53* eschines oux demosceni u ΛΑΜΠΡΟΦΩΝΟΤΑΤΟC (Φ *corr. m*¹ *ex* Θ) M *et m*² *in lac.* x ΛΑΜΠΡΟΦΩΝΟΤΑΝΟC (Φ *m*¹ *in ras.*) V ΜΜΠΡΟΦΩΤΑΤΟC BF μικροφωνότατος D *et m*² o μεγαλοφωνότατος *Ber.* a, *om. in lac.* u: *Dem. Cor. 313* 14 longe] legem u 15 quippe pererat M isaeum (*corr. ex* ipsaeum, *ut uidetur* V) MVoa iseum (*corr. ex* isaeuum B) BFux isaeuum D 16 uale *om.* VD

18 CALVINAE BFua GALVINAE MV Ad galuinam *ind.* B caluiniae Do caluino x SVAE *om.* BF suo x 19 alii quam MVDa aliquam B aliqua (*corr. ex* aliquam) etiam F aliquam etiam oux 20 dubitandum *corr. statim ex* dubitant B 21 uero (*corr. m*¹ *ex* uiro V BFVDouxa uiro M adductus oux 22 exstiterim — 49. 12 monstrandumque *lac. in* B, *duobus foliis excisis* 23 uiuente eo nubenti (iubenti u) FDoua uiuenti eo nubenti *corr. ex* nubenti eo uiuenti x ego nubenti MV dote F

eam summam, quam pater tuus quasi de meo dixit (erat enim soluenda de meo), magnum habes facilitatis meae pignus, cuius fiducia debes famam defuncti pudoremque suscipere. ad quod te ne uerbis magis quam rebus horter, quidquid mihi pater tuus debuit, acceptum tibi
3 fieri iubebo. nec est quod uerearis ne sit mihi onerosa ista donatio. sunt quidem omnino nobis modicae facultates, dignitas sumptuosa, reditus propter condicionem agellorum nescio minor an incertior. sed quod cessat ex reditu frugalitate suppletur, ex qua uelut fonte liberalitas
4 nostra decurrit: quae tamen ita temperanda est, ne nimia profusione inarescat; sed temperanda in aliis, in te uero facile ei ratio constabit, etiam si modum excesserit. uale.

5.

C. PLINIVS LVPERCO SVO S.

1 Actionem et a te frequenter efflagitatam et a me saepe promissam exhibui tibi, nondum tamen totam: adhuc enim pars eius perpolitur.
2 interim quae absolutiora mihi uidebantur non fuit alienum iudicio tuo tradi. his tu rogo intentionem scribentis accommodes. nihil enim adhuc inter manus habui, cui maiorem sollicitudinem praestare deberem.
3 nam in ceteris actionibus existimationi hominum diligentia tantum et fides nostra, in hac etiam pietas subicietur. inde et liber creuit, dum
4 ornare patriam et amplificare gaudemus, pariterque et defensioni eius seruimus et gloriae. tu tamen haec ipsa, quantum ratio exegerit, reseca. quotiens enim ad fastidium legentium deliciasque respicio, intellego nobis commendationem et ex ipsa mediocritate libri petendam.
5 idem tamen, qui a te hanc austeritatem exigo, cogor id quod diuersum

---

1 quasi demo **D** 2 fiducia *corr. ex* fidutia **M** 3 ne te magis uerbis **oux** 4 mihi pater tuus **FMVDa** pater tuus mihi **oux** tibi fieri **FMVDo** fieri tibi ux tibi ferri **a** 5 iubebo **FMVx** iubeo **oa** uidebo **Du** sit mihi onerosa (*corr. m*^{1} *ex* onerasa **V**) ista **MVD** sit mihi ista onerosa (honerosa **F**) **Fa** sit mihi onerosa **o** mihi sit ista onerosa **ux** 6 omnino nobis modicae **MVoa** nobis omnino modicae **Fux** omnino modicae nobis **D** redditus **ux** 8 redditu **oux** uelut (uelud **M**) fonte **MVDa** uelut e (ex **oux**) fonte **Foux** ex quo uelut fonte *coni. Keil, cf. III. 20 fin.* 9 nenimia *corr. m*^{1} *ex* neminia **V** profusione *corr. ex* professione **M** 10 facile ei ratio *Keil (cf. Pan. 38,4)* facile et ratio **FD** facile ratio **MVouxa**

13 Ad lupercum *ind.* **B** LVPRECO **D** 14 et a te frequenter (et a te *in ras.* **D**) **VDa** etati frequenter **M** aetatefrequent · *ind.* **B** a te frequenter **F** frequenter et a te **oux** effligatam **u** saepe] semper **oux** 15 exhibui *corr. ex* exhibuit **V** nondum tamen **MVDoux** non tamen **Fa** enim *om.* **D** 16 absolutior mihi uidebatur **V** 17 tradi his tu rogo **MVD** traditum iri rogo **Foux** his tradi tu rogo **a** tradi tu his rogo **i** traditum iri: his tu rogo *Cat.* 19 existimationi **FDoxa** existimatione **MV** existimationem **u** 20 nostra] mea **o** et *add. supra* **o** 21 pariterque et **Fouxa** pariter et **MVD** 22 seruimus **FMVDa** deseruimus **oux** exegerit *corr. ex* exsegerit **V** 23 legentium ad fastidium **D** 24 commendationem libri et (et *om.* **ux**) ex ipsa mediocritate petendam **oux** et *om.* **F** 25 quia te **oa** hinc **o** exigere cogor **x**

est postulare, ut in plerisque frontem remittas. sunt enim quaedam adulescentium auribus danda, praesertim si materia non refragetur. nam descriptiones locorum, quae in hoc libro frequentiores erunt, non historice tantum sed prope poetice prosequi fas est. quod tamen si 6
quis exstiterit qui putet nos laetius fecisse, quam orationis seueritas exigat, huius, ut ita dixerim, tristitiam reliquae partes actionis exorare debebunt. adnisi certe sumus ut quamlibet diuersa genera lectorum per plures dicendi species teneremus, ac sicut ueremur ne quibusdam 7
pars aliqua secundum suam cuiusque naturam non probetur, ita uidemur posse confidere ut uniuersitatem omnibus uarietas ipsa commendet. nam et in ratione conuiuiorum, quamuis a plerisque cibis 8
singuli temperemus, totam tamen cenam laudare omnes solemus, nec ea quae stomachus noster recusat adimunt gratiam illis quibus capitur.

Atque haec ego sic accipi uolo, non tamquam adsecutum esse 9
me credam, sed tamquam adsequi laborauerim; fortasse non frustra, si modo tu curam tuam admoueris interim istis, mox iis quae sequentur. dices te non posse satis diligenter id facere, nisi prius totam 10
actionem cognoueris. fateor: in praesentia tamen et ista tibi familiariora fient, et quaedam ex his talia erunt, ut per partes emendari possint. etenim si auulsum statuae caput aut membrum aliquod inspiceres, 11
non tu quidem ex illo posses congruentiam aequalitatemque deprendere, posses tamen iudicare an id ipsum satis elegans esset. nec alia 12
ex causa principiorum libri circumferuntur, quam quia existimatur pars aliqua etiam sine ceteris esse perfecta. longius me prouexit dulcedo quaedam tecum loquendi: sed iam finem faciam, ne modum, quem 13
etiam orationi adhibendum puto, in epistula excedam. uale.

---

1 implerisque **Mu** 3 hoc *om.* u 5 laetius **MDoux** latius *corr. ex* laetius **V**) **FV** lautius a seueritas **FMVa** facultas oux, *om.* **D** 6 tristitiam *corr. m*^{1} *ex* tristi·a **V** actionis *corr. m*^{1} *ex* actiones **V** ac- *in ras. litt.* ora, *ut uidetur* **o** 7 debuerunt **F** 10 conficere *corr. ex* confidere **V** uti **F** 11 in rationem **D** in ratione ipsa oux couiuiorum u 12 solemus omnes oux 13 illis quibus **MVDa** illis a quibus **Fux** ab illis a quibus **o** 15 esse me **FDouxa** me esse **MV** 16 laborarim **o** 17 interim istis mox iis (his **MV**) quae sequuntur **MVa** inter .. istis mox is quae sequuntur **D** interim mox isque sequentur **o** *et m*^{1} **u** interemptis mox isquae (isque *m*^{2} **u**) sequentur **F** *et m*^{2} **u** interim moxque sequentur **x** 18 idfacere *corr. ex* adfacere **V** diligenter id *corr. m*^{2} *ex* id diligenter **u** 19 impresentia **ox** familiariora (-a- *altero loco in ras.*) **F** familiora **ux** 20 his] iis **F** partis **o** 22 non tamen ex illo quidem posses **x** qualitatemque **ux** deprehendere **xa** 24 principia librorum **r**^{5} quam] qua **M**

6.

C. PLINIVS AVITO SVO S.

1 Longum est altius repetere, nec refert quem ad modum acciderit ut homo minime familiaris cenarem apud quendam, ut sibi uidebatur, 2 lautum et diligentem, ut mihi, sordidum simul et sumptuosum. nam sibi et paucis opima quaedam, ceteris uilia et minuta ponebat. uinum etiam paruulis lagunculis in tria genera discripserat, non ut potestas eligendi, sed ne ius esset recusandi, aliud sibi et nobis, aliud minoribus amicis (nam gradatim amicos habet), aliud suis nostrisque liber- 3 tis. animaduertit qui mihi proximus recumbebat et an probarem interrogauit. negaui. 'tu ergo' inquit 'quam consuetudinem sequeris?' 'eadem omnibus pono: ad cenam enim, non ad notam inuito cunctisque rebus exaequo, quos mensa et toro aequaui.' 'etiamne libertos?' 4 'etiam: conuictores enim tunc, non libertos puto.' et ille 'magno tibi constat.' 'minime.' 'qui fieri potest?' 'potest quia scilicet liberti mei 5 non idem quod ego bibunt, sed idem ego quod liberti.' et hercule si gulae temperes, non est onerosum quo utaris ipse communicare cum pluribus. illa ergo reprimenda, illa quasi in ordinem redigenda est, si sumptibus parcas, quibus aliquanto rectius tua continentia quam aliena contumelia consulas.

6 Quorsus haec? ne tibi, optimae indolis iuueni, quorundam in mensa luxuria specie frugalitatis imponat. conuenit autem amori in te meo, quotiens tale aliquid inciderit, sub exemplo praemonere, quid debeas 7 fugere. igitur memento nihil magis esse uitandum, quam istam luxuriae et sordium nouam societatem; quae cum sint turpissima discreta ac separata, turpius iunguntur. uale.

---

2 AVITO *corr. ex* AVETO *uel* AVOTO **M** Adauitum (-au- *in ras.*) *ind.* **B** 3 quem ad modum] quo modo **ux** 4 homo] homini **F** 6 opima **FDouxa** optima **MV** 7 parulis **u** discripserant **M** 8 ius] uis **u** aliud *priore loco* **MVD** et aliud **Fouxa** nobis sibi et nobis aliud **u** 9 nam] non **u** 10 animaduerti m^2 *corr. fortasse ex* animatuertim **V** 11 negaui *om.* **MV**: *cf. Trai. 56. 4* sequeris eadem **FDouxa** sequeris respondi eadem **MV**: *cf. I. 5. 13* 12 non] omnino **u** 13 aequaui *corr.* m^2 *ex* aequam **M** 14 et *om.* **Fa** magno *corr.* m^1 *ex* magni **u** magni **o** 15 qui fieri potest? potest quia *Sichardus* qui fieri potest quia **MVDouxa** fieri potest potest quia **F**: *cf. I. 12. 12; IV. 13. 10; 17. 5; V. 14. 5; 16. 9; VIII. 8. 6, etc.* 16 quod et liberti et **V** si] sin **F** 17 quo] quod **V** 19 parcas (-arc- m^2 *in ras.*) **u** aliquanto *corr.* m^2 *ex* aliquando, *ut uidetur* **ux** aliquando **o** 21 quorsus *corr.* m^1 *ex* qorsus **V** quorsum **a** iuueni *corr. ex* inueni **V** quorumdam **M** immensa **ouxa** 22 luxuriae **M** specie **MVDa** speciem **F** spetiem **oux** 23 premouere **u** 25 et *corr. ex* est **D** discreta ac separata **MVDoa** ac discreta et separata **F** discreta et separata **ux** 26 uiguntur **o**

7.

C. PLINIVS MACRINO SVO S.

Heri a senatu Vestricio Spurinnae principe auctore triumphalis 1
statua decreta est, non ita ut multis, qui numquam in acie steterunt,
numquam castra uiderunt, numquam denique tubarum sonum nisi in
spectaculis audierunt, uerum ut illis qui decus istud sudore et san-
guine et factis adsequebantur. nam Spurinna Bructerum regem ui et 2
armis induxit in regnum ostentatoque bello ferocissimam gentem, quod
est pulcherrimum uictoriae genus, terrore perdomuit. et hoc quidem 3
uirtutis praemium, illud solacium doloris accepit, quod filio eius Cot-
tio, quem amisit absens, habitus est honor statuae. rarum id in iuuene:
sed pater hoc quoque merebatur, cuius gravissimo uulneri magno ali-
quo fomento medendum fuit. praeterea Cottius ipse tam clarum spe- 4
cimen indolis dederat, ut uita eius breuis et angusta debuerit hac ue-
luti immortalitate proferri. nam tanta ei sanctitas, grauitas, auctoritas
etiam, ut posset senes illos prouocare uirtute, quibus nunc honore
adaequatus est. quo quidem honore, quantum ego interpretor, non 5
modo defuncti memoriae, dolori patris, uerum etiam exemplo pro-
spectum est. acuent ad bonas artes iuuentutem adulescentibus quo-
que (ut digni sint modo) tanta praemia constituta, acuent principes
uiros ad liberos suscipiendos et gaudia ex superstitibus et ex amissis
tam gloriosa solacia.

His ex causis statua Cotti publice laetor. nec priuatim minus. 6
amaui consummatissimum iuuenem tam ardenter, quam nunc im-
patienter requiro. erit ergo pergratum mihi hanc effigiem eius sub-
inde intueri, subinde respicere, sub hac consistere, praeter hanc com-
meare. etenim si defunctorum imagines domi positae dolorem nostrum 7
leuant, quanto magis hae quibus in celeberrimo loco non modo species
et uultus illorum sed honor etiam et gloria refertur! uale.

2 MACRINO **FMVDuxa** macrono **o** Ad magnum *ind.* **B** 3 heri **FDouxai** here **MV** nere *ind.* **B** uestritio **D** uestricio (*corr. ex* uestritcio **F**) principe auctore spurinnae (spurinae **oux**) **Foux** 4 numquam *om.* **o** in acie steterunt numquam *om.* **MV** 7 spurina brueterum **o** Spurina Bruetterum **x** Spurina Bruecterum **u** spurinna breuetherum **D** 8 reduxit *Boot* ostentatque **V** ostentatioque **D** 9 gentem *post* pulcherrimum *del.* **M** praedomuit **ox** 10 uirtutibus **u** coctio **oux** 11 statuarum id in iuuene et **D** 13 coctius **oux** 14 ueluti **Fouxa** uelut **MVD** 15 immortalitate *corr. m*^{2} *ex* immortalitati **u** ei] et **M** grauitas auctoritas sanctitas **oux** 16 posses **D** illos senes **ux** 17 adaequatos - honore *om.* **D** 19 acuent *om.* **D** quoque ut digni **Fux** quoque digni **MVD** ut digni **o** quoque utinam digni *Otto* 20 acuent] ac uenit **M** 21 uiros *corr. m*^{2} *ex* ueros **M** superstantibus **oux** 23 ex causis *corr. m*^{1} *ex* ex ausis **V** cottii *corr. ex* coctii **F** coctii **oux** priuatim -u- *in ras.*) **F** 24 iuuenem **u** 25 mihi pergratum **D** mihi *om.* **o** subinde intueri *add. marg. m*^{1} **V** 26 *post* praeter *ras. quat. uel quinq. litt.* **F** 28 hae quibus **Dux** aequibus **F** eae quibus ea haec quibus **MV** specie sed uultus **D** 29 honos **ux** etiam *om.* **ox**

8.

C. PLINIVS CANINIO SVO S.

1 Studes, an piscaris, an uenaris, an simul omnia? possunt enim
omnia simul fieri ad Larium nostrum. nam lacus piscem, feras siluae,
quibus lacus cingitur, studia altissimus iste secessus adfatim suggerunt.
2 sed siue omnia simul siue aliquid facis, non possum dicere 'inuideo';
angor tamen non et mihi licere quae sic concupisco, ut aegri uinum,
balinea, fontes. numquamne hos artissimos laqueos, si soluere negatur,
3 abrumpam? numquam, puto. nam ueteribus negotiis noua adcrescunt,
nec tamen priora peraguntur: tot nexibus, tot quasi catenis maius in
dies occupationum agmen extenditur. uale.

9.

C. PLINIVS APOLLINARI SVO S.

1 Anxium me et inquietum habet petitio Sexti Eruci mei. adficior
cura et quam pro me sollicitudinem non adii quasi pro me altero
patior; et alioqui meus pudor, mea existimatio, mea dignitas in dis-
2 crimen adducitur. ego Sexto latum clauum a Caesare nostro, ego quae-
sturam impetraui, meo suffragio peruenit ad ius tribunatus petendi,
quem nisi obtinet in senatu, uereor ne decepisse Caesarem uidear.
3 proinde adnitendum est mihi ut talem eum iudicent omnes, qualem
esse princeps mihi credidit. quae causa si studium meum non incitaret,
adiutum tamen cuperem iuuenem probissimum, grauissimum, eruditissi-
4 mum, omni denique laude dignissimum, et quidem cum tota domo. nam
pater ei Erucius Clarus, uir sanctus, antiquus, disertus atque in agendis
causis exercitatus, quas summa fide, pari constantia nec uerecundia mino-
re defendit. habet auunculum C. Septicium, quo nihil uerius, nihil sim-

---

2 CANINIO **FDuxa** canninio **o** Ad caninium *ind.* **B** CANNINO **MV** SVO *om.* **M** 3 an *altero loco* m^2 *in ras.* **u** uenaris *in ras.* **V** possum **o** 4 P *post* nostrum *statim del.* **x** lacus **FDouxa** lacus *corr.* m^1 *ex* laucus **V** lacu **M** fera **M** 5 studii amicissimus **D** suggerunt **MVDoa** suggerit **Fux** 6 facis **MVD** facias **Fouxa** 7 aegri] aeger **Dx** eger **u** eget **o** 8 fontis **oux** fonteis *(ut saepe)* **a** -ne *om. (in fin. pag.* **F) Foux**, *add.* **MVDa** hos ne arctissimos **ux** hos bene arctissimos **o** si *om.* **D** 9 nam ueteribus **MVD** nam in ueteribus **Fouxa** 10 tot *altero loco om.* **ux** 11 extenditur **MVDa** ostenditur **Foux**

13 Ad apollinare *ind.* **B** 14 inquietum *corr.* m^1 *ex* quietum **V** Erutii **a** erucii **ux** enitii sexti mei **o** 15 cura (-a *in ras.*) **F** sollitudinem **M** 16 alioqui **MVDa** *(sic saepe)* alioquin **Foux** *(sic saepe)* 17 Sextum **u** 18 tribunatum **MV** 19 in senatu uereor **MVDa** uereor in senatu **Foux** *fortasse recte* ne *om.* **Fa** caesarem *corr.* m^2, *ut uidetur, ex* caesare **M** 20 talem omnes eum iudicent qualem eum esse princeps **o** talem omnes iudicent qualem eum princeps **u** talem eum omnes iudicent qualem eum princeps **x** 22 adiutum *corr.* m^2 *ex* aditum **M** eruditissimum et omni **ux** 23 omni *om.* **D** cum m^2 *in ras.* **u** 24 ei **MVD** eius **Fouxa** erutius **oa** antiqus **a** 25 exercitus **Fa** summas pari **D** constatia **D** nec m^1 *in ras.* **F** 26 ·G· **MV** septitium **FDx** uerius *marg. iteratum* m^1 **F**

plicius, nihil candidius, nihil fidelius noui. omnes me certatim et tamen aequaliter amant, omnibus nunc ego in uno referre gratiam possum. itaque prenso amicos, supplico, ambio domos stationesque circumeo, quantumque uel auctoritate uel gratia ualeam precibus experior; teque obsecro ut aliquam oneris mei partem suscipere tanti putes. reddam uicem, si reposces, reddam et si non reposces. diligeris, coleris, frequentaris: ostende modo uelle te, nec deerunt qui quod tu uelis cupiant. uale.

10.

C. PLINIVS OCTAVIO SVO S.

Hominem te patientem uel potius durum ac paene crudelem, qui tam insignes libros tam diu teneas! quousque et tibi et nobis inuidebis, tibi maxima laude, nobis uoluptate? sine per ora hominum ferantur isdemque quibus lingua Romana spatiis peruagentur. magna etiam longaque exspectatio est, quam frustrari adhuc et differre non debes. enotuerunt quidam tui uersus et inuito te claustra sua refregerunt. hos nisi retrahes in corpus, quandoque ut errones aliquem cuius dicantur inuenient. habe ante oculos mortalitatem, a qua adserere te hoc uno monimento potes: nam cetera fragilia et caduca non minus quam ipsi homines occidunt desinuntque.

Dices, ut soles, 'amici mei uiderint'. opto equidem amicos tibi tam fideles, tam eruditos, tam laboriosos, ut tantum curae intentionisque suscipere et possint et uelint. sed dispice ne sit parum prouidum sperare ex aliis quod tibi ipse non praestes.

Et de editione quidem interim ut uoles: recita saltem, quo magis libeat emittere, utque tandem percipias gaudium, quod ego olim pro

1 noui *om.* u 2 ego *om.* u 3 prenso **MVD** prehenso oux prendo **Fa** supplico *om.* **D** stationes circumeo (circueo) oux 4 *ante* ualeam *ras. unius litt.* **V** te quoque oux 5 aliquam *fortasse corr. m²* *ex* aliqua **V** oneris ouxa honeris **FD** muneris **MV** 6 uices (*corr. ex* in uices u) ou in uices x, *post quod litt.* p *statim del.* x reddam et si non reposces *om.* **D** non reposces **Fa** non reposcis **MV** ne reposces ou reposces x dilegeris **MV** 7 qui quod (*corr. m¹ ex* qui quid **F**) **FDouxa** qui id quod **MV** uellis **D**

10 OCTAVIO *corr. m²* *ex* OCTOVIO **M** OCTAVI **D** Ad octauium *ind.* **B** 12 tenes **D** quousque *corr. m¹* *ex* quiusque **V** et *priore loco om.* ou nouis **D** 13 maxima laudem a maxima laudae **M** maximas laudes **D** uoluptatem a uoluptates **D** 14 isdemque **MV** iisdemque **FDoxa** hisdemque u romana lingua oux etiam longaque (longuaque **F**) **Foux** etiam longa **MVDa** 15 expectationem quam **D** frustari **M** debes (-es *in ras.* **F** 16 enotuerunt **FDouxa** enituerunt **MV** emicuerunt *coni. Kortte* sua **MVD** tua **Fouxa** 17 retrahes **Foxa** retrahis **MVDu** errores **V** dicantur *corr. m²* *ex* dicuntur **M** 18 inuenient **MVD** inueniant **Fouxa** habe ante oculos **MVDa** hebetante oculo **F** hebetante (-tant- *m¹ in ras.* u) oculos oux mortalitate oux ad quam **D** uni **M** 20 desinuntque **MVa** desuntque **Foux** 21 optimos equidem **D** 22 tam laboriosos *om.* **F** intentionesque x 23 ne sit (-e s- *in ras.* **D** 25 edictione u ditiones **D** quidem *om.* **Dx** 26 ut quod **D** pro te (prot- *in macula et ras.* **F**) **FDouxa** prope **MV**

7 te non temere praesumo. imaginor enim qui concursus, quae admiratio te, qui clamor, quod etiam silentium maneat; quo ego, cum dico uel recito, non minus quam clamore delector, sit modo silentium acre et 8 intentum et cupidum ulteriora audiendi. hoc fructu tanto, tam parato desine studia tua infinita ista cunctatione fraudare; quae cum modum excedit, uerendum est ne inertiae et desidiae uel etiam timiditatis nomen accipiat. uale.

11.

C. PLINIVS ARRIANO SVO S.

1 Solet esse gaudio tibi, si quid actum est in senatu dignum ordine illo. quamuis enim quietis amore secesseris, insidet tamen animo tuo maiestatis publicae cura. accipe ergo quod per hos dies actum est, personae claritate famosum, seueritate exempli salubre, rei magnitudine aeternum.

2 Marius Priscus accusantibus Afris, quibus pro consule praefuit, omissa defensione iudices petiit. ego et Cornelius Tacitus, adesse prouincialibus iussi, existimauimus fidei nostrae conuenire notum senatui facere excessisse Priscum immanitate et saeuitia crimina quibus dari iudices possent, cum ob innocentes condemnandos, interficiendos etiam, 3 pecunias accepisset. respondit Fronto Catius deprecatusque est ne quid ultra repetundarum legem quaereretur, omniaque actionis suae uela, uir mouendarum lacrimarum peritissimus, quodam uelut uento miserationis impleuit. 4 magna contentio, magni utrimque clamores, aliis cognitionem senatus lege conclusam, aliis liberam solutamque dicentibus, 5 quantumque admisisset reus, tantum uindicandum. nouissime consul designatus Iulius Ferox, uir rectus et sanctus, Mario quidem iudices interim censuit dandos, euocandos autem quibus diceretur innocentium 6 poenas uendidisse. quae sententia non praeualuit modo, sed omnino

---

1 teme o presummo u 2 quo (*in ras.* D) ego **Douxa** quod ego **MVF** 3 acre] aure **F** 4 ulteriora *corr. m*^{2} *ex* ultoriora u audiendi hoc (-i ho- *m*^{2} *in ras.*) u 6 uenerandum **D** desiae **D** timidatis **D** 7 accipiat *corr. m*^{2} *ex* accipiatur **M** accipias **D**

9 ARINIO **D** attinio o Arrinio x arrimo u, *inscr. om. ind.* **B** 10 actum **uxa** acti **FMVDo** *et marg. m*^{2} u ordine illo dignum **oux** ordine quamuis illo enim **D** 11 secesseris *corr. m*^{2} *ex* secessisis, *ut uidetur* **M** insidit **MV** 12 ergo *corr. m*^{1} *ex* ego **F** per *om.* **M** 15 excusantibus **D** proconsule **FMVux** proconsul **Doa** 16 petiit **MVa** petit **FDoux** 18 priscum *corr. m*^{1} *ex* pristum u *post* seuitia *et post* crimina *ras. unius puncti uel litt.* **F** 19 ob] ab u 20 accipisset **MV** 21 actiones **MV** uela uir **MVa** uela uiro **Foux** uel auia **D** 22 peritissimus **MVa** peritissimo **oux** peritissimarum **F** quodam *corr. ex* quondam **x** 23 alius **MV** conditionem **D** 24 sanatus **M** *in* lege *in marg. scholium* repetund · qua iam senatus quaerendum censuerat i consciussam **D** alius **MV** 25 admisisset *corr. m*^{2} *ex* amisisset **ux** amisisset **o** 26 Mario] maior **D** 27 ē· uocandos **M** autem] ante **o**

post tantas dissensiones fuit sola frequens, adnotatumque experimentis, quod fauor et misericordia acres et uehementes primos impetus habent, paulatim consilio et ratione quasi restincta considunt. unde euenit ut 7 quod multi clamore permixto tuentur nemo tacentibus ceteris dicere uelit: patescit enim, cum separaris a turba, contemplatio rerum quae turba teguntur.

Venerunt qui adesse erant iussi, Vitellius Honoratus et Flauius 8 Marcianus. ex quibus Honoratus trecentis milibus exsilium equitis Romani septemque amicorum eius ultimam poenam, Marcianus unius equitis Romani septingentis milibus plura supplicia arguebatur emisse: erat enim fustibus caesus, damnatus in metallum, strangulatus in carcere. sed Honoratum cognitioni senatus mors opportuna subtraxit, Mar- 9 cianus inductus est absente Prisco. itaque Tuccius Cerialis consularis iure senatorio postulauit ut Priscus certior fieret, siue quia miserabiliorem, siue quia inuidiosiorem fore arbitrabatur, si praesens fuisset, siue, quod maxime credo, quia aequissimum erat commune crimen ab utroque defendi, et si dilui non potuisset, in utroque puniri.

Dilata res est in proximum senatum, cuius ipse conspectus augu- 10 stissimus fuit. princeps praesidebat; erat enim consul: ad hoc Ianuarius mensis cum cetera tum praecipue senatorum frequentia celeberrimus: praeterea causae amplitudo auctaque dilatione exspectatio et fama insitumque mortalibus studium magna et inusitata noscendi omnes undique exciuerat. imaginare quae sollicitudo nobis, qui metus, quibus 11 super tanta re in illo coetu praesente Caesare dicendum erat. equidem in senatu non semel egi, quin immo nusquam audiri benignius soleo, tunc me tamen ut noua omnia nouo metu permouebant. obuersabatur 12 praeter illa quae supra dixi causae difficultas: stabat modo consularis, modo septemuir epulonum, iam neutrum. erat igitur perquam onero- 13

1 sola *om.* u adnotatumque **MVDoux** adnotumque **Fa** 2 fauor -uo- *in ras.*) **F** pauor **D** uehementes *corr. m*^{1} *ex* uehementis **V** impetus *corr. ex* impetum **x** 3 quasi (-s- *in ras. litt. m, ut uidetur* **V** 4 promiscuo *corr. m*^{2} *ex* promisco **u** 5 separatis **o** 7 uenerunt *corr. ex* uerunt **x** (erant **i**) uitelius **oa** et — 8 Honoratus *om.* **MVo** 8 martianus *et sic constanter* **Fouxa** romani *corr. ex* romam **u** 9 inimicorum **M** unius *corr. m*^{1} *ex* unus **V** 11 enim cerialis (cerealis **M**) fustibus **MV** fascibus **a** strangulatus *corr. m*^{1} *ex* stragulatus **V** 12 mors] mora **D** 13 introductus **a** tuccius **VD** tuctius **F** ductius **M** tutius **oa** lucius **ux** cerialis **MVD** cerealis **Fouxa** 15 arbritatur **D** 16 sine *om.* **u** 17 delui **F** 18 est res **ux** improximum **F** angustissimus **D** 19 ad hoc **MVa** adhuc **FDoux** 20 mensis *corr. m*^{1} *ex* menses **V** 21 inscitum *Flor. Mor. Auct.* 22 inusitata *corr. m*^{1} *ex* insitata **F** 23 excuderant **o** nouis **D** 24 caetu **Mo** 25 senatum **D** semel] solum **o** audire **D** benignus **u** 26 omnia *bis scriptum postea corr.* **D** premouebant **u** obuersabatur **FVa** obuersabaturque **Doux** obseruabatur **M** 27 dixi *om.* **D** statuat **D** 28 septemuiri **D** era **o** igitur **Fouxa** ergo **MVD**

sum accusare damnatum, quem ut premebat atrocitas criminis, ita quasi peractae damnationis miseratio tuebatur.

14 Vtcumque tamen animum cogitationemque collegi, coepi dicere non minore audientium adsensu quam sollicitudine mea: dixi horis paene quinque. nam duodecim clepsydris, quas spatiosissimas accepe- 5
ram, sunt additae quattuor. adeo illa ipsa quae dura et aduersa dic-
15 turo uidebantur secunda dicenti fuerunt. Caesar quidem tantum mihi studium, tantam etiam curam (nimium est enim dicere sollicitudinem) praestitit, ut libertum meum post me stantem saepius admoneret, uoci laterique consulerem, cum me uehementius putaret intendi, quam gra- 10
16 cilitas mea perpeti posset. respondit mihi pro Marciano Claudius Marcellinus. missus deinde senatus et reuocatus in posterum: neque enim iam inchoari poterat actio, nisi ut noctis interuentu scinderetur.

17 Postero die dixit pro Mario Salvius Liberalis, vir subtilis, dispositus, acer, disertus; in illa uero causa omnes artes suas protulit. respondit 15
Cornelius Tacitus eloquentissime et, quod eximium orationi eius inest,
18 cεμνῶc. dixit pro Mario rursus Fronto Catius insigniter, utque iam locus ille poscebat, plus in precibus temporis quam in defensione consumpsit. huius actionem uespera inclusit, non tamen sic ut abrumperet. itaque in tertium diem probationes exierunt. iam hoc ipsum pulchrum 20
et antiquum, senatum nocte dimitti, triduo uocari, triduo contineri.

19 Cornutus Tertullus, consul designatus, uir egregius et pro ueritate firmissimus, censuit septingenta milia quae acceperat Marius aerario inferenda, Mario urbe Italiaque interdicendum, Marciano hoc amplius Africa. in fine sententiae adiecit, quod ego et Tacitus iniuncta aduo- 25
catione diligenter et fortiter functi essemus, arbitrari senatum ita nos
20 fecisse, ut dignum mandatis partibus fuerit. adsenserunt consules designati, omnes etiam consulares usque ad Pompeium Collegam: ille et septingenta milia aerario inferenda et Marcianum in quinquennium

---

1 itaque si **D** 2 miseratio damnationis **oux** 3 utrumque **u** utrunque **x** collegi ut cepi **ux** 4 consensu **Dx** 5 ·xii· **oua**, ·xii· *del.*, iii *marg. add. (horas scilicet indicans)* **i** XX *Cat.* xxii **p** decem *uulgo* qua **u** quas *corr. ex* qua **x** spaciosissime **Fux** spatiosissime **o** 6 audite **F** 7 mihi tantum **ouxa** 8 curam etiam *corr. ex* etiam curam **D** curam etiam **oux** 10 intendi *corr. statim ex* incendi **o** 11 marcellinus *corr.* m^1 *ex* marcellius **V** *ante* marcellinum *unam litt. del.* **x** 12 et reuocatus *om.* **x** 13 iam] tam **V** actio nisi ut **MV** actionis ut **D** actio (accio **F**) nisi **Fouxa** 14 die *om.* **a** 15 sacer **F** illa] ipsa **Doux** omnis **D** 16 eius **MVDoux**, *om.* **Fai** 17 cεμνῶc **VDxa** *et* m^2 *in lac.* **o** cεμνος **FM**, *om. in lac.* **u** frontexatius **o** 21 dimitti **Fouxa** dirimi **MD** *et* m^1 *marg.* **o** dirimit **V**: *cf.* § 16; IV. 9. 9; *Cic. Att. I. 14. 5* reuocari **Do** 22 tertulus **V** pro *om.* **F** 23 censuit *corr. ex* censunt **V** ce *post* censuit *repetitum del.* **x** acciperat **M** Martius *corr.* m^2 *ex* Marius **x** 24 Martio **x** 25 tatitus **V** 26 et fortiter **FMVD** fortiterque **ouxa** 27 adsenserit **D** consules ·L· usque ad (*marg. add.* m^2 L· designati omnes etiam consulares) **o** 29 milla **M** millia quae acceperat Marius aerario **a**

relegandum, Marium repetundarum poenae, quam iam passus esset, censuit relinquendum. erant in utraque sententia multi, fortasse etiam plures in hac uel solutiore uel molliore. nam quidam ex illis quoque qui Cornuto uidebantur adsensi hunc, qui post ipsos censuerat, sequebantur. sed cum fieret discessio, qui sellis consulum adstiterant in Cornuti sententiam ire coeperunt. tum illi qui se Collegae adnumerari patiebantur in diuersum transierunt, Collega cum paucis relictus. multum postea de impulsoribus suis, praecipue de Regulo, questus est, qui se in sententia quam ipse dictauerat deseruisset. est alioqui Regulo tam mobile ingenium, ut plurimum audeat, plurimum timeat. 21 22

Hic finis cognitionis amplissimae. superest tamen λιτούργιον non leue, Hostilius Firminus, legatus Mari Prisci, qui permixtus causae grauiter uehementerque uexatus est. nam et rationibus Marciani et sermone, quem ille habuerat in ordine Leptitanorum, operam suam Prisco ad turpissimum ministerium commodasse stipulatusque de Marciano quinquaginta milia denariorum probabatur, ipse praeterea accepisse sestertia decem milia, foedissimo quidem titulo, nomine unguentarii, qui titulus a uita hominis compti semper et pumicati non abhorrebat. placuit censente Cornuto referri de eo proximo senatu: tunc enim, casu an conscientia, afuerat. 23 24

Habes res urbanas; in uicem rusticas scribe. quid arbusculae tuae, quid uineae, quid segetes agunt, quid oues delicatissimae? in summa, nisi aeque longam epistulam reddis, non est quod postea nisi breuissimam exspectes. uale. 25

---

1 repetumdarum **M** 2 consuit **D** in *om.* **D** 3 solutiore *corr. fortasse* m^1 *ex* solutione **ux** meliore **o** quidam (-a- *in ras.*) **u** 4 adsensi — sequebantur *om.* **u** 5 dissensio **oux** astiterant **oxa** 6 ceperunt **x** qui *om.* **D** annuari **u** appellari **o** 8 de *priore loco*] dedit **Dop** 9 alioqui **MVDa** alioquin **Foux** 10 tam (*corr. ex* tamen **x**) mobile ingenium regulo **oux** 11 cogitationis **V** ΛΙΤΟΥΡΓΙΟΝ **F** ΜΤΙΟΥΡΤΙΟΝ **MV** λητούργιον **x** λειτούργιον **Da** *et* m^2 *in lac.* **o**, *om. in lac.* **u**, *in* λειτούργιον *scholium marg. add. sed postea del.* **i**: *cf. Classical Review XVII (1903), p. 53* 12 Firmius **xa** firminius **u** marii **Fouxa** permistus **u** 13 Martiani *corr.* m^1 *ex* Martiam **u** *ante* Martiani *litt.* **e** *del.* **x** 14 sermone quem ille **Doa** sermoni quem *uel* quom **x**) ille **Fux** sermone quae (sermoneque **V**) mille **MV** lepcitanorum **MV** 16 quin quinquaginta **D** proba tur *(fin. uers. diuisum)* **M** probatur **Do** 17 sextertia **ux** sestertium *Mommsen: cf. adnot. in editione mea epistularum select., p. 239* decim **MV** unguentari **V** ungentarii **F** ungentari **D** *scholium marg. eras.* **i** 18 qui] quin **D** semper et semper m^1 *in ras. uerbi* et **o** punicati **D** 19 censere **o** 20 casu an **MVDa** casu incertum an **Foux** abfuerat **Fa** afuerat **u** affuerat **ox** 21 arbustule **u** 22 segetes *corr. ex* segestes **F** agant *uulgo* delicatissimae (-elica- m^1 *in ras.*) **o** deligatissimae **M** summam **MV** 23 reddes *uulgo* 24 exceptes **V**

12.

C. PLINIVS ARRIANO SVO S.

1 Λιτούργιον illud, quod superesse Mari Prisci causae proxime scrip-
2 seram, nescio an satis, circumcisum tamen et abrasum est. Firminus inductus in senatum respondit crimini noto. secutae sunt diuersae sententiae consulum designatorum: Cornutus Tertullus censuit ordine mouendum, Acutius Nerua in sortitione prouinciae rationem eius non habendam. quae sententia tamquam mitior uicit, cum sit alioqui durior
3 tristiorque. quid enim miserius, quam exsectum et exemptum honoribus senatoriis labore et molestia non carere? quid grauius, quam tanta ignominia adfectum non in solitudine latere, sed in hac altissima spe-
4 cula conspiciendum se monstrandumque praebere? praeterea quid publice minus aut congruens aut decorum, notatum a senatu in senatu sedere ipsisque illis a quibus sit notatus aequari, summotum a proconsulatu, quia se in legatione turpiter gesserat, de proconsulibus iudicare,
5 damnatumque sordium uel damnare alios uel absolvere! sed hoc pluribus uisum est. numerantur enim sententiae, non ponderantur; nec aliud in publico consilio potest fieri, in quo nihil est tam inaequale quam aequalitas ipsa. nam cum sit impar prudentia, par omnium ius est.

6 Impleui promissum priorisque epistulae fidem exsolui, quam ex spatio temporis iam recepisse te colligo: nam et festinanti et diligenti
7 tabellario dedi; nisi quid impedimenti in uia passus est. tuae nunc partes, ut primum illam, deinde hanc remunereris litteris, quales istinc redire uberrimae possunt. uale.

---

2 ARRIANO **MVa** Adarrianum *ind.* **B** ITEM AD EVNDEM *(adnotat. marg. eras.)* **F** eidem attinio (Arrinio **x** Arrimo **u**) **oux** ARRIO **D** 3 ΛΙΤΟΥΓΙΟΝ **F** ΛΙΤΟΥΡΓΙΟΝ **MV** ΔΙΗΟΥΡΓΙΟΝ *ind.* **B** λειτούργιον **Da** ειτούργιον *(spatio miniatori relicto)* m^2 *in lac.* **o** Λιτούργιον **x**, *om. in lac.* **u** mari **VD** marii **Fouxa** mali **M** causa **D** 4 abrasum **Fux** adrasum **MVDoa** *et fortasse* m^2 **i**: *cf. Pan. 37,2* firmus **ux** 6 tertullius **D** 7 sortione **ux** sortitionem **D** pronuntie non habendam rationem eius **ux** *in* prouinciae *scholium marg.* qua scilicet uiri senatorii ad regendas prouincias mittebantur *add.* **i** 8 alioquin *(sic semper fere* **F**, *non posthac adnot.)* **Fox** 9 exsectum **F** exectum *rell.* exactum *Cat.* exutum *P. Faber* 10 labor et **V** modestia **o** care **D** carere quid gra- *in ras.* **u** 12 praebere *post lacunam inde a 38. 22 incipit* **B** praeterea] denique **x** sublice **M** publiceque **D** 13 manus **u** notatum **MVDa** notandum **BFoux** quam notatum *Sichardus et edd.: cf. Tac. Ann. II. 77. 1, Aetna* 253 sq., *et Classical Philology IV. 202* in senatum **u** 14 ipsisque illis **BMVDa** ipsisque *(in fine pag.)* illisque ipsis **F** illisque ipsis **oux** aequari summotum **BFa** aequari et summotum **MVDoux** 15 proconsulibus *corr.* m^2 *ex* proconsulis **B** 16 sed hoc *om.* **BF** 18 in publico consilio potest fieri **BMVDa** *et Flor. Mor. Auct.* in publico consilio fieri potest **F** in consilio publico fieri potest **oux** in *om.* m^1, *add. supra* m^2 **B** inaequales **B** 21 priorique **M** 22 recipisse **V** te *om.* **D** nam festinanti **oux** 23 impedimenti *(ante* -men- *ras. unius litt.)* **B** 24 partis **F** remuneres **Doux** istin crederę **M** 25 uale *om.* **V**

13.

C. PLINIVS PRISCO SVO S.

Et tu occasiones obligandi me auidissime amplecteris, et ego ne- 1
mini libentius debeo. duabus ergo de causis a te potissimum petere 2
constitui, quod impetratum maxime cupio. regis exercitum amplissi-
mum; hinc tibi beneficiorum larga materia: longum praeterea tempus,
quo amicos tuos exornare potuisti. conuertere ad nostros, nec hos
multos. malles tu quidem multos; sed meae uerecundiae sufficit unus 3
aut alter, ac potius unus.

Is erit Voconius Romanus. pater ei in equestri gradu clarus, clarior 4
uitricus, immo pater alius (nam huic quoque nomini pietate successit),
mater e primis. ipse citerioris Hispaniae (scis quod iudicium prouin-
ciae illius, quanta sit grauitas) flamen proxime fuit. hunc ego, cum 5
simul studeremus, arte familiariterque dilexi: ille meus in urbe, ille in
secessu contubernalis, cum hoc seria, cum hoc iocos miscui. quid enim 6
illo aut fidelius amico aut sodale iucundius? mira in sermone, mira
etiam in ore ipso uultuque suauitas. ad hoc ingenium excelsum, sub- 7
tile, dulce, facile, eruditum in causis agendis: epistulas quidem scribit,
ut Musas ipsas Latine loqui credas. amatur a me plurimum nec tamen 8
uincitur. equidem iuuenis statim iuueni quantum potui per aetatem
auidissime contuli et nuper ab optimo principe trium liberorum ius
impetraui, quod quamquam parce et cum delectu daret, mihi tamen,
tamquam eligeret, indulsit. haec beneficia mea tueri nullo modo melius 9
quam ut augeam, possum, praesertim cum ipse illa tam grate interpre-
tetur, ut, dum priora accipit, posteriora mereatur.

---

2 Ad priscum *ind.* **B** 3 At (*miniatoris culpa: marg. adscriptum est* e) **F** auidisseme **M** 5 imperatum **V** petere constitui *post* amplissimum *repetitum del.* **x** 7 conuertere *codd. omn.* conuerte te *Sichardus et edd. plures* nec hos **BMVDa** nec hos quidem **Foux** 8 malles *corr. m*^{1} *ex* males **B** males *Heusinger* 9 aut *corr. ex* ad **B** aut (-t *in ras.*) **u** ac potius **MVDouxa** ad potius **B** aut potius **F** 10 is] his **F** Veconius **u** ei **MV** *et, ut uidetur, m*^{1} **D** plinii (plini **B**) **BFouxa** *et in ras. m*^{2} **D** 11 uictricus **Fux** alius] alter i^2 huic quoque nomini pietate successit **MVD** huius quoque nomine et pietati pietate **a** successit **BFa** huic quom nomini pietati successit **o** huic quoque non pietate successit **ux** 12 primis ipse citerioris (cit- *corr. ex* cet- **B** -res **u**) **BFVDouxa** primis citerioris **M** hispania & scis **B** hispanię et scis **F** iudium **M** prouinciae -ci- *corr. ex* -a- **B**, -ci- *in ras.* **V** **BV** prouinciae iudicium **ox** prouincie iuditium **u** 13 illius scis quanta **Duxa** grauitas ipse flamen *Cat.*^{2} *et edd. multi, qui et n. 12 supra* ipse *om., et uerba* citerioris *usque ad* grauitas *cum* mater e primis *coniungunt: cf. VI. 26. 1* 14 arete **oux** artem **M** in secesse **F** incessu **M** 16 illo aut **MVD** aut illo (illo *corr. m*^{1} *ex* illos **B** **BFouxa** fidelius *corr. m*^{2} *ex* fidelis **M** *post* sermone *ras. unius uel duar. litt.* **F** 17 ore] sermone **ux** uultuque *om* **ux** excelsum] excussum **Dou** excultum **x** suptile (-t- *in ras litt.* -p-, *ut uidetur* **B**) **BF** 19 amaturiame **M** 20 stat *post* iuueni *repet. del.* **x** satim inueni **D** statim *om.* **MV** potui *om.* **M** 21 liberorum ei ius **a** librorum ius **o** 22 imperaui **u** dilectu **MVD** 23 eligeret **BFDouxa** liceret **MV** 24 ut] aut **M** *post* augeam *ras. sex fere litt.* **B** ipse *om.* **D** interpraetetur *corr. ex* intepraetetur **M**) **MV** interpretetur (-et- *altero loco m*^{2} *in ras*) **u** interpretur **x**

10 Habes qualis, quam probatus carusque sit nobis, quem rogo pro ingenio, pro fortuna tua exornes. in primis ama hominem: nam licet tribuas ei quantum amplissimum potes, nihil tamen amplius potes amicitia tua; cuius esse eum usque ad intimam familiaritatem capacem quo magis scires, breuiter tibi studia, mores, omnem denique uitam 5
11 eius expressi. extenderem preces, nisi et tu rogari diu nolles, et ego tota hoc epistula fecissem: rogat enim, et quidem efficacissime, qui reddit causas rogandi. uale.

14.

C. PLINIVS MAXIMO SVO S. 10

1 Verum opinaris: distringor centumuiralibus causis, quae me exercent magis quam delectant. sunt enim pleraeque paruae et exiles: raro
2 incidit uel personarum claritate uel negotii magnitudine insignis. ad hoc perpauci cum quibus iuuat dicere: ceteri audaces atque etiam magna ex parte adulescentuli obscuri ad declamandum huc transierunt, 15 tam inreuerenter et temere, ut mihi Atilius noster expresse dixisse uideatur sic in foro pueros a centumuiralibus causis auspicari, ut ab Homero in scholis. nam hic quoque, ut illic, primum coepit esse quod
3 maximum est. at hercule ante memoriam meam (ita maiores natu solent dicere) ne nobilissimis quidem adulescentulis locus erat nisi aliquo con- 20 sulari producente: tanta ueneratione pulcherrimum opus colebatur.
4 nunc refractis pudoris et reuerentiae claustris omnia patent omnibus, nec inducuntur, sed inrumpunt.

Secuntur auditores actoribus similes, conducti et redempti: manceps conuenitur: in media basilica tam palam sportulae quam in tri- 25

---

1 qualis (-i- m^2 *in ras.*) u pro genio **D** 2 exhornes tua **oux** hominem *corr. ex* homines **B** nam **MVDoua** ama **BFx** 3 potes **MVDouxa** potest **BF** nihil tamen amplius potes *om.* **MVD** amplius potes (potes *corr. ex* potest **B**) **Ba** amplius potest **Fo** potest amplius **ux** 4 ad **MVDoux** in **BFa** 5 uita **V** omnem (-que *post* omnem *del.* u) eius denique uitam **ux** 6 *post* diu *ras. unius ductus* **B** nolles *corr. ex* noles **B** noles **o** uoles **u** *post* nolles *ras. quinque uel sex litt.* **B** 7 tota hac **xa** hoc tota **D** 8 causas *in ras.* **B** 10 Admaximum *ind.* **B** 11 destringor **MV** causis *corr. ex* caus · **F** me] nunc **u** 12 exilis **M** ex illis **V** 13 claritate *corr. ex* claritatem **B** 14 perpauci **Fouxa** in pauci **B** pauci **MVD** iuuat **BFouxa** iuuet **MVD** etia **u** 15 adulescentuli *corr. ex* adulescentule **B** a declamando *Gronov.* transierunt **BFMVD** transeunt **ouxa** 16 atilius noster ut mihi **D** attilius **Fux** noster] nrt **B** 17 puerosa centuiralibus **o** centuuiralibus **u** causi **M** 18 inscolis **F** incholis **B** illic] ille **o** cepit **x** 19 *ante* at *ras. litt.* N **B** ita *om.* **oux** solebant *Ber.* maiores natu ita solebant **a** 20 quidem *om.* **ux** adulescentulis **BFoux** adulescentibus **MVDa** 21 celebrabatur **a** celebratur (*marg.* m^2 al' colebatur) **u** 22 potent **D** 23 inducuntur **BFouxa** ducuntur **MV** inciduntur **D** 24 auctoribus **BF** conducti et redempti manceps conuenitur in media basilica tam **MVD** conducti et redempti conuenitur in media basilica tam **B** conuenitur a conductis et redemptis in media basilica tam **F** conducti et redempti mancipes conuenitur a conductis et redemptis in media basilica tam (ubi tam **a**) **ouxa** 25 interclinio **u**

clinio dantur: ex iudicio in iudicium pari mercede transitur. inde iam non inurbane Coφοκλεῖc uocantur [ἀπὸ τοῦ coφῶc καὶ καλεῖcθαι]: isdem Latinum nomen impositum est Laudiceni. et tamen crescit in dies foeditas utraque lingua notata. heri duo nomenclatores mei (habent sane aetatem eorum qui nuper togas sumpserunt) ternis denariis ad laudandum trahebantur. tanti constat ut sis disertissimus. hoc pretio quamlibet numerosa subsellia implentur, hoc ingens corona colligitur, hoc infiniti clamores commouentur, cum mesochorus dedit signum. opus est enim signo apud non intellegentes, ne audientes quidem: nam plerique non audiunt, nec ulli magis laudant. si quando transibis per basilicam et uoles scire quo modo quisque dicat, nihil est quod tribunal ascendas, nihil quod praebeas aurem; facilis diuinatio: scito eum pessime dicere, qui laudabitur maxime. 6 7 8 9

Primus hunc audiendi morem induxit Larcius Licinus, hactenus tamen ut auditores corrogaret: ita certe ex Quintiliano, praeceptore meo, audisse memini. narrabat ille 'adsectabar Domitium Afrum. cum apud centumuiros diceret grauiter et lente (hoc enim illi actionis genus erat), audit ex proximo immodicum insolitumque clamorem. admiratus reticuit. ubi silentium factum est, repetit quod abruperat. iterum clamor, iterum reticuit, et post silentium coepit. idem tertio. nouissime quis diceret quaesiit: responsum est 'Licinus'. tum intermissa causa 'centumuiri' inquit, 'hoc artificium periit'.' quod alioqui perire incipiebat, cum perisse Afro uideretur, nunc uero prope fun- 10 11 12

2 COΦOKAEIC **M** ΑΠΟΤΟΥCΟΦΩC (-ΦOC- **a**) ΚΑΙ (ΚΛΙ **F**) ΚΑΛ- (ΚΑΑ- **B**) ΕΙCΘΑΙ (-ΘΛΙ **F**) **BFa** ΑΠΟΤΟΥCΟΦΟCΚΑΙΚΛΕΙCΘΑΙ **V** ΑΤCΟΤΟΥCΟΦΩCC ΚΑΙΚΛΕΙCΘΑΙ **M** σοφοκλῆς (-εῖc **x**) ἀπὸ τοῦ σοφὸς (-φῶc **x**) καὶ τοῦ *add.* **o** καλεῖσθαι uocantur **D** *et m*^{2} *in lac.* **ox**, *om. in lac.* **u** iisdem **a** idem **oux** 3 laudiceni **BFo** laudicoeni **ai** laudicem **ux** laodiceni **MV** in dies crescit **D** feditas **Bx** 4 heri **BFoxai** Neri **u** here **MV** heri *corr. ex* herb **D** nomendatores *ut uidetur* **M** momendatores **u** nomenculatores **D** 5 sumpserunt **BFouxa** sumpserint **MVD** 6 trahebantur *corr. m*^{1} *ex* -batur **B** ut sis disertissimus diss- **F** des- **MV**) **BFMVuxa** ut diserti simus **o** ut si disertissimus **D** q; libet **D** quam **x** 7 impleatur **o** ingenii **D** 8 clamores *corr. ex* clamoris **B** Meschorus **u** mesechorus **o** μεσόχορος *Cat.* **a** mesochoros **i** mesthorum **x** sigium **B** dedit hoc signum **oux** 9 nec **M** plerique *corr. ex* plerisque **u** 11 uoles *corr. m*^{2} *ex* uolel **u** tribunal *corr. m*^{2} *ex* tribunas **u** 12 ascendis **o** quod tu praebeas **x** aure **o** eum *corr. m*^{1} *ex* enim, *ut uidetur* **u** 13 qui prae ceteris laudabitur maxime **ouxpr** 14 larcius **BFua** largius **MVDox** licinus **MV** licinius **BFDouxa** 15 ut] ait **V** corrogaret *corr. m*^{1} *ex* corrigaret **V** quintilliano **BF** 16 audisse me memini **D** narrabat autem ille **Doux** adsectabar **BFDouxa** adfectabat **MV** domicium **F** cum apud centumuiros diceret grauiter **BFDouxa** cum aut centum grauiter **M** cum agentem grauiter **V** 17 et lente] edente **D** enim *om.* **oux** 18 audiit **a** ex] et **V** ex proximo **i** immodic insolitumque **BF** 19 retituit **V** ubi — 20 silentium *om.* **x** ubi sibi silentium **BF** abrumpat **u** abruperat *corr. m*^{1} *ex* abrumperat **V** 21 quaesiit **Bo** quesiit **Fux** quaesit **D** quaesiuit **MVa** licinus **MVD** Licinius **a** licentius **BFoux** tum (-um *in ras.*) **F** 22 centumuirali **ux** dixit *add. m*^{2} al' inquit **x** periit *Cat.* **a** *et corr. m*^{1} *ex* perit **x** perit **BFMVDou**

ditus exstinctum et eversum est. pudet referre quae quam fracta pro-
13 nuntiatione dicantur, quibus quam teneris clamoribus excipiantur. plausus tantum ac potius sola cymbala et tympana illis canticis desunt: ululatus quidem (neque enim alio vocabulo potest exprimi theatris
14 quoque indecora laudatio) large supersunt. nos tamen adhuc et utilitas amicorum et ratio aetatis moratur ac retinet. veremur enim ne forte non has indignitates reliquisse, sed laborem fugisse uideamur. sumus tamen solito rariores, quod initium est gradatim desinendi. uale.

15.

C. PLINIVS VALERIANO SVO S.

1 Quo modo te ueteres Marsi tui? quo modo emptio noua? placent agri, postquam tui facti sunt? rarum id quidem: nihil enim aeque gra-
2 tum est adeptis quam concupiscentibus. me praedia materna parum commode tractant, delectant tamen ut materna; et alioqui longa patientia occallui. habent hunc finem adsiduae querellae, quod queri pudet. uale.

16.

C. PLINIVS ANNIANO SVO S.

1 Tu quidem pro cetera tua diligentia admones me codicillos Aciliani, qui me ex parte instituit heredem, pro non scriptis habendos, quia non
2 sint confirmati testamento. quod ius ne mihi quidem ignotum est, cum sit iis etiam notum, qui nihil aliud sciunt. sed ego propriam quandam legem mihi dixi, ut defunctorum uoluntates, etiam si iure deficerentur, quasi perfectas tuerer. constat autem codicillos istos Aciliani manu scri-
3 ptos. licet ergo non sint confirmati testamento, a me tamen ut con-

2 teneris] taetris *Mommsen* plansus u 3 potius *om.* oux cymbrala **M** 4 ululatu **MV** nec ou neque — 5 laudatio *om.* x 5 indecora quoque **F** 6 ac] et o 7 his **D** refugisse *Sichardus* uideamur *corr. m*^{2} *uel m*^{3} *ex* uideatur **M** uereamur (*marg. m*^{2} al' uideamur) u 8 quod *corr. m*^{1} *ex* quos u solito (*corr. ex* solitu **B**) rariores **BFouxa** solito maiores **MV** solitariores **D**

10 VALERIANO **MVDoux** VALERIO **BFa** Adualerinm *ind.* **B** 11 quo modo *poster. loco*] quō x nona o 12 rarum] parum **V** 13 ademptis **M** 14 trăctant **D** et *om.* ouxa 15 occallui **MVDa** hoc allui **B** hoc alui **F** occalui aliis oux habes **Do** quod queri pudet *om.* **D**

18 ANNIANO (aniano o) **MVDoux** ANNIO (*corr. m*^{1} *ex* ANNO **B**) **BF** *Cat.* a Ad annium *ind.* **B** 19 *post* tua *spatium trium fere litt., fortasse ras.* **B** ammones **F** adomnes u ad omnis x codicellos **F** Aciliani *Cat.* a acilliani **BFM** atiliani o atilliani **D** attiliani ux acillam (acili- *autem incepto*) **V** 20 instuit *(fin. uers.)* **V** 21 sunt **MVD** ne mihi (-e m- *m*^{1} *in ras.*) **B** 22 iis **BFxa** his **MVDou** notum *corr. m*^{1} *ex* natum **B** ego *om.* x propriam **BFDouxa** proximam **MV** 23 dixi (-xi *m*^{1} *in ras.*) **F** iure deficerentur (de- *corr. m*^{1} *ex* di- o) **BMVDoa** iure deficerent **Fux** iura deficerent *Sichardus* 24 tuerer] uerer **M** (*a* sciunt *usque ad* uerer *noua manus incuriosa in* **M**) codicellos **F** aciliani **BM** *Cat.* a acilliani **F** atilliani **D** atiliani oux acillani **V** manus scriptos **M** 25 ame *corr. ex* amo x ut *om.* **D**

firmati obseruabuntur, praesertim cum delatori locus non sit. nam si 4
uerendum esset ne quod ego dedissem populus eriperet, cunctantior
fortasse et cautior esse deberem. cum uero liceat heredi donare quod
in hereditate subsedit, nihil est quod obstet: illi meae legi publicae
leges non repugnant. uale.

17.

C. PLINIVS GALLO SVO S.

Miraris cur me Laurentinum uel, si ita mauis, Laurens meum tanto 1
opere delectet: desines mirari, cum cognoueris gratiam uillae, oppor-
tunitatem loci, litoris spatium. decem septem milibus passuum ab urbe 2
secessit, ut peractis quae agenda fuerint saluo iam et composito die
possis ibi manere. aditur non una uia: nam et Laurentina et Ostiensis
eodem ferunt, sed Laurentina a quarto decimo lapide, Ostiensis ab un-
decimo relinquenda est. utrimque excipit iter aliqua ex parte hareno-
sum, iunctis paulo grauius et longius, aequo breue et molle. uaria hinc 3
atque inde facies: nam modo occurrentibus siluis uia coartatur, modo
latissimis pratis diffunditur et patescit; multi greges ouium, multa ibi
equorum, boum armenta, quae montibus hieme depulsa herbis et te-
pore uerno nitescunt.

Villa usibus capax, non sumptuosa tutela. cuius in prima parte 4
atrium frugi nec tamen sordidum; deinde porticus in D litterae simili-
tudinem circumactae, quibus paruula, sed festiua area includitur. egre-
gium hae aduersus tempestates receptaculum; nam specularibus ac
multo magis imminentibus tectis muniuntur. est contra medias cauae- 5

---

1 si *corr. m²* *ex* se **M** 2 cunctantior **MVD** cunctatior **BFouxa** 3 fortasse *corr. ex* fortasset **B** uere *corr. ex* uero, *uel* uero *ex* uere **B** 4 subsidit **D** est *om.* **oux** obstet] discet u distet x legi publicae **BF** legi cui publicae **MVDouxa** publica *corr. ex* publicae **B** 5 uale *om.* **D**

7 CALLO **B** Adgallum *ind* **B** 8 magis laurens u mauisi aurens **M** tantopere **Voua** 9 desines (-sin- *in ras.*) **B** desinens **VD** 10 litteris spatium **F** litorispatium **V** decemseptem **Bu** decim septim **MV** decem et septem **FDoxa** millibus **oa** passum **BF** 11 secessit **BFMVDoua** recessit x: *cf. V. 6. 2* salua **M** soluto *uel* absoluto *Buchner* iam et] etiam ux 12 laurentina *corr. ex* laurentinum, *ut uidetur* **B**, *corr. m²* *ex* laurentiana **M** et 13 Laurentina *om.* **MV** hostiensis ux 13 fuerunt **BD** sed *corr. ex* set **B** xiii u ostiensis *corr. ex* ostensis **B** hostiensis ux a x 14 relinquenda *corr. m²* *ex* reliquenda **B** utrumque **D** utramque *Kortte* aliqua] aqua **D** arenosum **Boxa** 15 iunctis **a** aequo **M** uaria] grata **D** 16 siluis *corr. ex* sillus **B** 17 pratis (-ra- *in ras.*) **B** ouium (-u- *priore loco m² in ras.*) **B** ibi *om* **D** 18 equorum boum **BMV** equorum bouium **D** equorum boumque **Foa** boum equorumque ux hieme *corr. m²* *ex* ieme **B** tepore **BFVa** tempore **MDoux**: *cf. autem V. 6. 4* 20 Villansibus u tutella **MV** 21 in (D litterae **F** in delitterae (-e *ultimo loco in ras.*) **B** inde litterae **MVD** in (O litterae literae a) ouxa similitudine **ou** 22 paruola **MVD** egregium hae he **F** *e* **B** haec a) aduersum (aduersus **D**) **BFDa** egregium aduersum o egregium aduersus **MVux** 23 specularibus **MVDa** speculatoribus **BFoux** ac] et ux 24 caeidum *a.id. supra manus minuatoris* al' cauedium) o caeidum u caeidum *corr. ex* caeidum, *quod in uicem corr. ex* canedum x

dium hilare, mox triclinium satis pulchrum, quod in litus excurrit, ac si quando Africo mare impulsum est, fractis iam et nouissimis fluctibus leuiter adluitur. undique ualuas aut fenestras non minores ualuis habet atque a lateribus, a fronte quasi tria maria prospectat; a tergo cauaedium, porticum, aream, porticum rursus, mox atrium, siluas et longinquos respicit montes.

6 Huius a laeua retractius paulo cubiculum est amplum, deinde aliud minus, quod altera fenestra admittit orientem, occidentem altera retinet, 7 hac et subiacens mare longius quidem, sed securius intuetur. huius cubiculi et triclinii illius obiectu includitur angulus, qui purissimum solem continet et accendit. hoc hibernaculum, hoc etiam gymnasium meorum est: ibi omnes silent uenti exceptis qui nubilum inducunt et 8 serenum ante quam usum loci eripiunt. adnectitur angulo cubiculum in hapsida curuatum, quod ambitum solis fenestris omnibus sequitur. parieti eius in bibliothecae speciem armarium insertum est, quod non 9 legendos libros, sed lectitandos capit. adhaeret dormitorium membrum transitu interiacente, qui suspensus et tubulatus conceptum uaporem salubri temperamento huc illuc digerit et ministrat. reliqua pars lateris huius seruorum libertorumque usibus detinetur, plerisque tam mundis, ut accipere hospites possint.

10 Ex alio latere cubiculum est politissimum; deinde uel cubiculum grande uel modica cenatio, quae plurimo sole, plurimo mari lucet; post hanc cubiculum cum procoetone, altitudine aestiuum, munimentis hi-

---

1 tricilinum **D** 2 affrico mari **F** affrico mare **o** fractis iam et **BFouxa** fractis simul et **MV** etiam fractis et **D** 3 adluitur (-luitu- m^1 *in ras.*) **u** aut] atque **oux** 4 atque a **BFa** atque (adque *ut plerumque* **M**) ita a **MVDoux** a lateribus *corr. ex* alteribus **B** a fronte **MVDouxa** fronte **BF** tria *om.* **MV** prospectatatergo *corr.* m^2 *ex* prospectataergo **M** prospectat ergo **D** cauendum **BF** canendium **ux** canedium **o** 6 prospicit *coni. Keil* montis **ou** montes *corr. ex* montis **x** 7 leua *corr.* m^2 *ex* lena **u** paulo cubiculum (-o cu- m^1 *in ras.*) **u** cubiculum *corr. ex* cubilulum **B** cupiculum **M** 8 adimit **o** 9 hac **MVD** haec **BFouxa**: *cf. §§ 5, 12, 20* 10 illius triclinii **oux** includitur *corr. ex* induditur **u** plurissimum **D** plurimum *Mommsen* 11 hibernaculum hoc *om.* m^1, *add. marg.* m^2 **M** gymnasium **B** gimnasium **u** 12 meorum est] eorum **D** nubulum **u** 14 hapsida **MVu** apsida **a** haspida **BF** aspida **ox**, *om.* **D** 15 bybliothecae **MVD** armorum **D** 16 letitandos **F** dormitiorum **BF** menbrum **F** et *post* membrum *del.* **i** 17 transitu *corr.* m^2 *ex* transito, *ut uidetur* **B** et transitu **oux** qui suspensus et subulatus **BF** qui suspensus et turbulatus **D** qui suspensus et tabulatus *Cat.* **ai** qui suspensus et sublatus **ux** qui suspensus sublatus **o** quod suspensum et tubulatum **MV** qui suspensus sublicis *Sichardus* conceptus **D** 18 huc illuc **BMVDa** huc illucque (-eque m^1 *in ras. litt.* -d, *ut uidetur* **u**) **Foux** 20 ut *corr. ex* ait **V** accipere *corr.* m^2 *ex* acciper **M** excipere **ux** 21 ex **MVDouxa** et ex **BF** latere *corr. ex* laterae **M** pollitissimum **BF** potissimum **MV** 22 grande — 23 cubiculum *om.* **D** sole plurimo *om.* **MV** mari *nota r. in contextu et in marg. signauit* **i** lucet] lucrum **u** 23 cum procoetone **F** cum proceriore (*corr.* m^2 *ex* proc . . . . . **D**) **Dux** proceriore **oux** estiuum (-s- m^1 *in ras.*) **u** munimento **o** monumento **u** monumentis **x**

bernum: est enim subductum omnibus uentis. huic cubiculo aliud et procoeton communi pariete iunguntur. inde balinei cella frigidaria spa- 11
tiosa et effusa, cuius in contrariis parietibus duo baptisteria uelut ciecta sinuantur, abunde capacia, si mare in proximo cogites. adiacet unctorium, hypocauston, adiacet propnigeon balinei, mox duae cellae magis elegantes quam sumptuosae: cohaeret calida piscina mirifica, ex qua natantes mare adspiciunt; nec procul sphaeristerium, quod calidissimo 12
soli inclinato iam die occurrit. hic turris erigitur, sub qua diaetae duae, totidem in ipsa, praeterea cenatio, quae latissimum mare, longissimum litus, amoenissimas uillas prospicit. est et alia turris: in hac cubiculum, 13
in quo sol nascitur conditurque: lata post apotheca et horreum: sub hoc triclinium, quod turbati maris non nisi fragorem et sonum patitur, eumque iam languidum ac desinentem; hortum et gestationem uidet, qua hortus includitur.

Gestatio buxo aut rore marino, ubi deficit buxus, ambitur: nam 14
buxus, qua parte defenditur tectis, abunde uiret; aperto caelo apertoque uento et quamquam longinqua aspergine maris inarescit. adiacet ge- 15
stationi interiore circuitu uinea tenera et umbrosa nudisque etiam pedibus mollis et cedens. hortum morus et ficus frequens uestit, quarum arborum illa uel maxime ferax terra est, malignior ceteris. hac non deteriore quam maris facie cenatio remota a mari fruitur: cingitur diaetis duabus a tergo, quarum fenestris subiacet uestibulum uillae et hortus alius pinguis et rusticus.

Hinc cryptoporticus prope publici operis extenditur. utrimque fe- 16

1 uentis *om.* **BF** cubiculum **D** 2 procoeton **F** procoetois **MV** proceriori (*corr. m*^{2} *ex* proc . . . . . **D**) **Doux** balinei (*corr. ex* ab alieni **B**) **BFDoua** balnei **MVx** 3 effusa cuius (-usa c- *m*^{1} *in ras.*) **u** duobus aptisteria **D** obiecta **ux** 4 sumantur **o** si mare **MVD** sin mare **BFoux** si innare **a** si nare (*at.* ni (*uel* nisi) mare *Klussman* unctorium hypocauston **BFa** unctuarium (-uariu- *m*^{2} *in ras.* **u**) hipocaustum (hy- **Dx** -ton **D**) **Doux** unctaria immo hypocauston **V** unctaria · IMMOHYPO | causton **M** 5 propnigeon **BFDouxa** pronigeon **V** pronigaeon **M** balnei **ox** ualieni **D** 6 elegantes *corr. ex* eligantes **B**, *corr. m*^{2} *fortasse ex* degentes **u** calida *corr. m*^{1} *ex* callida **o** mirifica **MVD** mirifice **BFouxa** ex qua *corr. ex* ex aqua **x** 7 spheristerion *corr. m*^{2} *ex* phex) **ox** pheristerium (*subp. m*^{2}) **B** pheristeriom **F** pheristerion **u** 8 hec **u** hic *corr. m*^{2} *ex* hec **x** hic dies erigitur turris **D** diaetae] zetae **Doux** 9 latissimum **BFDouxa** laetissimum **MV** 10 amoenissimas uillas **BFouxa** uillas amoenissimas **MVD** prospicit **BFouxa** possidet **MVDr** *nota . in contextu et in marg. signauit* **i** 11 apothecethorreum **V** apotheca et horreum **o** 13 cumque **oux** ac **BFDouxa** et **MV** hortum *om.* **o** 14 qua *corr. ex* quia **V** 15 gestio **V** defigit **V** buxu **MV** buxo (bux- *in ras.*) **u** 16 qua *corr. ex* quia **B** 17 aspergine **V** aspergine *corr. m*^{2} *ex* asperigine **M** 18 circuitu **BFouxa** circumitu **MV** circum mitu **D** uinca **a** uia *Kukula* et | & umbrosis (*fin. et init. pag.*) **a** 19 ortus **o** hor **D** morus *corr. m*^{2} *ex* moris **B** nescit **u** 20 ferax terra est **BFMVD** ferax est terra **uxa** feraxime terra **o** malignior est ceteris **M** hac | Nac **u** deterior **o** 21 a *om.* **MV** cingitur **BFDouxa** uincitur **MV** zetis **Doux** 22 hortus *corr. m*^{1} *ex* hortum, *ut uidetur* **M** pinguior **Fux** 24 hin **u** criptoporticus (*corr. ex* cripte porticus *et sic bis infra* **F**) **BFoux** pubici *corr. m*^{1} *in* publici **F** operis instar extenditur **a**

nestrae, a mari plures, ab horto pauciores, sed alternis singulae. hae, cum serenus dies et immotus, omnes, cum hinc uel inde uentus inquie-
17 tus, qua uenti quiescunt, sine iniuria patent. ante cryptoporticum xystus uiolis odoratus: teporem solis infusi repercussu cryptoporticus auget, quae ut tenet solem, sic aquilonem inhibet summouetque, quantumque caloris ante tantum retro frigoris. similiter Africum sistit atque ita diuersissimos uentos alium alio latere frangit et finit. haec
18 iucunditas eius hieme, maior aestate. nam ante meridiem xystum, post meridiem gestationis hortique proximam partem umbra sua temperat, quae, ut dies creuit decreuitque, modo breuior modo longior hac uel
19 illa cadit. ipsa uero cryptoporticus tunc maxime caret sole, cum ardentissimus culmini eius insistit. ad hoc patentibus fenestris fauonios accipit transmittitque nec umquam aëre pigro et manente ingrauescit.
20 In capite xysti, deinceps cryptoporticus, horti, diaeta est, amores mei, re uera amores: ipse posui. in hac heliocaminus quidem alia xystum, alia mare, utraque solem, cubiculum autem ualuis cryptoporticum,
21 fenestra prospicit mare. contra parietem medium zotheca perquam eleganter recedit, quae specularibus et uelis obductis reductisue modo adicitur cubiculo, modo aufertur. lectum et duas cathedras capit: a pedibus mare, a tergo uillae, a capite siluae: tot facies locorum totidem
22 fenestris et distinguit et miscet. iunctum est cubiculum noctis et somni. non illud uoces seruulorum, non maris murmur, non tempestatum motus, non fulgurum lumen ac ne diem quidem sentit, nisi fenestris aper-

---

1 a *om.* **MV** pauciores sed alternis singulae *Keil* singulae sed alternis pauciores **MVD** singulae et alternis pauciores **BF** singulae et alterius pauciores **oux** singulae et altius pauciores **a** singulis ex alternis pauciores *Kukula* alternis *nota ·/. in contextu et in margine signauit* **i** hae] ne **o** 2 dies etiam motus **MV** uentus **BFouxa** uentis (*corr. ex* uentus **V**) **MVD** 3 incuria **MV** criptoporticum **B** criptoporticus **Doux** xystus — 4 cryptoporticus *om.* **MVD** xistus **BFox** 4 coloratus **ou** repercussi **ou** repercusso *corr. ex* repercussi **x** criptoporticus **ox** 5 auget] area **MV** summouetque **BDx** submouetque **Foua** continetque **MV** 7 alio a latere **Ba** *fortasse recte* 8 eius] enim **D** xistum **BFox** 9 gestationis **V** gestationes **BFMouxa** gestationem **D** sua *om.* **F** temperant **MV** 10 decreuitque **BFa** decreuitue **MV** ut dies creuit decreuitque (-ue **D**) ut dies modo **Doux** hac uel illa **BV** hae uel illa **M** hac uel illac **Fouxa** haec uel illa **D** 11 criptoporticus **ox** tunc **BFouxa** tum **MVD** 12 eius] eī (= enim) **D** insistit *corr.* m^2 *ex* sistit **x** fauonius **BF** fauonitis **V** 13 aegre **MV** ingrauascit **B** *et* m^1 **F** 14 xisti **BFox** deinde **D** cryptoporticus horti *uncis inclusit Keil* zeta **Doux** amoris mei **MV** 15 ipsi **D** helyocaminus **F** xistum **BFox** 16 soles **Doux** criptoporticum **ox** 17 prospicit *post* cript. *perperam inceptum statim del. et in suum locum relegauit* **x** prospicit mare **MVDox** prospicit qua mare **Bra** respicit qua mare **F** respicit mare **u** zotheca **MVD** ziotheca **B** zyotheca **F** zeta **oux** diaeta *Ber.* **a** 18 speculatoribus **MV** uellis **ux** obductis recludictisue **D** 19 adicitur *corr.* m^2 *ex* dicitur **B** duas] denas **ux** cepit **o** 20 uiliae **V** uilla **i** capitae **B** siluа **i** 21 distinguit (-it *in ras.*) **V** distingit **F** distinguet **u** destingit **D** 22 notempestatum **V** non tempestatem **M** 23 fulgorum **MV** ac] hac **Fou** *et* m^1 **x** nec **o**

tis. tam alti abditique secreti illa ratio, quod interiacens andron parietem cubiculi hortique distinguit atque ita omnem sonum media inanitate consumit. adplicitum est cubiculo hypocauston perexiguum, quod 23
angusta fenestra suppositum calorem, ut ratio exigit, aut effundit aut retinet. procoeton inde et cubiculum porrigitur in solem, quem orientem statim exceptum ultra meridiem obliquum quidem, sed tamen seruat. in hanc ego diaetam cum me recipio, abesse mihi etiam a uilla 24
mea uideor, magnamque eius uoluptatem praecipue Saturnalibus capio, cum reliqua pars tecti licentia dierum festisque clamoribus personat: nam nec ipse meorum lusibus nec illi studiis meis obstrepunt.

Haec utilitas, haec amoenitas deficitur aqua salienti, sed puteos ac 25
potius fontes habet: sunt enim in summo. et omnino litoris illius mira natura: quocumque loco moueris humum, obuius et paratus umor occurrit, isque sincerus ac ne leuiter quidem tanta maris uicinitate corruptus. suggerunt adfatim ligna proximae siluae: ceteras copias Ostien- 26
sis colonia ministrat. frugi quidem homini sufficit etiam uicus, quem una uilla discernit: in hoc balinea meritoria tria, magna commoditas, si forte balineum domi uel subitus aduentus uel breuior mora calfacere dissuadeat.

Litus ornant uarietate gratissima nunc continua nunc intermissa 27
tecta uillarum, quae praestant multarum urbium faciem, siue mari siue ipso litore utare; quod non numquam longa tranquillitas mollit, saepius frequens et contrarius fluctus indurat. mare non sane pretiosis piscibus 28
abundat, soleas tamen et squillas optimas egerit. uilla uero nostra etiam

---

1 abditique] abolitique **ux** abolirique **o** parietes *Guenther* 2 somnum **BD** 3 hypocaustum **Ba** hyponcauston **M** hipocauston **ox** 4 *post* angusta *ras. unius litt. uel notae interpunct.* **F** fenestra (-ra *in ras.*) **F** exegit **MV** aut effundit *corr. m*^{1} *ex* aueffundit **F** 5 procoeton *(subp. m*^{1}*)* **F** proceton **x** procoeton (*add. supra m*^{2} al' procerum) **o** procerum *(marg. m*^{2} al' proceton) **u** inde et] deinde (*corr. m*^{2} *ex* inde x) ac **oux** 6 ultra (-a *in ras.*) **F** obliquum (*corr. m*^{2} *ex* obloquium **B**) **Box** oblicum **MVFDu** 7 ego] ergo **oux** zetam **Doux** recipio **Fouxa** recipi · **B** recepi **MVD** mihi] me **ou**, *del.* **x** a uilla **MVDouxa** abilla **BF** 8 eius] eius secessus *coni. C. F. W. Mueller, 'aliquid turbatum' iudicans* e secessu *Stangl* uoluptatem (uoluntatem **M**) praecipue saturnalibus **MV** uoluptatem ecce praecipue saturnalibus **BFa** uoluptatem ecce saturnalibus praecipue **oux** uoluptatem ex ea praecipue saturnalibus **D** 9 dierum *corr. ex* rerum **x** personat — 10 lusibus *om.* **MV** *(cf. u. 16)* 10 illis **V** meis studiis **x** 11 deficitur **BMVDia** deficit **Foux** 12 potius] potiles *Mommsen* fontis **oux** habent **D** 13 humor **BFx** occurit **B** 14 isque] ipse **x** sinceris **u** ne *om.* **D** uicinitate] in ciuitate **u** corruptus **BFDouxa** salsus **MV** 15 proxuma et siluae **D** hostiensis **x** cop *post* hostiensis *perperam repet. del.* **x** 16 colonia *corr. m*^{1} *ex* colinia **o** homini *om.* **ux** etiam personat Nam ipse meorum lusibus uicus **MV** *(uerbis* personat — lusibus *m*^{2} *expunctis in* **M** *cum signo insertionis in u. 9)* 17 discreuit **o** balinea **BFoua** ualinea **D** balnea **MVx** *(sic saepe alibi, non posthac admot.)* tria] tua **o** 18 nallineum **D** domi (*m*^{2} al' domini **o**) **MVDoa** domini **BFux** mora *m*^{1} *in ras.* **u** kl .. facere (*marg.* .. calfacere **B** calefacere **oux** 20 grauissima **oa** 21 siue mari **V** siue maris **M** siue ipso mari · mare **u**' **BFouxa**, *om.* **D** 23 contrarius -a- *in ras.* **F** 24 et squillas **MVDa** et esquillas (esquillas **F**) **BF** et exquillas **ux** et exquilias **o**

mediterraneas copias praestat, lac in primis: nam illuc e pascuis pecora conueniunt, si quando aquam umbramque sectantur.

29 Iustisne de causis eum tibi uideor incolere, inhabitare, diligere secessum? quem tu nimis urbanus es nisi concupiscis. atque utinam concupiscas! ut tot tantisque dotibus uillulae nostrae maxima commendatio ex tuo contubernio accedat. uale.

18.

C. PLINIVS MAVRICO SVO S.

1 Quid a te mihi iucundius potuit iniungi, quam ut praeceptorem fratris tui liberis quaererem? nam beneficio tuo in scholam redeo et illam dulcissimam aetatem quasi resumo: sedeo inter iuuenes, ut solebam, atque etiam experior, quantum apud illos auctoritatis ex studiis
2 habeam. nam proxime frequenti auditorio inter se coram multis ordinis nostri clare iocabantur: intraui, conticuerunt; quod non referrem, nisi ad illorum magis laudem quam ad meam pertineret, ac nisi sperare te uellem posse fratris tui filios probe discere.

3 Quod superest, cum omnes qui profitentur audiero, quid de quoque sentiam scribam efficiamque, quantum tamen epistula consequi potero,
4 ut ipse omnes audisse videaris. debeo enim tibi, debeo memoriae fratris tui hanc fidem, hoc studium, praesertim super tanta re. nam quid magis interest uestra, quam ut liberi (dicerem tui, nisi nunc illos magis amares) digni illo patre, te patruo reperiantur? quam curam
5 mihi, etiam si non mandasses, uindicassem. nec ignoro suscipiendas offensas in eligendo praeceptore; sed oportet me non modo offensas uerum etiam simultates pro fratris tui filiis tam aequo animo subire quam parentes pro suis. uale.

---

1 copias **BFDouxa** optimas **MV** praestet **V** 2 umbramque **BFux** umbramue **MVDoa** 3 eum **BFouxa** iam **MVD** uideo **o** incolere *corr. m*^{2} *ex* incolore **M** dirigere **F** 5 uillae **o** maxima *om.* **D**

8 MAVRICO **MVDoux** MVRCIO **Ba** MARTIO **F** Admarcium *ind.* **B** 9 mihi iucundius (io- **V**) **MVDo** *et ind.* **B** iucundius (io- ux) mihi **BFuxa** praeceptorem *corr. m*^{1} *ex* praeceptorum **F** 10 quaerere rem **a** nam et beneficio **oux** in his scholam **D** 12 auctoritatis apud illos **o** illud **x** extudiis **F** 13 inter se] in se **V** multis **MVDu** multi **BFoxa** 14 iocabantur **BFDouxa** loquebantur **MV** referam **M** 15 eorum **ux** magis] magnam **u** sperare te uellem **MVDouxa** sperarituellem **B** sperarit? uellem **F** 17 omnis **BFMVDou** omneis **a** oms **x** quid de te quoque *corr. m*^{2} *ex* quid de quoque **M** 18 sententiam **V** tamen *om.* **oux** 19 audisse omnes **D** 21 nostra **oux** dicerentur tui **F** tuos **ux** 22 amares digni **BMVa** amare digno **D** amares et ut digni **Foux** amares et digni *Cat.* patri **MV** te] et **oux** et te *Cat.* 23 etiam si mihi **ux** et si mihi **o** uindicasse **M** 24 offensas *corr. m*^{2} *ex* infensas **x** in eligendo — offensas *om.* **V** 25 filis **VD**

19.

C. PLINIVS CERIALI SVO S.

Hortaris ut orationem amicis pluribus recitem. faciam, quia hortaris, quamuis uehementer addubitem. neque enim me praeterit actiones quae recitantur impetum omnem caloremque ac prope nomen suum perdere, ut quas soleant commendare simul et accendere iudicum consessus, celebritas aduocatorum, exspectatio euentus, fama non unius actoris diductumque in partes audientium studium, ad hoc dicentis gestus, incessus, discursus etiam, omnibusque motibus animi consentaneus uigor corporis. unde accidit ut ii qui sedentes agunt, quamuis illis maxima ex parte supersint eadem illa quae stantibus, tamen hoc quod sedent quasi debilitentur et deprimantur. recitantium uero praecipua pronuntiationis adiumenta, oculi, manus, praepediuntur. quo minus mirum est, si auditorum intentio relanguescit, nullis extrinsecus aut blandimentis capta aut aculeis excitata.

His accedit quod oratio de qua loquor pugnax et contentiosa est. porro ita natura comparatum est, ut ea quae scripsimus cum labore etiam cum labore audiri putemus. et sane quotus quisque tam rectus auditor, quem non potius dulcia haec et sonantia quam austera et pressa delectent? est quidem omnino turpis ista discordia, est tamen, quia plerumque euenit ut aliud auditores aliud iudices exigant, cum alioqui iis pracipue auditor adfici debeat, quibus idem, si foret iudex, maxime permoueretur. potest tamen fieri ut quamquam in his difficultatibus libro isti nouitas lenocinetur, nouitas apud nostros: apud Graecos enim est quiddam quamuis ex diuerso non tamen omnino dissimile. nam ut illis erat moris leges, quas ut contrarias prioribus le-

---

2 CERIALI **MV** Adcerialem *ind.* **B** CEREALI *(litt. -E- prior. loco in ras.* **B** caereali o) **BDouxa** *et marg. (inscr. in contextu om.)* **F** 3 faciamque hortaris **o** 5 recitantur **FMV** recitentur **BDouxa** -que *om.* **oux** 6 perdere (prodere **ou**) ut quas soleant **Douxa** perdere ut quas solet (quasolet **B BF** perdere ut quae soleant **V** perderere quae soleant **M** iudicium **MVDux** consessus **MVDuxa** consensus **BFo** 7 act *post* expectatio *perperam inceptum del.* **x** 8 diductumque **BVDoxa** *et* m^1 **u** diductuctumque **M** deductumque **F** *et* m^2 **u** -que in *in ras.* **u** partis **oux** digentis **x** 10 hii **F** hi **oux** 11 supersit **u** 14 est si **BFDouxa** et si **MV** intentio (intencio **x** relanguescit **BDoux** intentio relanguescitur *corr. ex* intentior languescitur **F** intentione languescit **MV** *Pomp. Lact.* **a** intentio languescit *Ber.* nullus **u** 15 plandimentis **M** aculeis **MVDouxa** oculis **BF** 16 his accedit **BFouxa** accedit his **MVD** et contentiosa (contemptiosa **F BFDouxa** et quasi contentiosa **MV** 17 comperatum **u** scribimus **V** 18 cum labore *om.* **MVDo** 20 turbis *corr. ex* turpis **F** 21 quia **MV** qui **D** quae **BFa** quod **oux** ut aliud auditores aliud iudices exigant **Douxa** ut aliud iudices exigant **BFV** ut aliudiud exigant *(litt. iud. scil.ect pro* iudices, m^2 *non intellegenter expunctis)* **M** 22 alioqui his (is **D MVD** alloquiis **BF** alioqui -quin **ouxa** auditor| audi *fin. uers.* **V** 23 permouetur *Pomp. Lact.* **a** in *om.* **D** 25 enim *om.* **oux** quamuis *om* **oux** aduerso **V** 26 ut *poster. loco add. supra* **F**

gibus arguebant, aliarum collatione conuincere, ita nobis inesse repetundarum legi quod postularemus cum hac ipsa lege tum aliis colligendum fuit; quod nequaquam blandum auribus imperitorum tanto maiorem apud doctos habere gratiam debet, quanto minorem apud in-
9 doctos habet. nos autem, si placuerit recitare, adhibituri sumus eruditissimum quemque.

Sed plane adhuc an sit recitandum examina tecum, omnesque quos ego moui in utraque parte calculos pone, idque elige, in quo uicerit ratio. a te enim ratio exigetur, nos excusabit obsequium. uale.

20.

C. PLINIVS CALVISIO SVO S.

1 Assem para et accipe auream fabulam, fabulas immo: nam me priorum noua admonuit, nec refert a qua potissimum incipiam.

2 Verania Pisonis grauiter iacebat, huius dico Pisonis, quem Galba adoptauit. ad hanc Regulus uenit. primum impudentiam hominis, qui uenerit ad aegram, cuius marito inimicissimus, ipsi inuisissimus fuerat.
3 esto, si uenit tantum: at ille etiam proximus toro sedit, quo die, qua hora nata esset interrogauit. ubi audiit, componit uultum, intendit oculos, mouet labra, agitat digitos, computat; nihil: ut diu miseram exspectatione suspendit, 'habes' inquit 'climactericum tempus, sed euades. quod ut tibi magis liqueat, haruspicem consulam, quem sum fre-
4 5 quenter expertus.' nec mora; sacrificium facit, adfirmat exta cum siderum significatione congruere. illa, ut in periculo credula, poscit codicillos, legatum Regulo scribit: mox ingrauescit: clamat moriens 'hominem nequam, perfidum, ac plus etiam quam periurum', qui sibi per
6 salutem filii peierasset. facit hoc Regulus non minus scelerate quam

---

1 arguebatur o inesse **MVDa** esse **BFoux** inesse *notam ℣. in cont. et in marg. appositam postea erasit* i 2 legi **BFDouxia** lege **MV** tum aliis **BFDa** tum alis **MV** cum aliis **oux** 3 imperatorum o 7 an (-n *in ras.*) o exanima **D** omnesque **ouxa** omnisque *rell.* quos **BFDouxa** quis **MV** 8 noui **Dux** 9 a te enim **BFVDoxa** at enim **M** ad te enim u exigetur **BFouxa** exigitur **D** exigit **MV** excusauit **D**

11 caluisio *marg. (inscr. epistulae in cont. omissa)* **F** Ad caluisium *ind.* **B** 12 parata **D** et *om.* **ux** nam *in ras.* **B** me *om.* **ux** 13 adnuit **D** annuit **oux** qua **MVDouxa** quo **BF** 14 quem *corr. m*^{1} *ex* qui **M** 15 impudentia o 16 marito *corr. ex* maritus **x** ipsi inuisissimus *om.* **MV**, *add.* ipsi *corr. ex* ipse **u**) **BFDouxia** 17 at] ad **MV** quo] qua **MV** 18 audiuit **Da** audit u 19 labra agitat **BFDuxa** labram agitat **V** labra magitat **M** labia agitat o nihil ut diu **BFD** nihil diu **MVa** nisi ut diu **oux** nihil nisi ut diu *Cat.* 20 expectationem o suspendat **ou** climactericum (*corr. m*^{2} *ex* climatercum **B**) **BFMVD** climatericum **a** dimatericum **oux** 21 magis tibi **x** liceat **D** aruspicem **BFx** aurispicem o 22 cum desiderium **D** 23 periclo o poscit i) codicellos **F** cudicillos **V** 24 ingrauascit **BF** moriens hominem **BMV** morieus o hominem **Fouxa** hominem (*om.* moriens **D** 25 nequem **V** quam *om.* **D** 26 filii *corr. ex* fili **B** peierasset **BFoxa** perieras sed **D** peirasset u pericrasset **V** perierierasset **M** periurasset *Kortte* non *add. m*^{2} *supra* **x**

frequenter, quod iram deorum, quos ipse cotidie fallit, in caput infelicis pueri detestatur.

Velleius Blaesus, ille locuples consularis, nouissima ualetudine con- 7
flictabatur: cupiebat mutare testamentum. Regulus, qui speraret ali-
quid ex nouis tabulis, quia nuper captare eum coeperat, medicos hor- 8
tari, rogare quoquo modo spiritum homini prorogarent. postquam si-
gnatum est testamentum, mutat personam, uertit adlocutionem, isdemque
medicis 'quousque miserum cruciatis? quid inuidetis bonam mortem
cui dare uitam non potestis?' moritur Blaesus, et tamquam omnia
audisset, Regulo ne tantulum quidem.

Sufficiunt duae fabulae, an scholastica lege tertiam poscis? est unde 9
fiat. Aurelia, ornata femina, signatura testamentum sumpserat pulcher- 10
rimas tunicas. Regulus cum uenisset ad signandum, 'rogo' inquit 'has
mihi leges'. Aurelia ludere hominem putabat, ille serio instabat: ne 11
multa, coëgit mulierem aperire tabulas ac sibi tunicas quas erat induta
legare: obseruauit scribentem, inspexit an scripsisset. et Aurelia qui-
dem uiuit, ille tamen istud tamquam morituram coëgit. et hic here-
ditates, hic legata, quasi mereatur, accipit.

Ἀλλὰ τί διατείνομαι in ea ciuitate, in qua iam pridem non minora 12
praemia, immo maiora, nequitia et improbitas quam pudor et uirtus
habent? adspice Regulum, qui ex paupere et tenui ad tantas opes per 13
flagitia processit, ut ipse mihi dixerit, cum consuleret, quam cito sester-
tium sescentiens impleturus esset, inuenisse se exta duplicata, quibus
portendi miliens et ducentiens habiturum. et habebit, si modo, ut coe- 14
pit, aliena testamenta, quod est improbissimum genus falsi, ipsis quorum
sunt illa dictauerit. uale.

---

1 quotidie ouxa 2 pueri *add. marg.* m^2 **M** detestantur u 3 uelleius **BFMuxa** ueleius **V** uellem ius o uella eos **D** blaesus **BFMa** blesus **Vux** blesius o ille *om.* **D** locuplebs **BF** locuplex **Dux** 6 quo modo **V** homini spiritum o 7 iisdemque oxa hisdemque u 8 quiusque **V** bonam mortem **Douxa** bona mortis **BF** bona morte **MV** 9 uitam dare **M** moriturus **MV** blaesus **BFMVDa** blesus ux blesius o et *om.* **MV** 10 tantulum *corr.* m^1 *ex* tantum u 11 tabule **V** lege *om.* **D** poscis *corr.* m^2 *ex* poscit **M** 13 has] habes **M** 14 hominem ludere oux nec multa **Da** 15 coegit *corr. ex* cogit x sibi *om.* o tunicis **D** 16 obseruabit **B** aurelię **M** 17 iuuit u istuc **D** et *om.* **MV** hereditatis **BF** 18 quasi] quas **BF** tanquam x accepit ou 19 ΑΛΛΑΤΙΔΙΑΤΕΙΝΟΜΑΙ **D** ΑΛΛΑΔΙΑΤΕΙΝΟΜΑΙ **BFa** *et* m^2 o ΑΜΑΤΙΔΙΑΤΕΙΝΟΜΑΙ **V** ΑΜΑΤΙΑΙΑΤΕΙΝΟΜΑΙ **M**, *om. in lac.* ou, ἀλλὰ διατίνομαι *add.* m^2 *in lac* x iam *om* u 21 aspicere regulum **B** 22 sextertium oux 23 sescentiens **MV** sescenties **BFD** sexcenties ouxa inplecturus **F** duplicata **BFouxa** duplicia **MVD** 24 protendi **D** millies **MVa** ducenties *codd. omnes* habebat u habebit *corr. ex* habebat x 25 falsis ox *et* m^1 u falsi m^2 u 26 dictauerint **D**

C. PLINI CAECILI SECVNDI
EPISTVLARVM
LIBER TERTIVS

1.

C. PLINIVS CALVISIO RVFO SVO S.

1 Nescio an ullum iucundius tempus exegerim, quam quo nuper apud Spurinnam fui, adeo quidem, ut neminem magis in senectute, si modo senescere datum est, aemulari uelim: nihil est enim illo uitae genere
2 distinctius. me autem ut certus siderum cursus ita uita hominum disposita delectat, senum praesertim. nam iuuenes adhuc confusa quaedam et quasi turbata non indecent; senibus placida omnia et ordinata conueniunt, quibus industria sera, turpis ambitio est.
3 Hanc regulam Spurinna constantissime seruat; quin etiam parua haec, parua, si non cotidie fiant, ordine quodam et uelut orbe circum-
4 agit. mane lectulo continetur, hora secunda calceos poscit, ambulat milia passuum tria nec minus animum quam corpus exercet. si adsunt amici, honestissimi sermones explicantur; si non, liber legitur, inter-
5 dum etiam praesentibus amicis, si tamen illi non grauantur. deinde considit, et liber rursus aut sermo libro potior: mox uehiculum adscen-

---

C · PLINII · SE CVN DI | EPIS TVLARV EXPL LIB · II | IN CIPIT LIBER · III · FELICIT **B** G · PLINI CAECILI · SECVNDI · EPISTVLARVM · | FINIT LIB · II · EIVSDEM · INCIPIT · LIB · III · **M** G · P · C · SCD EPLR finitliber scd · EIVSDE INCIP LIB · III **V** C · PLINII · SECVNDI · NOVOCOMENSIS EPISTOLARVM · LIBER · SECVNDVS · EXPLICIT · INCIPIT · LIBER · III · FOELICITER **D** · C · Plinii · Secundi Epistularum liber secundus | explicit: — Incipit tertius: — *(haec in fine paginae, et in summo latere uerso illa quae secuntur)* · C · PLINIJ EPISTVLARVM LIBER | TERTIVS INCIPIT FELICITER **o** Gaii plinii Secundi Epistolarum. Liber Secundus | explicit. Eiusdem Liber Tertius Incipit feliciter **u** · C · PLINII SECVNDI EPISTOLARVM LIBER SECVNDVS | EXPLICIT · EIVSDEM INCIPIT TERTIVS · **x** C · PLINII SECVNDI EPISTOLARVM LIBER TERTIVS **a**, *inscriptionem libri in lac. om., marg. autem adscript.* lib tci' **F**: *index epistularum huius libri in cod.* **B** *post inscriptionem libri sequitur, quem uide in Praefatione transscriptum*

5 Adcaluisiumrufum *ind.* **B** RVFO *om. codd. omnes, inscriptionem in lac. om., sed marg. partim detonsa* Plinius . . . . | sio suo s . . **F** 6 exigerim **MV** nuper et apud **M** 7 spurinam **oux** 8 senestre **u** nichil est illo etenim uitae **F** 9 distinctius *corr. m²* *ex* distinctus **B** me *corr. ex* mea **B** 10 adhuc confusa **BFouxa** confusa adhuc **MV** 11 indicent **MV** iudicent **o** omnia (om- *in ras.*) **o** ornata **V** 12 sera **MVDoa** serua **BFuxi** 13 spurina **oux** quietiam **BF** quoniam etiam **u** parua haec parua si non **BDa** parua haec si non **Foux** parua haec parua sint **MV** 14 cotidie **BF** cottidie **MV** quotidie **ouxa** *(non posthac adnot.)* circumagit *corr. m²* *ex* circeumagit **M** 16 milia passum tria et nec **D** animus **u** adsint **D** 17 sermones honestissimi **oux** liberi igitur **D** 18 illi tamen **o** grauentur **oux** 19 considit **MVD** considet **BFouxa** potior libro **oux** ascendet **u**

dit, adsumit uxorem singularis exempli uel aliquem amicorum, ut me proxime. quam pulchrum illud, quam dulce secretum! quantum ibi 6
antiquitatis! quae facta, quos uiros audias! quibus praeceptis imbuare! quamuis ille hoc temperamentum modestiae suae indixerit, ne praeci- 5
pere uideatur. peractis septem milibus passuum iterum ambulat mille, 7
iterum residit uel se cubiculo ac stilo reddit. scribit enim, et quidem utraque lingua, lyrica doctissima: mira illis dulcedo, mira suauitas, mira hilaritas, cuius gratiam cumulat sanctitas scribentis. ubi hora 8
balinei nuntiata est (est autem hieme nona, aestate octaua), in sole, si
caret uento, ambulat nudus. deinde mouetur pila uehementer et diu: nam hoc quoque exercitationis genere pugnat cum senectute. lotus accubat et paulisper cibum differt: interim audit legentem remissius aliquid et dulcius. per hoc omne tempus liberum est amicis uel eadem facere uel alia, si malint. apponitur cena non minus nitida quam frugi 9
in argento puro et antiquo: sunt in usu et Corinthia, quibus delectatur nec adficitur. frequenter comoedis cena distinguitur, ut uoluptates quoque studiis condiantur. sumit aliquid de nocte et aestate: nemini hoc longum est; tanta comitate conuiuium trahitur. inde illi post septimum 10
et septuagensimum annum aurium, oculorum uigor integer, inde agile
et uiuidum corpus solaque ex senectute prudentia.

Hanc ego uitam uoto et cogitatione praesumo, ingressurus auidis- 11
sime, ut primum ratio aetatis receptui canere permiserit. interim mille laboribus conteror, quorum mihi et solacium et exemplum est idem Spurinna. nam ille quoque, quoad honestum fuit, obiit officia, gessit 12
magistratus, prouincias rexit multoque labore hoc otium meruit. igitur eundem mihi cursum, eundem terminum statuo, idque iam nunc apud te subsigno, ut, si me longius euehi uideris, in ius uoces ad hanc epistulam meam et quiescere iubeas, cum inertiae crimen effugero. uale.

---

1 exempli *corr. m*^{2} *ex* exemplo **M** uti me **D** 2 ibi] id **x** 3 imbuare *corr. m*^{1} *ex* imbuaris **B** 4 induxerit **D** ne *om.* **o** praecipue **o** 5 septem *(post* -p- *ras. unius litt.)* **B** passum **D** ambulat *corr. m*^{2} *ex* ambulabat **M** (ambulat i) 6 residit **BMVD** residet **Fouxa** uel *om.* **o** ac] uel **oux** 7 doctissima **BFDa** et doctissima **oux** doctissime **MV** mira illis] mirabilis **MV** 8 hora *om.* **u** 9 est *priore loco del. Stangl* 10 ambulat *corr. m*^{2} *ex* ambulabat **M** uehementer] diligenter **o** 11 exercitationis *corr. m*^{2} *ex* exercitionis **M** lotus] illic **MV** 12 et] set *Günther* at *coni. Kukula* cibos **MV** 13 et dulcius aliquid **D** 14 facere] agere **a** mallint **MV** nitida (-i- *poster loco in ras.* **u** 16 nec **MVD** et **BFouxa** uehi *post* afficitur *additum del.* **x** 17 condiantur *corr. ex* conidiantur **x** 18 ille **M** 19 oculorum **BMVDx** oculorumque **Foua** 20 niuidum **u** innidum **D** 21 noto **u** 23 quorum] quibus **BF** et *poster. loco om.* **V** 24 spurina **oux** (quoque **i** quoad] quod **D** fuit 66 **s** potes *om. sine nota uel lacuna* **MV** *(man. autem recentior in marg. add.* multa desiderantur, *et in marg. infer.* Desunt due epIr **M**; *man. mult. recent. in marg. add.* deficiunt hic due epIe **V**) 25 hoc *om.* **ux** igitur et eundem mihi cursum (cursum mihi **x**) et eundem **oux** 27 ad *om.* **D** 28 uale *om.* **D**

2.

C. PLINIVS VIBIO MAXIMO SVO S.

1 Quod ipse amicis tuis obtulissem, si mihi eadem materia suppeteret,
2 id nunc iure uideor a te meis petiturus. Arrianus Maturus Altinatium
est princeps: cum dico princeps, non de facultatibus loquor, quae illi
3 large supersunt, sed de castitate, iustitia, grauitate, prudentia. huius
ego consilio in negotiis, iudicio in studiis utor: nam plurimum fide,
4 plurimum ueritate, plurimum intellegentia praestat. amat me (nihil
possum ardentius dicere) ut tu. caret ambitu: ideo se in equestri gradu
tenuit, cum facile posset adscendere altissimum. mihi tamen ornandus ex-
5 colendusque est. itaque magni aestimo dignitati eius aliquid adstruere
inopinantis, nescientis, immo etiam fortasse nolentis, adstruere autem
6 quod sit splendidum nec molestum. cuius generis quae prima occasio
tibi, conferas in eum rogo; habebis me, habebis ipsum gratissimum
debitorem. quamuis enim ista non appetat, tam grate tamen excipit,
quam si concupiscat. uale.

3.

C. PLINIVS CORELLIAE HISPVLLAE SVAE S.

1 Cum patrem tuum, grauissimum et sanctissimum uirum, suspexerim
magis an amauerim dubitem, teque et in memoriam eius et in honorem
tuum unice diligam, cupiam necesse est atque etiam, quantum in me
fuerit, enitar ut filius tuus auo similis exsistat, equidem malo materno:
quamquam illi paternus etiam clarus spectatusque contigerit, pater quo-
2 que et patruus inlustri laude conspicui. quibus omnibus ita demum
similis adolescet, si imbutus honestis artibus fuerit, quas plurimum
3 refert a quo potissimum accipiat. adhuc illum pueritiae ratio intra con-
tubernium tuum tenuit, praeceptores domi habuit, ubi est erroribus
modica uel etiam nulla materia. iam studia eius extra limen proferenda
sunt, iam circumspiciendus rhetor Latinus, cuius scholae seueritas, pu-

2 Aduibium maximum *ind.* **B** MAXIMO **BFDouxa** Valerio Maximo *Pomp. Laet.* Gauio Maximo *Cat.* SVO *om.* **ux** 3 si *om.* **D** 4 uide **o** arianus **oux** altinatium *corr. ex* altinatum **u** 5 princeps est **oux** loquor *om.* **o** 6 iustia **x** 7 cons *post* negociis *perperam inceptum del.* **x** 8 praestatam ad me **B** 9 possum (-o- *in ras.*) **u** dicere ut uitaret ambitum **D** 10 tenuit **u** possit **Dux** ascendere *corr.* m^2 *ex* ostendere **x** tamen *om.* **o** extollendusque **oux** 11 existimo **D** extimo **u** posse *post* aliquid *del.* **x** 14 in eum conferas **ox** meum conferas **u** me habebis *om.* **D** 15 enim *om.* **o** non *om.* **D** 16 quasi **si r** quasi *Pomp. Laet.*

18 CORELLIAE HISPVLLAE **a** CORELLIE ISPVLLE **F** Adcaerelliae hispullae *ind.* **B** corneliae hispullae **ux** CORELLIAE **B** CORNELIAE **Do** SVAE *om.* **BFuxa**, *add.* **Do** 20 et *om.* **BFa** immemoriam **D** 21 uince (*corr.* m^2 *ex* unice **F**) **BF** cupiam necesse *(omnia praeter litt. finalem* m^1 *in ras.)* **F** 22 euitar **u** 23 etiam *om.* **o** 24 conspicuus **D** omnibus *om.* **ux** 25 adolescit **D** 26 contiberium **D** 28 lumen **u** proferenda **Doxa** conferenda **BFu**

dor, in primis castitas constet. adest enim adulescenti nostro cum ce- 4
teris naturae fortunaeque dotibus eximia corporis pulchritudo, cui in
hoc lubrico aetatis non praeceptor modo sed custos etiam rectorque
quaerendus est.

Videor ergo demonstrare tibi posse Iulium Genitorem. amatur a 5
me; iudicio tamen meo non obstat caritas hominis, quae ex iudicio
nata est. uir est emendatus et grauis, paulo etiam horridior et durior,
ut in hac licentia temporum. quantum eloquentia ualeat pluribus cre- 6
dere potes; nam dicendi facultas aperta et exposita statim cernitur:
uita hominum altos recessus magnasque latebras habet: cuius pro Ge-
nitore me sponsorem accipe. nihil ex hoc uiro filius tuus audiet nisi
profuturum, nihil discet quod nescisse rectius fuerit, nec minus saepe
ab illo quam a te meque admonebitur, quibus imaginibus oneretur,
quae nomina et quanta sustineat. proinde fauentibus dis trade eum 7
praeceptori, a quo mores primum, mox eloquentiam discat, quae male
sine moribus discitur. uale.

4.

C. PLINIVS CAECILIO MACRINO SVO S.

Quamuis et amici quos praesentes habebam et sermones hominum 1
factum meum comprobasse uideantur, magni tamen aestimo scire quid
sentias tu. nam cuius integra re consilium exquirere optassem, huius 2
etiam peracta iudicium nosse mire concupisco. cum publicum opus mea
pecunia incohaturus in Tuscos excucurrissem accepto, ut praefectus
aerari, commeatu, legati prouinciae Baeticae questuri de proconsulatu
Caecili Classici advocatum me a senatu petierunt. collegae optimi mei- 3
que amantissimi de communis officii necessitatibus praeloqui excusare
me et eximere temptarunt. factum est senatus consultum perquam
honorificum, ut darer prouincialibus patronus, si ab ipso me impe-

2 doctibus **D** 3 uectorque o 5 ergo] ego *Sichardus* posse iulium *corr. m²* *ex* iulium posse u 6 iudicio *corr. m²* *ex* iucio **D** 8 licentiam **D** 10 pro] oro **MV** genitore *corr. m²* *ex* gonitore **M** progenitorem et sponsorem **D** 13 meque] neque u admouebitur *corr. ex* amouebitur **D** quibus | quibus o ornetur ux quibus imaginibus oneretur *om.* **MV** 14 deinde **D** dis **D** diis *rell.* 15 praeceptoria quo **B** *et m¹* **F** eloquentiam *corr. m²* *ex* -um **M** 16 uale *om.* **D**

18 Adcaeciliummacrinum *ind.* **B** MACRINO *codd. omnes* SVO *om.* **BF** 19 hominum *corr. m¹* *ex* hominunu **M** 20 cumprobasse **M** comprobasse *corr. m²* *ex* comprobantur x existimo ou 21 *post* integra *ras. unius litt.* **B** rem u 22 indicium **B** nosce o 23 tusces u Thuscos a tuscios **D** excurrissem ex excurissem u 24 aerari **BMVD** aerarii (erarii u, *corr. ex* aerararii *incepto, ut uidetur* x) **Fouxa** cum meatu u, *om.* o quaesturi **MV** 25 caecili **MVD** caecilii cecilii o) **BFoa** celii ux petierunt *(litt. -e- poster. loco m¹ ex nescio qua litt. correcta)* **V** 26 amantissimi *corr. ex* -mii **M** *post* de *una litt. deleta* **M** comuis *m¹ in ras.* u officii *corr m² ex* officit **M** 27 et *om.* **D** 28 ipso *(litt. -p- add. supra m¹)* **F**

4 trassent. legati rursus inducti iterum me iam praesentem aduocatum postulauerunt, implorantes fidem meam, quam essent contra Massam Baebium experti, adlegantes patrocinii foedus. secuta est senatus clarissima adsensio, quae solet decreta praecurrere. tum ego 'desino' inquam, 'patres conscripti, putare me iustas excusationis causas attulisse'. placuit et modestia sermonis et ratio.

5 Compulit autem me ad hoc consilium non solum consensus senatus, quamquam hic maxime, uerum et alii quidam minores sed tamen numeri. ueniebat in mentem priores nostros etiam singulorum hospitum iniurias accusationibus uoluntariis exsecutos; quo deformius arbitrabar

6 publici hospitii iura neglegere. praeterea cum recordarer, quanta pro isdem Baeticis priore aduocatione etiam pericula subissem, conseruandum ueteris officii meritum nouo uidebatur. est enim ita comparatum ut antiquiora beneficia subuertas, nisi illa posterioribus cumules. nam quamlibet saepe obligati, si quid unum neges, hoc solum meminerunt, quod negatum est.

7 Ducebar etiam, quod decesserat Classicus, amotumque erat quod in eius modi causis solet esse tristissimum, periculum senatoris. uidebam ergo aduocationi meae non minorem gratiam, quam si uiueret ille, pro-

8 positam, inuidiam nullam. in summa computabam, si munere hoc iam tertio fungerer, faciliorem mihi excusationem fore, si quis incidisset quem non deberem accusare. nam cum est omnium officiorum finis aliquis, tum optime libertati uenia obsequio praeparatur.

9 Audisti consilii mei motus: superest alterutra ex parte iudicium tuum, in quo mihi aeque iucunda erit simplicitas dissentientis quam comprobantis auctoritas. uale.

---

1 inducti *corr. ex* inductu u, *ex* inducto x iam me oux 2 implorantes] comprobantes D 3 bebium Voux patrocini MVD foedus F senatus *om.* oux 4 decrăeta B inquam · p · c · (patres conscripti u) putare MVDouxa inquam reputare BF 5 causas excusationis oux 8 et] etiam a ali D quidam minores sed tamen numeri Doux quidem minoris sed tamen numeri BFa quidam minores sed tam innumeri MV alii minores (*uel* alia minoris) quidem sed tamen numeri *Casaubon* 9 nostros *corr. ex* uestros x etiam] et ux 10 accusationibus uoluntariis BFouxa uoluntariis (uoluntaris D) accusationibus MD accusationibus (*om.* uoluntariis) V 11 hospiti MV iuara u neglere B praetere cum cogitarem quanta o 12 iisdem BFoxa hisdem u beticis oux beaticis B priore BFouxa superiore MVD cumseruandum F 13 ita natura comparatum *Sichardus* comparatum] opacum o 14 antiqui ora *corr. m²* *ex* antiqui hora M subeuertas a cumulis M 15 obligatis *codex Modii* meminerunt *(ante* -r- *ras. unius uel duar. litt.)* B eminerunt V 17 ducebat u etiam quo decesserat Foux amotumque *corr. m²* *ex* ammotumque M 18 huiusmodi ux tristissimum *corr. m²* *ex* tristissimus M uidebam ego u uidebar ego ox 19 aduocationis M 20 iam *om.* BFa, *add.* MVDoux 21 fungerer *corr. m²* *fortasse ex* fungeret B 22 quem — est *om.* D non *om.* oux 23 tum] cum ux optimae B liberati M 24 consilium mei D 25 erit *corr. m¹* *ex* erat V 26 approbantis x

5.

C. PLINIVS BAEBIO MACRO SVO S.

Pergratum est mihi quod tam diligenter libros auunculi mei lec- 1
titas, ut habere omnes uelis quaerasque qui sint omnes. fungar indicis 2
partibus, atque etiam quo sint ordine scripti notum tibi faciam: est
enim haec quoque studiosis non iniucunda cognitio.

'De iaculatione equestri unus': hunc, cum praefectus alae militaret, 3
pari ingenio curaque composuit. 'de vita Pomponi Secundi duo', a quo
singulariter amatus hoc memoriae amici quasi debitum munus exsol-
uit. 'bellorum Germaniae uiginti', quibus omnia quae cum Germanis 4
gessimus bella collegit. incohauit, cum in Germania militaret, somnio
monitus: adstitit ei quiescenti Drusi Neronis effigies, qui Germaniae
latissime uictor ibi periit, commendabat memoriam suam orabatque ut
se ab iniuria obliuionis adsereret. 'studiosi tres', in sex uolumina prop- 5
ter amplitudinem diuisi, quibus oratorem ab incunabulis instituit et
perfecit. 'dubii sermonis octo': scripsit sub Nerone nouissimis annis,
cum omne studiorum genus paulo liberius et erectius periculosum ser-
uitus fecisset. 'a fine Aufidi Bassi triginta unus'. 'naturae historiarum 6
triginta septem', opus diffusum, eruditum, nec minus uarium quam
ipsa natura.

Miraris quod tot uolumina multaque in his tam scrupulosa homo 7
occupatus absoluerit: magis miraberis, si scieris illum aliquandiu
causas actitasse, decessisse anno sexto et quinquagensimo, medium tem-
pus distentum impeditumque qua officiis maximis qua amicitia prin-
cipum egisse. sed erat acre ingenium, incredibile studium, summa ui- 8
gilantia. lucubrare Vulcanalibus incipiebat, non auspicandi causa, sed

---

2 Adbaebiummacrum *ind.* **B** BAEBIO *om. codd. omnes et Iohan. Mansionarii Breuis Adnot.* 4 sunt **V** fungarindicis *corr. m*^{2} *ex* fungari dicis **B** indicis] modicis **u** 6 hoc **M** 7 unus equestri **D** 8 pomponii **FDuxa** 9 singulariter est amatus **MV** est *add. m*^{3} *(quae in hac epistula multum elaborauit)* **x** et *post* amatus *del. m*^{1} **B** exsoluit *(litt. e- in ras. litterae s-)* **F** 11 somnio *corr. ex* somno **x** 12 adstitit *corr. m*^{2} *ex* astitit **B** adstitit enim ei quiescenti **Fx**^{3} adstitit enim quiescenti **oux** 13 uictoriae ibi **M** perit **D** commedabat **M** commendat **D** 14 se ab iniurię **M** tres *add. m*^{2} **B** sex *in ras.* **F** sex in tres **u** 15 orationem **MV** abcunabulis **F** 16 perfecit **BFoxa** perficit **MVDu** 17 genus studiorum **o** rectius **MD** erectius *rell.* 18 aufidii **ouxa** trigesimus **u** *scil. ex* XXX unus **Fx** naturae **MVDouxa** natura **BF** naturalium *cod. Vat. lat. 1952 et Sichardus* 21 in his **MVouxa** in iis **BF** in is **D** tam *om. Ioh. Mansionarii Breuis Adnot.* 22 scieris *corr. m*^{1} *fortasse ex* scierit **F** aliquamdiu *corr. m*^{1} *ex* aliquando **M** 23 dictitasse *Ioh. Mansionarii Breuis Adnot. codd. plures* descessisse **V** 24 discentum **u** disteritum **D** qua *priore loco* (-a *in ras.*) **o**, *corr. m*^{2} *ex* quia **u** tam *corr. m*^{2} *ex* qua **x** q; **D** officis **MV** maximus *corr. ex* maximis *(sic!)* **V** quam **MV** *et corr. m*^{2} *ex* qua **x** 25 acre *om.* **u** incredibile *corr. m*^{1} *ex* -li **V** uigilantia] instantia **D** 26 lugubrare **M** a Vulcanalibus *Cat.* a *ante* Vulcanalibus *inserunt sed statim erasit* **i** causa *corr. m*^{2} *ex* cuusa **M**

studendi, statim a nocte multa, hieme uero ab hora septima, uel cum tardissime, octaua, saepe sexta. erat sane somni paratissimi, non num-
9 quam etiam inter ipsa studia instantis et deserentis. ante lucem ibat ad Vespasianum imperatorem (nam ille quoque noctibus utebatur), inde ad delegatum sibi officium. reuersus domum, quod reliquum tem-
10 poris, studiis reddebat. post cibum saepe, quem interdiu leuem et facilem ueterum more sumebat, aestate, si quid otii, iacebat in sole, liber legebatur, adnotabat excerpebatque. nihil enim legit quod non excerperet: dicere etiam solebat nullum esse librum tam malum, ut non
11 aliqua parte prodesset. post solem plerumque frigida lauabatur: deinde gustabat dormiebatque minimum: mox quasi alio die studebat in cenae tempus. super hanc liber legebatur, adnotabatur, et quidem cursim.
12 memini quendam ex amicis, cum lector quaedam perperam pronuntiasset, reuocasse et repeti coëgisse; huic auunculum meum dixisse 'intellexeras nempe?' cum ille adnuisset, 'cur ergo reuocabas? decem amplius uersus hac tua interpellatione perdidimus.' tanta erat parsi-
13 monia temporis. surgebat aestate a cena luce, hieme intra primam noctis, et tamquam aliqua lege cogente.

14 Haec inter medios labores urbisque fremitum. in secessu solum balinei tempus studiis eximebatur: cum dico balinei, de interioribus loquor; nam dum destringitur tergiturque, audiebat aliquid aut dicta-
15 bat. in itinere quasi solutus ceteris curis huic uni uacabat: ad latus notarius cum libro et pugillaribus, cuius manus hieme manicis muniebantur, ut ne caeli quidem asperitas ullum studii tempus eriperet; qua
16 ex causa Romae quoque sella uehebatur. repeto me correptum ab eo cur ambularem: 'poteras' inquit 'has horas non perdere'; nam perire

---

1 ab *om.* **MV** ad **D** hore **B** 2 tardissime (-ar- m^1 *in ras.*) **V** octaua *corr.* m^1 *fortasse ex* octaba **B** (paratissimi i) parcissimi **D** 3 inter] in **D** deserentis **MVD** deferentis (*corr. ex* differentis **B**) **BFa** differentis **oux** 4 uespasianum (u- *initiali corr.* m^2 *ex nescio qua litt.*) **B** illo **MV** 5 delegatum *corr.* m^3 *ex* legatum **x** ad legatum offitium sibi **u** reliquom **B** reliqum **V** relicum **MD** 6 nempe *pro* saepe *coniecit Kukula* quem] q̄; **D** *(cf. 68. 24)* interdiu *corr.* m^1 *ex* intediu **M** iterdiu *corr. ex* interdiu **B** 7 sumebat *corr.* m^1 *ex* sumetur **M** otii *corr.* m^2 *ex* totii **M** otio **D** 8 exerpebatque *corr.* m^2 *ex* exercebatque **B** exerccepebatque **D** exceperet **u** 9 librum esse **o** 10 aliqua ex parte **x** labababatur **B** lauabatur aqua deinde **oux** 11 dormiebatque minimum **BDouxa** dedormiebatque minimum **MV** dormiebatque non minimum **F** 13 pronuntiasset perperam **oux** 14 rouocasse **V** 15 nempe — reuocabas *om. in fine pag.* **o** 16 aplius **x** parsimonia m^1 *in ras.* **u** 17 a cena luce **MVDa** a luce cena **BFoux** 18 et **BFouxa** sed **MVD** aliqua *om.* **o** coegente **VD** 19 haec *corr. ex* hoc **x** medio **o** laboris **D** fremitum **BFDouxa** fremitu **M** tremitu **V** secessum **BFD** 20 tempus — balinei *om.* **D** ipsis lauationibus *coni. Gierig* immersionibus *Boot* intinctionibus *C. F. W. Mueller* 21 destringitur *corr. ex* detringitur **M** distringitur **Doux** tergeturque **D** 22 quasi] quam **u** solutius **u** adlatus (adl- m^2 *in ras.*) **u** 24 ne caeli **BFouxa** nec aeli **M** nec caeli **VD** studii *codd. omnes* studiis *Cellarius* 25 quoque *om.* **D** 26 cur] cum **oux** has *om.* **D** perdere *corr.* m^3 *ex* prodere **x**

omne tempus arbitrabatur, quod studiis non impertiretur. hac inten- 17
tione tot ista uolumina peregit electorumque commentarios centum
sexaginta mihi reliquit, opisthographos quidem et minutissimis scrip-
tos; qua ratione multiplicatur hic numerus. referebat ipse potuisse
se, cum procuraret in Hispania, uendere hos commentarios Larcio
Licino quadringentis milibus nummum, et tunc aliquanto pauciores
erant.

Nonne uidetur tibi recordanti quantum legerit, quantum scripserit, 18
nec in officiis ullis nec in amicitia principis fuisse, rursus, cum audis
quid studiis laboris impenderit, nec scripsisse satis nec legisse? quid est
enim quod non aut illae occupationes impedire aut haec instantia non
possit efficere? itaque soleo ridere, cum me quidam studiosum uocant, 19
qui, si comparer illi, sum desidiosissimus. ego autem tantum, quem
partim publica partim amicorum officia distringunt? quis ex istis qui
tota uita litteris adsident collatus illi non quasi somno et inertiae de-
ditus erubescat?

Extendi epistulam, cum hoc solum quod requirebas scribere desti- 20
nassem, quos libros reliquisset: confido tamen haec quoque tibi non
minus grata quam ipsos libros futura, quae te non tantum ad legendos
eos uerum etiam ad simile aliquid elaborandum possunt aemulationis
stimulis excitare. uale.

---

1 inquid non perdereperireenim arbitrabatur quiaquid studiis noninpende-
retur **V** inquid horas non inpenderetur (inpend- *corr. m*^{2} *ex* inped-; *man. re-
cent. signo inserto marg. add.* desunt) **M** inpertiretur (imper- a inpar- ou)
BFouxa impenderetur **D** *et Flor. Mor. Auct. (cf.* **MV** *supra et u. 10 infra)* 2 ele-
torumque *(post* ele- *ras. unius litt., et* ele- *fortasse in ras.)* **F** eclectorumque
*Budaeus in Comm. Ling. Graec., vol. II, p. 923 (edit. Basiliensis 1557) et marg.
exemplaris ed. Beroaldi Oxoniensis: cf. Classical Philology, vol. II, p. 153*
-torumque — 3 opisthographos *in contextu om., add. marg. infer. m*^{1} **B** 3 sex-
saginta **V** reliquid ophistographos **BF** minutissimis **BFDouxa** minutissime **MV**
4 multiplicantur **u** potuisse se *om.* **BF** 5 procurarent **D** probare **V** uendere
in hispania **oux** larcio **Bo** lartio **Fuxa** largio **MVD** 6 licino **MV** licinio **BFDoux**
Lycinio **a** cccc nummum **D** pautiores erunt **V** 8 quantum scripserit *om.*
MV *et cod. Monacensis 11301* 9 inamicitia *corr. m*^{2} *ex* inanamicitia **M**
principum *Cat.* **a** *et cod. Monacensis 11301* 10 quid officiorum studiis **a** in-
penderit (inpe- *in ras.*) **F**, *corr. m*^{2} *ex* incenderit **M** impenderit (im- *in ras.* **u**
nec legisse *corr. ex* neglegisse **B** neglegisse **V** 11 aut illae (ille **V**) **MV** aut
ille **BFa** aut illa **D** aut ille *corr. m*^{3} *ex* ille aut **x** illa aut **ou** haec *om.* **oux**
12 redire **o** quidem **M** 13 qui si **MVDouxa** quasi **BF** comparer **B** com-
paret **u** 14 publica partim *om.* **D** amicorum officia **BMVDa** officia amico-
rum **Foux** destringant (dis- **x**) **oux** 15 assideret **o** collatus *corr. ex* collа-
tis *ut uidetur* **x** non *om.* **ox**, *add. m*^{3} **x** 17 cum **BFDouxa** quamuis **MV**
18 haec tamen **oux** non *om.* **D** 19 ipso **M** illos **oux** ipsos *m*^{3} **x** quae te —
80. 22 quod pluris *om.* **B** *duobus foliis excisis* futura *corr. m*^{1} *ex* future **u**
legandos **M** 21 uale *om.* **D**

6.

C. PLINIVS ANNIO SEVERO SVO S.

1 Ex hereditate quae mihi obuenit emi proxime Corinthium signum, modicum quidem, sed festiuum et expressum, quantum ego sapio, qui fortasse in omni re, in hac certe perquam exiguum sapio: hoc tamen
2 signum ego quoque intellego. est enim nudum nec aut uitia, si qua sunt, celat aut laudes parum ostentat. effingit senem stantem; ossa, musculi, nerui, uenae, rugae etiam ut spirantis apparent, rari et cedentes capilli, lata frons, contracta facies, exile collum, pendent lacerti,
3 papillae iacent, recessit uenter. a tergo quoque eadem aetas ut a tergo. aes ipsum, quantum uerus color indicat, uetus et antiquum. talia denique omnia, ut possint artificum oculos tenere, delectare imperitorum.
4 quod me quamquam tirunculum sollicitauit ad emendum. emi autem, non ut haberem domi (neque enim ullum adhuc Corinthium domi habeo), uerum ut in patria nostra celebri loco ponerem, ac potissimum in
5 Iouis templo: uidetur enim dignum templo, dignum deo donum.

Tu ergo, ut soles omnia quae a me tibi iniunguntur, suscipe hanc curam, et iam nunc iube basim fieri ex quo uoles marmore, quae no-
6 men meum honoresque capiat, si hos quoque putabis addendos. ego signum ipsum, ut primum inuenero aliquem qui non grauetur, mittam tibi, uel ipse, quod mauis, adferam mecum. destino enim, si tamen of-
7 ficii ratio permiserit, excurrere isto. gaudes quod me uenturum esse polliceor, sed contrahes frontem, cum adiecero ad paucos dies: neque enim diutius abesse me eadem haec quae nondum exire patiuntur. uale.

7.

C. PLINIVS CANINIO RVFO SVO S.

1 Modo nuntiatus est Silius Italicus in Neapolitano suo inedia finisse
2 uitam. causa mortis ualetudo. erat illi natus insanabilis clauus, cuius taedio ad mortem inreuocabili constantia decucurrit, usque ad supre-

2 Adanniumseuerum *ind.* **B** SEVERO **FMVDouxa** 4 et *om.* **ux** 5 hoc *corr. m*^{2} *ex* hec **u** certe] re **x** 8 apperent **D** 10 pupille **F** recessit uenter **Fouxa** uenter recessit **MVD** ut ante. Aerugo aes ipsum *Stahl* at ergo *bis* **M** ut a tergo *om.* **x** 12 artificium **Do** 13 tamquam **ux** sollicitauit demendum **F** sollicitauit emendum **oux** 14 ut *om.* **o** habererem **F** corinthium *corr. m*^{1} *ex* corinthum **V** 15 caelebre **F** 16 Iouis templum **u** uidetur — donum *om.* **o** 18 etiam **oux** iubeas imfieri **M** fieri] fie **D** ex (-x *in ras.*) **F** marmore **u** 21 mauis] magis **V** enim si *om.* **D** 22 me *om.* **x** 23 adiero **D** 24 me diutius abesse **x** me sinunt eadem *Sichardus* haec *om.* **ux** nondum] non **D**

26 CANINIO (Canninio **o**) RVFO **Foux** Adcaniniumrufum *ind.* **B** CANINIO **D** CANNIO **MVa** SVO *om.* **ux** 27 siluius **F** Silus **u** *et m*^{1} **o** silicus **D** neapollitano **V** ne apollitano **M** uitam finisse *Cat.* **a** 28 causa *corr. m*^{2} *ex nescio quo* **u** 29 dicucurrit **u**

mum diem beatus et felix, nisi quod minorem ex liberis duobus amisit: sed maiorem melioremque florentem atque etiam consularem reliquit. laeserat famam suam sub Nerone, credebatur sponte accusasse: 3
sed in Vitelli amicitia sapienter se et comiter gesserat, ex proconsulatu Asiae gloriam reportauerat, maculam ueteris industriae laudabili otio abluerat. fuit inter principes ciuitatis sine potentia, sine inuidia: 4
salutabatur, colebatur, multumque in lectulo iacens, cubiculo semper non ex fortuna frequenti, doctissimis sermonibus dies transigebat, cum a scribendo uacaret. scribebat carmina maiore cura quam ingenio, non 5
numquam iudicia hominum recitationibus experiebatur. nouissime ita 6
suadentibus annis ab urbe secessit seque in Campania tenuit, ac ne aduentu quidem noui principis inde commotus est. magna Caesaris 7
laus, sub quo hoc liberum fuit, magna illius, qui hac libertate ausus est uti. erat φιλόκαλος usque ad emacitatis reprehensionem. plures is- 8
dem in locis uillas possidebat adamatisque nouis priores neglegebat. multum ubique librorum, multum statuarum, multum imaginum, quas non habebat modo uerum etiam uenerabatur, Vergili ante omnes, cuius natalem religiosius quam suum celebrabat, Neapoli maxime, ubi monimentum eius adire ut templum solebat.

In hac tranquillitate annum quintum et septuagensimum excessit, 9
delicato magis corpore quam infirmo; utque nouissimus a Nerone factus est consul, ita postremus ex omnibus quos Nero consules fecerat decessit. illud etiam notabile, ultimus ex Neronianis consularibus obiit 10
quo consule Nero periit. quod me recordantem fragilitatis humanae miseratio subit. quid enim tam circumcisum, tam breue quam hominis 11
uita longissima? an non uidetur tibi Nero modo modo fuisse? cum

---

1 minorem — 2 sed *om.* **F** ex] e **a** duobus liberis **o** 2 meliore florentemque **F** meliorem florentemque **a** atque *corr. m*^{1} *ex* atque **M**, *om* **Fa** reliquid **V** 4 uitellii **oxa** uitelii **u** se sapienter **oux** 5 reportauerat *corr. ex* reportauit **x** reportauit **o** 7 salutabatur colebaturque multum *coni. Kortte* 8 nec *uel* sed non *pro* non *suspicatur Kukula* frequenti **FDouxa** praesenti **MV** transiebat (-n- *in ras. litterae* -h- **F**) **FMo** cum a scribendo (sc- *in ras.*) **F** cum adscribendo **a** 10 recitationibus *om.* **o** 11 annis *corr. m*^{1} *fortasse ex* amnis **o** 12 noui principis quidem **oux** amotus **u** *et man. recent.* l'a (= amotus) **o** 13 quo *om.* **o** magna *in ras.* **F** ausus] usus **MVu** 14 erata **M** ΦΙΛΟΚΑΛΟΣ **FDa** ΦΙΛΟΚΑΛΟΝ **V** ΦΙΛΟΚΑΛΟΛ **M**, *om. in lac.* **oux** (φιλόκαλλος *add. m*^{2} **o** φιλόκαλος *m*^{2} **x** *ante quod* ph *del.*) emacitatis **FDouxa** ciuitatis **MV** reprehensione **F** pluris **ux** 15 in *om.* **ux** adamatisque (-a- *altero loco m*^{1} *in ras.*) **F** adiamantisque **u** prioris **D** 16 quos **u** 17 modo (*m*^{1} *in ras. uocis* solum, *ut uidetur*) **o** mododo **M** uenerabatur (-a- *priore loco m*^{1} *in ras* **F**, *m*^{2} **u**) **Fu** uergilii **MV** uirgilii **FDouxa** omnis **o** 18 suam **FV** celebrabat (-ra- *m*^{1} *in ras.*) **o** celebrat **D** monumentum **Fx** 19 eius] est **oux** 20 excessit **MVDa** decessit (de- *in ras.* **F**) **Foux** 21 deligato **MV** corpore *add. m*^{2} **x** 22 consules *om. fin. uers.* **o** 23 etiam] et **ux** neromanis **u** 24 periit **Fouxa** perit **MVD** fragilitas **D** 25 tam breue *om.* **V** tam breue — 26 an non *om.* **D** 26 modo modo **MVD** modo **Fouxa**

interim ex iis qui sub illo gesserant consulatum nemo iam superest.
12 quamquam quid hoc miror? nuper L. Piso, pater Pisonis illius qui a
Valerio Festo per summum facinus in Africa occisus est, dicere sole-
bat neminem se uidere in senatu quem consul ipse sententiam roga-
13 uisset. tam angustis terminis tantae multitudinis uiuacitas ipsa con-
cluditur, ut mihi non uenia solum dignae uerum etiam laude uideantur
illae regiae lacrimae. nam ferunt Xerxen, cum immensum exercitum
oculis obisset, inlacrimasse, quod tot milibus tam breuis immineret
14 occasus. sed tanto magis hoc quidquid est temporis futilis et caduci,
si non datur factis (nam horum materia in aliena manu), certe studiis
proferamus, et quatenus nobis denegatur diu uiuere, relinquamus ali-
15 quid quo nos uixisse testemur. scio te stimulis non egere; me tamen
tui caritas euocat ut currentem quoque instigem, sicut tu soles me.
ἀγαθὴ δ' ἔρις, cum in uicem se mutuis exhortationibus amici ad amo-
rem immortalitatis exacuunt. uale.

8.

C. PLINIVS SVETONIO TRANQVILLO SVO S.

1 Facis pro cetera reuerentia, quam mihi praestas, quod tam sollicite
petis ut tribunatum, quem a Neratio Marcello, clarissimo uiro, impe-
traui tibi, in Caesennium Siluanum, propinquum tuum, transferam.
2 mihi autem sicut iucundissimum ipsum te tribunum ita non minus
gratum alium per te uidere. neque enim esse congruens arbitror, quem
augere honoribus cupias, huic pietatis titulis inuidere, qui sunt omni-
3 bus honoribus pulchriores. uideo etiam, cum sit egregium et mereri
beneficia et dare, utramque te laudem simul adsecuturum, si quod ipse
meruisti alii tribuas. praeterea intellego mihi quoque gloriae fore, si

---

1 iis **Fa** his **MVD** illis **oux** gesserunt (gesser̄ **F**) **Fux** gesserant **MVDo** *Cat.* **a** iam nemo **oux** 2 hoc] haec **oux** lucius (lutius **o**) piso (*corr. ex* pisor **x**) **Fouxa** Piso pater *om.* **M** 3 uario **x** facimus **u** affrica **Fu** africa *corr. m*^{1} *ex* atrica **o** 6 digna **a** 7 xerxen **MVD** xerxem **oua** xerxē **x** xersen **F** 8 tam *om.* **D** breui *coni. Leithaeuser* immineret *corr. m*^{3} *ex* immuneret **o** 9 tanto **FDouxa** eo **MV** temporis futilis **Fouxa** temporis fuit ilis *corr. m*^{1} *ex* temporis fuitillis **MV** futilis temporis **D** caducis non **MV** 10 si *m*^{2} *in ras.* **u** factis *m*^{1} *in ras.* **u** in *om.* **D** certe **FDouxa** nos certe **M** nosscere **V** posita certe *coni. C. F. W. Mueller* 12 testemur (-emur *m*^{2} *in ras.*) **u** similis **u** me *om.* **F** 13 me ΑΓΑΘΗΔΕΡΙϹ **Fa** mea αγαθη άερις **D** me ΑΤΑΘΗΔΕΡΙϹ **M** mea ΤΑΘΗΔΕΡΙϹ **V**: *Graeca om. in lac.* **oux**, *add. m*^{2} **o**; φιλόκαλος *repetiit m*^{2} *ex 72. 14 supra* **x**: *Hesiod. Op. 24* 15 exacuit **o** uale *om.* **D**

17 SVETONIO TRANQVILLO SVO **oux** Adsueton tranqui *ind.* **B** SVETO TRANQVILLO (*marg.* sueto tranquillo suo) **F** TRANQVILLO SVO **MVDa** 18 facisadprocetera *ind.* **B** sollicitae **M** 19 clarissimo uiro] cū **D** cum **l** 20 caesennium **Fa** cesennium **MVoux** cessennium **D** 21 sicut est iucundissimum (ioc- **ux**) **Doux** 22 alium] aliquando **o** per (-er *m*^{2} *in ras.*) **u** esse *om.* **x** *et Flor. Mor. Auct.* 4 arbitror ut quem *Flor. Mor. Auct.* 23 agere **M** honoribus *om.* **MV** sunt in omnibus **F** 24 etiam et cum **ux** cum] quam **MV** egregium *corr. m*^{1} *ex* egrium **V** 26 ali **D** propterea **V**

ex hoc tuo facto non fuerit ignotum amicos meos non gerere tantum tribunatus posse uerum etiam dare. quare ego uero honestissimae uo- 4
luntati tuae pareo. neque enim adhuc nomen in numeros relatum est, ideoque liberum est nobis Siluanum in locum subdere; cui cupio tam
5 gratum esse munus tuum, quam tibi meum est. uale.

9.

C. PLINIVS CORNELIO MINICIANO SVO S.

Possum iam perscribere tibi, quantum in publica prouinciae Bae- 1
ticae causa laboris exhauserim. nam fuit multiplex actaque est saepius 2
10 cum magna uarietate. unde uarietas? unde plures actiones? Caecilius Classicus, homo foedus et aperte malus, proconsulatum in ea non minus uiolenter quam sordide gesserat eodem anno quo in Africa Marius Priscus. erat autem Priscus ex Baetica, ex Africa Classicus. inde dic- 3
tum Baeticorum, ut plerumque dolor etiam uenustos facit, non inle-
15 pidum ferebatur 'dedi malum et accepi'. sed Marium una ciuitas pu- 4
blice multique priuati reum peregerunt, in Classicum tota prouincia incubuit. ille accusationem uel fortuita uel uoluntaria morte praeuer- 5
tit. nam fuit mors eius infamis, ambigua tamen: ut enim credibile uidebatur uoluisse exire de uita, cum defendi non posset, ita mirum
20 pudorem damnationis morte fugisse quem non puduisset damnanda committere.

Nihilo minus Baetica etiam in defuncti accusatione perstabat. 6
prouisum hoc legibus, intermissum tamen et post longam intercapedinem tunc reductum. addiderunt Baetici quod simul socios ministros-
25 que Classici detulerunt nominatimque in eos inquisitionem postulauerunt.

Aderam Baeticis mecumque Lucceius Albinus, uir in dicendo co- 7
piosus, ornatus; quem ego cum olim mutuo diligerem, ex hac officii societate amare ardentius coepi. habet quidem gloria, in studiis prae- 8

---

1 ex *om.* **D** genere **u** 2 tribunatum **oux** uero *del.* **i**, *om.* **p** honestissime **M** 3 enim *om.* **ux** numero **V** numerum **x** numeros **i**) 4 subsedere **MV** cui *om.* **D** 5 esse gratum **M** est uale — 77. 17 diligenter *om.* **MV** (hic deest principium huius epistolae *man. saec. XV in marg. add.* **V** Deest principium insequentis epistulae *man. recent. in marg. add.* **M**) 7 CORNELIO MINICIANO (mimitiono o) SVO **Fo** Adcorneliumminicianum *ind.* **B** cornelio suo minutiano (minuciano **x** ux MINICIANO (MINITIANO **a** SVO **Da** 8 iam *om.* **x** 10 cum] quo **D** 11 foedus **F** 12 sordide] stolide **x** 13 dictum] deinde **u** 14 uenustos] uentos **F** 15 ferebatur (-e- *priore loco in ras.* **u** 16 reum *corr. ex* rerum **x** rerum **u** 17 peruertit **u** 18 nam] non *Schottmüller* 20 morte fugisse *corr. ex* fugisse morte **x** 22 nichil hominus **F** 24 quot **a** 25 eos *corr. m² ex nescio qua uocula* **D** 27 aderant **D** lucceius **D** luceius **oa** lucius *una littera inter* -c- *et* -i- *deleta* **F** Fu · L · **x** aluinus **D** 29 gloria *Ber.* **a** gloriam **FDoux**

sertim, quiddam ἀκοινώνητον, nobis tamen nullum certamen, nulla contentio, cum uterque pari iugo non pro se sed pro causa niteretur; cuius et magnitudo et utilitas uisa est postulare ne tantum oneris sin-
9 gulis actionibus subiremus. uerebamur ne nos dies, ne uox, ne latera deficerent, si tot crimina, tot reos uno uelut fasce complecteremur; deinde ne iudicum intentio multis nominibus multisque causis non lassaretur modo uerum etiam confunderetur; mox ne gratia singulorum collata atque permixta pro singulis quoque uires omnium acciperet; postremo ne potentissimi uilissimo quoque quasi piaculari dato alienis
10 poenis elaberentur. etenim tum maxime fauor et ambitio dominatur,
11 cum sub aliqua specie seueritatis delitescere potest. erat in consilio Sertorianum illud exemplum, qui robustissimum et infirmissimum militem iussit caudam equi — reliqua nosti. nam nos quoque tam numerosum agmen reorum ita demum uidebamus posse superari, si per singulos carperetur.

12 Placuit in primis ipsum Classicum ostendere nocentem: hic aptissimus ad socios eius et ministros transitus erat, quia socii ministrique probari nisi illo nocente non poterant. ex quibus duos statim Classico iunximus, Baebium Probum et Fabium Hispanum, utrumque gratia, Hispanum etiam facundia ualidum. et circa Classicum quidem breuis
13 et expeditus labor. sua manu reliquerat scriptum, quid ex quaque re, quid ex quaque causa accepisset: miserat etiam epistulas Romam ad amiculam quandam iactantes et gloriosas, his quidem uerbis, 'io io, liber ad te uenio; iam sestertium quadragiens redegi parte uendita Baeticorum.'

14 Circa Hispanum et Probum multum sudoris. horum ante quam crimina ingrederer, necessarium credidi elaborare ut constaret ministerium crimen esse: quod nisi fecissem, frustra ministros probassem.
15 neque enim ita defendebantur ut negarent, sed ut necessitati ueniam

1 ἀκοινώνητον **D** *Cat.* a ΑΚΟΙΝΟΝΟΗΤΟΝ **F**, *om. in lac.* **oux**, *add. m²* *in lac.* **o** *et in marg.* **F**: *cf. Cic. Att. VI. 1. 7; 3. 7; Iuu. 7. 218* 4 uerebatur **D** nos] nobis **F** uox] nox **Dux** 5 uelut] uel **o** faste **u** 6 ne *om.* **F** iudicum (-cum *m²* *in ras.*) **u** 7 lassaretur **FDoa** *et m²* **x** laxaretur **ux** etiam ne confunderetur **o** singulet conlata **D** 8 quoque] quae **x** omnium uires **oux** reciperet **ux** 9 potentissimili uilissimo **D** quoque] que **u** 10 penis *corr. ex* poenis, *ut uidetur* **F** elaborarentur **D** dominantur **o** 12 infirmissimum **Fa** firmissimum **Do** fortissimum **ux** 13 caudam equi **Da** equi caudam **oux** caudam sequi **F** caudam equi reuellere, reliqua *coni. Kukula* nosci **u** tam] iam **D**, *om.* **u** 14 rorum **o** uidebamur *corr., fortasse m²*, *ex* uidebamus **F** si per] super **x** 15 caperetur **oux** 16 apertissimis **ux** 18 duo **ux** 19 fauium **D** utrimque **u** utrumque gratia Hispanum *om.* **D** 20 citra, *ut uidetur* **D** 21 manus **D** 23 io io **a** hio hio *corr. ex* io io **F**, *om.* **Doux** 24 libet **u** liber *corr. ex* libet **x** hs xxxx redegi **D** parte *corr. m²* *ex* parce **u** praeda *Mommsen* 26 circa] cir **D** probium **u** 28 fecissem **FDox** effecissem **ua** 29 negarent sed *in ras.* **o**

precarentur: esse enim se prouinciales et ad omne proconsulum imperium metu cogi. solet dicere Claudius Restitutus, qui mihi respondit, 16
uir exercitatus et uigilans et quamlibet subitis paratus, numquam sibi tantum caliginis, tantum perturbationis offusum, quam cum praecepta et extorta defensioni suae cerneret in quibus omnem fiduciam reponebat. consilii nostri exitus fuit: bona Classici quae habuisset ante pro- 17
uinciam placuit senatui a reliquis separari, illa filiae, haec spoliatis relinqui. additum est ut pecuniae quas creditoribus soluerat reuocarentur. Hispanus et Probus in quinquennium relegati. adeo graue ui-
sum est quod initio dubitabatur an omnino crimen esset.

Post paucos dies Claudium Fuscum, Classici generum, et Stilonium 18
Priscum, qui tribunus cohortis sub Classico fuerat, accusauimus dispari euentu: Prisco in biennium Italia interdictum, absolutus est Fuscus.

Actione tertia commodissimum putauimus plures congregare, ne, 19
si longius esset extracta cognitio, satietate et taedio quodam iustitia cognoscentium seueritasque languesceret; alioqui supererant minores rei data opera hunc in locum reseruati, excepta tamen Classici uxore, quae sicut implicita suspicionibus ita non satis conuinci probationibus
uisa est. nam Classici filia, quae et ipsa inter reos erat, ne suspicioni- 20
bus quidem haerebat. itaque cum ad nomen eius in extrema actione uenissem, (neque enim ut initio sic etiam in fine uerendum erat ne per hoc totius accusationis auctoritas minueretur) honestissimum credidi non premere immerentem, idque ipsum dixi et libere et uarie.
nam modo legatos interrogabam, docuissentne me aliquid quod re 21
probari posse confiderent, modo consilium a senatu petebam, putaretne debere me, si quam haberem in dicendo facultatem, in iugulum innocentis quasi telum aliquod intendere; postremo totum locum hoc fine conclusi, 'dicet aliquis 'iudicas ergo?' ego uero non iudico, memini
tamen me aduocatum ex iudicibus datum.'

Hic numerosissimae causae terminus fuit, quibusdam absolutis, 22
pluribus damnatis atque etiam relegatis, aliis in tempus aliis in per-

---

1 se] si **D**, *om.* **u** omne *om.* **o** 3 uigulans **u** 4 offusum **Douxi** effusum **Fa** quam cum praecepta **FD** quam cum praecepta **ux** quam prae praecepta **o** quam cum ea praecepta **a** 5 cernentur **u** cerneretur **x** 6 que *corr. ex* quem **x** 7 ab **x** haec **Douxa** ac **F** 10 dubitabatur] uidebatur **D** esset est **x** 11 claudium **Fux** Clauium **a** cluuium **Do** fustum **u** stilonium **F** stillonium **Da** tilonium **o** cilonium **ux** 12 classico *corr. m*^{1} *fortasse ex* claudio **F** 13 biennio in italia **o** 14 fustus **u** 17 et alioqui **D** 18 in *add. supra m*^{2} **x** 19 in placita **D** suspitionibus *corr. m*^{1} *ex* suspitionis **u** suspitionibus **x** conuici **D** 20 et ipsa] ex ipsos **u** reos] ceos **x** suspicionibus **x** 24 in maerentem **o** idque] ut quae **D** 25 quod re probari **Douxa** quod probari **F** 26 putaretne **D** 28 aliquid **u** intendere] inten **D** ictum locum hoc fine *corr. ex* ictum hoc fine locum **x** 31 morsissime **u** 32 damnatis damnat- *m*^{1} *in ras* **u**

petuum. eodem senatus consulto industria, fides, constantia nostra plenissimo testimonio comprobata est, dignum solumque par pretium tanti laboris. concipere animo potes quam simus fatigati, quibus totiens agendum, totiens altercandum, tam multi testes interrogandi, subleuandi, refutandi. iam illa quam ardua, quam molesta, tot reorum amicis secreto rogantibus negare, aduersantibus palam obsistere! referam unum aliquid ex iis quae dixi: cum mihi quidam e iudicibus ipsis pro reo gratiosissimo reclamarent, 'non minus' inquam 'hic innocens erit, si ego omnia dixero.' coniectabis ex hoc quantas contentiones, quantas etiam offensas subierimus, dumtaxat ad breue tempus: nam fides in praesentia eos quibus resistit offendit, deinde ab illis ipsis suspicitur laudaturque. non potui magis te in rem praesentem perducere.

Dices 'non fuit tanti: quid enim mihi cum tam longa epistula?' nolito ergo identidem quaerere quid Romae geratur. et tamen memento non esse epistulam longam quae tot dies, tot cognitiones, tot denique reos causasque complexa sit. quae omnia uideor mihi non minus breuiter quam diligenter persecutus. temere dixi 'diligenter': succurrit quod praeterieram, et quidem sero; sed quamquam praepostere, reddetur. facit hoc Homerus multique illius exemplo: est alioqui perdecocorum, a me tamen non ideo fiet.

E testibus quidam siue iratus, quod euocatus esset inuitus, siue subornatus ab aliquo reorum, ut accusationem exarmaret, Norbanum Licinianum, legatum et inquisitorem, reum postulauit, tamquam in causa Castae (uxor haec Classici) praeuaricaretur. est lege cautum ut reus ante peragatur, tunc de praeuaricatore quaeratur, uidelicet quia optime ex accusatione ipsa accusatoris fides aestimatur. Norbano tamen non ordo legis, non legati nomen, non inquisitionis officium praesidio fuit: tanta conflagrauit inuidia homo alioqui flagitiosus et Domitiani temporibus usus, ut multi, electusque tunc a prouincia ad in-

---

2 pretium **Dia** pretio **Foux** 3 laboris tanti **D** debes *post* animo *del.* **x** potest **D** totiens *om.* **D** 4 altricandum **u** 5 tot eorum **D** 6 negare *corr. ex* negaure **x** 7 iis **Fa** his **D** omnibus **oux** 8 gratiosissimi **Doux** hic *om.* **D** erat **D** 10 subieribus **x** uberrimus **o** 11 ipsis *om.* **ux** suspicetur **D** 12 non potui magis te **Fa** non potui te magis **oux** non magis potui te **D** producere **u** 13 fuit **D** *Cat.* ia fui **Foux** 14 romae *(expunx. m^1)* gerebatur **F** memento non esse **D** memento esse non **Fa** memento etiam non esse **ox** etiam non esse **u** tot cognitiones tot dies **oux** 16 sit] est **oux** complexa sit] complexas **D** 17 persecuto **D** 18 praeterierat **o** praeteriam **D** et quidem] equidem **oux** quamquam potest recrederetur facit **F** redditur **V** 19 facit *corr.* m^2 *ex* facere **M** omerus **F** 20 ideo fiet **MVDa** ideo fiat **Fux** omnino fiat **o** (fiet i) 21 euocatus esset (-ocatus esset m^1 *in ras.*) **F** 23 lacinianum **Fo** inquisitiorem **MV** reum] rerum **F** 24 caste **o** preuaricatione **u** 25 quia] qua **F** qui **M** 26 obtime **F** accusatoris *corr.* m^2 *ex* -iris **M** accusatores **V** existimatur **o** exstimatur **u** 27 presidii **u** 28 confraglauit **M** flagrauit **ux** alioqui] aliqui **D** et *om.* **o** 29 electusque tunc **FMVa** electus tunc **D** electusque (electisque **u**) nec tunc **oux**

quirendum, non tamquam bonus et fidelis, sed tamquam Classici inimicus (erat ab illo relegatus). dari sibi diem et edi crimina postulabat: 32
neutrum impetrauit, coactus est statim respondere. respondit, malum
prauumque ingenium hominis facit ut dubitem confidenter an constan-
ter, certe paratissime. obiecta sunt multa quae magis quam praeuari- 33
catio nocuerunt; quin etiam duo consulares, Pomponius Rufus et Libo
Frugi, laeserunt eum testimonio, tamquam apud iudicem sub Domi-
tiano Salui Liberalis accusatoribus adfuisset. damnatus et in insulam 34
relegatus est. itaque cum Castam accusarem, nihil magis pressi, quam
quod accusator eius praeuaricationis crimine corruisset. pressi tamen
frustra: accidit enim res contraria et noua, ut accusatore praeuarica-
tionis damnato rea absolueretur.

Quaeris quid nos, dum haec aguntur? indicauimus senatui ex Nor- 35
bano didicisse nos publicam causam rursusque debere ex integro di-
scere, si ille praeuaricator probaretur, atque ita, dum ille peragitur reus,
sedimus: postea Norbanus omnibus diebus cognitionis interfuit eun-
demque usque ad extremum uel constantiam uel audaciam pertulit.

Interrogo ipse me an aliquid omiserim rursus, et rursus paene 36
omisi. summo die Saluius Liberalis reliquos legatos grauiter increpuit,
tamquam non omnes quos mandasset prouincia reos peregissent, atque,
ut est uehemens et disertus, in discrimen adduxit. protexi uiros opti-
mos eosdemque gratissimos: mihi certe debere se praedicant quod illum
turbinem euaserint.

Hic erit epistulae finis, re uera finis; litteram non addam, etiam si 37
aliquid adhuc praeterisse me sensero. uale.

10.

C. PLINIVS VESTRICIO SPVRINNAE SVO ET COTTIAE S.

Composuisse me quaedam de filio uestro non dixi uobis, cum pro- 1
xime apud uos fui, primum quia non ideo scripseram, ut dicerem, sed

2 illo (i- *in ras. litterae e-, ut uidetur*) o diem edi crimina postulabat **D** idem et edi crimina postulabat **MV** diem ad diluenda crimina postulauit **Fouxa** 4 paruumque **D** an **FVDouxa** ac **M** 5 pacatissime x 6 nec (*corr. m² ex* noc) uerum quin **M** consularis **M** ruffus ou et (ut x) libo **FVouxa** et libro **M** edibo **D** 7 eum] cum x, *om.* o 8 saluii **Fouxa** in *om.* **MV** 9 eum *om.* o (accusarem i nihil] nisi **oux** 10 eius cuius praeuaricationis **oux** crimen o corruisset (-set *m¹ in ras.*) u 11 frusta **M** accusare **V** 12 absolueretur **MVDouxa** solueretur **F** 13 aguntur haec **oux** indicauimus u senatu **Vu** ex] et x nos — 14 discere *in marg. infer. man. contemp. add.* **V** 16 eademque ux tandemque **D** 17 costantiam a 18 iterrogo u 19 summo die *om.* **MV** increpauit **Doux** 20 non *om.* **M** 21 obtimos **F** 24 erit *om.* **F** re uera finis *om.* **oux** etiam si aliquid adhuc **Fux** etiam si aliquid o etiam si adhuc aliquid **MV** etiam adhuc aliquid **D**

27 Aduestric (-iu *delet.*) spurinn *ond* **B** SPVRINNAE (SPVRINAE **M**) SVO SVO *om.* **D** ET COTTIAE **MVDa** Spurinnae et Cotiae o Spurinae spurinnae x et Cociae suae ux SPVRINNAE SVO **F** 29 primo o quia] quidem **M** ideo idis **D**

ut meo amori, meo dolori satisfacerem; deinde quia te, Spurinna, cum audisses recitasse me, ut mihi ipse dixisti, quid recitassem simul audisse
2 credebam. praeterea ueritus sum ne uos festis diebus confunderem, si in memoriam grauissimi luctus reduxissem. nunc quoque paulisper haesitaui, id solum quod recitaui mitterem exigentibus uobis, an ad-
3 icerem quae in aliud uolumen cogito reseruare. neque enim adfectibus meis uno libello carissimam mihi et sanctissimam memoriam prosequi satis est, cuius famae latius consuletur, si dispensata et digesta fuerit.
4 uerum haesitanti mihi, omnia quae iam composui uobis exhiberem, an adhuc aliqua differrem, simplicius et amicius uisum est omnia, praecipue cum adfirmetis intra uos futura, donec placeat emittere.
5 quod superest, rogo ut pari simplicitate, si qua existimabitis addenda,
6 commutanda, omittenda, indicetis mihi. difficile est huc usque intendere animum in dolore, difficile: sed tamen ut scalptorem, ut pictorem, qui filii uestri imaginem faceret, admoneretis quid exprimere, quid emendare deberet, ita me quoque formate, regite, qui non fragilem et caducam, sed immortalem, ut uos putatis, effigiem conor efficere; quae hoc diuturnior erit, quo uerior, melior, absolutior fuerit. ualete.

11.

C. PLINIVS IVLIO GENITORI SVO S.

1 Est omnino Artemidori nostri tam benigna natura, ut officia amicorum in maius extollat: inde etiam meum meritum ut uera ita supra
2 meritum praedicatione circumfert. equidem, cum essent philosophi ab urbe summoti, fui apud illum in suburbano, et quo notabilius, hoc est periculosius, esset, fui praetor. pecuniam etiam, qua tunc illi ampliore opus erat, ut aes alienum exsolueret contractum ex pulcherrimis causis, mussantibus magnis quibusdam et locupletibus amicis mutuatus ipse
3 gratuitam dedi. atque haec feci, cum septem amicis meis aut occisis

---

1 me dolori u te *om.* **MV** (te *add.* i) spurina u 2 audisse et recitasse **M** audisset recitasse **V** (audisses i) recitassem] recitasse o 4 in *om.* **MV** 5 adicerem] dicerem o 6 aliud *corr. m*^{2} *ex* aliquid u aliquod x cogitare seruare **D** 7 ullo x memoriam *om.* **F** 8 est *om.* **D** cuius] cunius **M** consuleretur **oux** consularetur **D** 9 exhibere **F** 10 amicitius x 11 adfirmatis **F** 13 animum hucusque tendere o hucusque animum intendere ux huc usque — 14 difficile *om.* **MV** indicetis. mihi difficile . . . difficile et uobis, sed *Sichardus* in dolore *om.* u scalptorem **Fa** sculptorem **Doux** scriptorem **MV** (ut *ante* pictorem *add.* i) et pictorem **D** 16 ita me (-a n- *m*^{1} *in ras.*) u format eregite **M** forma regite **F** effigere ux 18 melior uerior o ualete o uale **MVFDuxa** 20 IVLIO GENITORI **Fuxa** IVNIO GENITORI o *et marg., sed corr. m*^{1} **F** Adiuliumgenitor *ind.* **B** GENITORI **MVD** 21 Arthemidori ux nostro **M** 24 sunt moti **F** est] et *Kortte. om.* **Do** est periculosius] periculosiusque *Sichardus* 26 erat *corr. m*^{1} *ex* esset, *ut uidetur* o 27 magnis *corr. m*^{1} *ex* magis **V** quibusdam *om.* x locupletis u 28 atque haec **FDa** ad haec **MV** atque ita hoc **oux**

aut relegatis, occisis Senecione, Rustico, Heluidio, relegatis Maurico Gratilla, Arria, Fannia, tot circa me iactis fulminibus quasi ambustus mihi quoque impendere idem exitium certis quibusdam notis augurarer.

Non ideo tamen eximiam gloriam meruisse me, ut ille praedicat, credo, sed tantum effugisse flagitium. nam et C. Musonium, socerum eius, quantum licitum est per aetatem, cum admiratione dilexi, et Artemidorum ipsum iam tum, cum in Syria tribunus militarem, arta familiaritate complexus sum, idque primum non nullius indolis dedi specimen, quod uirum aut sapientem aut proximum simillimumque sapienti intellegere sum uisus. nam ex omnibus qui nunc se philosophos uocant uix unum aut alterum inuenies tanta sinceritate, tanta ueritate. mitto qua patientia corporis hiemes iuxta et aestates ferat, ut nullis laboribus cedat, ut nihil in cibo, in potu uoluptatibus tribuat, ut oculos animumque contineat. sunt haec magna, sed in alio; in hoc uero minima, si ceteris uirtutibus comparentur, quibus meruit ut a C. Musonio ex omnibus omnium ordinum adsectatoribus gener adsumeretur.

Quae mihi recordanti est quidem iucundum quod me cum apud alios tum apud te tantis laudibus cumulat, uereor tamen ne modum excedat, quem benignitas eius (illuc enim unde coepi reuertor) non solet tenere. nam in hoc uno interdum uir alioqui prudentissimus honesto quidem sed tamen errore uersatur, quod pluris amicos suos quam sunt arbitratur. uale.

12.

C. PLINIVS CATILIO SEVERO SVO S.

Veniam ad cenam: sed iam nunc paciscor sit expedita, sit parca, Socraticis tantum sermonibus abundet, in his quoque teneat modum. erunt officia antelucana, in quae incidere impune ne Catoni quidem

---

1 religatis MV Senerione u eluidio religatis V etuidiore legatis M heluidio: Θ | relegatis o 2 gratillia MV gratella ux fluminibus u quasi *corr. m*¹ *ex* quisi V conbustus *corr. m*² *ex* ambustus F 3 noctis D 5 eximiam FDouxia nimiam MV 6 tantum] tamen o nam et] manet D C· Da ·G MVF ·Q· ox quintum u cum admiratione FDouxa eadem ratione (ratio ne M MV 8 siria Mu militaris D arcta ouxa 9 itque MV nonnullis o non ullius D 10 aut *priore loco om.* ux 11 quos nunc phylosophos uocant F 12 ox *om.* D inuenies *corr. ex* inuenes x 13 hiemis iuxta et aetate ferat et nulli laboribus D ut] et ux 15 uero numero minima x 16 comparentur — 17 omnibus *om.* F a *om.* o gaio u 18 quod me cum *om.* D 20 unde coepi (cepi F cepi M) reuertor (*corr. m*¹ *ex* reuertor unde cepi F MVFDa reuertor unde cepi cepi ux oux non solet Fouxa solet non MVD 21 uno (-o *m*² *in ras.*) u uir *om.* D aliqui M perprudentissimus x 23 arbitrantur B

25 CATILIO SEVERO Fux Adcatilinum seuer *ind.* B carilio saeuero o CATILIO BDa CATILLO M CATILLO V 26 iam non paciscor expedita sit parca socraticis BF 27 socratis u

licuit, quem tamen C. Caesar ita reprehendit, ut laudet. describit enim eos quibus obuius fuerit, cum caput ebrii retexissent, erubuisse: deinde adicit 'putares non ab illis Catonem, sed illos a Catone deprehensos'. potuitne plus auctoritatis tribui Catoni, quam si ebrius quoque tam uenerabilis erat? nostrae tamen cenae ut apparatus et impendii sic temporis modus constet. neque enim ii sumus quos uituperare ne inimici quidem possint, nisi ut simul laudent. uale.

13.

C. PLINIVS VOCONIO ROMANO SVO S.

Librum quo nuper optimo principi consul gratias egi misi exigenti tibi, missurus, etsi non exegisses. in hoc consideres uelim ut pulchritudinem materiae ita difficultatem. in ceteris enim lectorem nouitas ipsa intentum habet, in hac nota, uulgata, dicta sunt omnia; quo fit ut quasi otiosus securusque lector tantum elocutioni uacet, in qua satisfacere difficilius est, cum sola aestimatur. atque utinam ordo saltem et transitus et figurae simul spectarentur! nam inuenire praeclare, enuntiare magnifice interdum etiam barbari solent, disponere apte, figurare uarie nisi eruditis negatum est. nec uero adfectanda sunt semper elata et excelsa. nam ut in pictura lumen non alia res magis quam umbra commendat, ita orationem tam summittere quam attollere decet. sed quid ego haec doctissimo uiro? quin potius illud, adnota quae putaueris corrigenda. ita enim magis credam cetera tibi placere, si quaedam displicuisse cognouero. uale.

14.

C. PLINIVS ACILIO SVO S.

Rem atrocem nec tantum epistula dignam Larcius Macedo, uir praetorius, a seruis suis passus est, superbus alioqui dominus et saeuus et qui seruisse patrem suum parum, immo nimium meminisset. laua-

1 · G · **MV** scribit *Casaubon* 2 fuerat **MV** ebrei u ebreii **V** ebii **D** 3 reprehensos **Do** deprehensis *corr. ex* deprehensos **x** 4 auctoritas **F** 5 impendi **D** sic] si **F** 6 hi **oux** ne] nec **D**

9 VOCONIO ROMANO **Foux** Aduoconiumromanum *ind.* **B** ROMANO **BMVDa** 10 librum (-rum m^2 *in ras.*) u exgenti **M** 11 exigisses **V** ag *ante* exegisses *del.* **x** 12 in ceteris — 13 habet *om.* **o** 13 in hoc *Sichardus* 15 ut in ordo **MV** 16 namutinuenire **V** et nuntiare **D** 17 figurare *corr.* m^1 *ex* figurae **B** figurate **x** (figurare **i**) 18 adfectanda **MVoxa** adiecta **BF** affretanda u elata] et lata **Dou** et elata *corr.* m^2 *ex* et lata **x** 19 res est magis **V** 21 egi **M** hoc **F** illud] illa **Dux** illa *post* putaueris *del.* m^2 **M**

25 ACILIO **BFMDuxa** ACILLIO **V** attilio **o** Adpatilium *ind.* **B** 26 rem *corr. ex* rom **B** epistulam **V** larcius (*corr. ex* largius **x**) **ox** largius **BFMVDua** 27 est *om.* **ux** aliqui **D** seruus *corr.* m^2 *ex* seuus **M** seruus **D** 28 seruis se patrem **ox** nimium **BFMVDoux** minimum **pra** se meminisset **x** lauabatur *corr.* m^2 *ex* lauabitur **B** laudabatur **o**

batur in uilla Formiana: repente eum serui circumsistunt: alius fauces inuadit, alius os uerberat, alius pectus et uentrem atque etiam, foedum dictu, uerenda contundit; et cum exanimem putarent, abiciunt in feruens pauimentum, ut experirentur an uiueret. ille, siue quia non sentiebat, siue quia se non sentire simulabat, immobilis et extentus fidem peractae mortis impleuit. tum demum quasi aestu solutus effertur: excipiunt serui fideliores, concubinae cum ululatu et clamore concurrunt. ita et uocibus excitatus et recreatus loci frigore sublatis oculis agitatoque corpore uiuere se, et iam tutum erat, confitetur. diffugiunt serui; quorum magna pars comprehensa est, ceteri requiruntur. ipse paucis diebus aegre focilatus non sine ultionis solacio decessit, ita uiuus uindicatus, ut occisi solent.

Vides quot periculis, quot contumeliis, quot ludibriis simus obnoxii: nec est quod quisquam possit esse securus, quia sit remissus et mitis: non enim iudicio domini sed scelere perimuntur.

Verum haec hactenus. quid praeterea noui? quid? nihil; alioqui subiungerem: nam et charta adhuc superest, et dies feriatus patitur plura contexi. addam quod opportune de eodem Macedone succurrit. cum in publico Romae lauaretur, notabilis atque etiam, ut exitus docuit, ominosa res accidit. eques Romanus a seruo eius ut transitum daret manu leuiter admonitus conuertit se, nec seruum, a quo erat tactus, sed ipsum Macedonem tam grauiter palma percussit, ut paene concideret. ita balineum illi quasi per gradus quosdam primum contumeliae locus, deinde exitii fuit. uale.

15.

C. PLINIVS SILIO PROCVLO SVO S.

Petis ut libellos tuos in secessu legam, examinem an editione sint digni; adhibes preces, adlegas exemplum: rogas enim ut aliquid subsicivi temporis studiis meis subtraham, impertiam tuis, adicis M. Tullium

---

1 serui ui circumsistunt oux 2 os] uos **M** 4 expirentur u expirirentur **D** (sentiebat i) 5 se *om.* **BFa**, *add.* **MVDou** non sentire se x se sentire non **D** inextentus o 6 aestu solutus *corr. m*^{1}, *ut uidetur, ex* solutus aestu **F** aestus solutus **M** 7 serui *corr. m*^{2} *ex* seruo **M** 8 excitatos ut recreatus **D** 9 tutum *corr. m*^{2} *ex* ut tamen u ut tum **Dox** diffigiunt **V** 11 aegre focilatus **BFMV** aegre refocillatus ouxa est refociliatus **D** 12 quod *ter* **M** ludibriissimus *corr. ex* ludribrisissimus **B** sumus **Vo** 14 quia] qui **M** 15 domini sed celere **M** donum sed sedere u 16 quid *corr. m*^{2} *ex* quod **B** alioqui *corr. fortasse ex* alioquid **M**, *corr. ex* alios qui *uel* alio qui **V** 17 subiungere **BF** charta] quarta **BF** feriatus *corr. ex* feriatus **B** 18 contexi **V** 20 romanis u 22 tacitus **V** palma **BFouxa** palam **MD** palamque **V** 23 conciderit **D** balienum **D** quasi *om.* o quam u primus ux 24 fuit] fuis oux 26 Adsiliumprocul *ind.* **B** PROCVLO **BFMVDouxa** 27 examinemque *Schardius* editiones in digni **M** 28 subsiciui **BFMVa** subciui **D** successui ox successui u 29 impartiam o imperitiam x additis u adiicit x marcum **MV** · T · x

2 mira benignitate poetarum ingenia fouisse. sed ego nec rogandus sum
nec hortandus: nam et poeticen ipsam religiosissime ueneror et te
ualidissime diligo. faciam ergo quod desideras tam diligenter quam
3 libenter. uideor autem iam nunc posse rescribere esse opus pulchrum
nec supprimendum, quantum aestimare licuit ex iis quae me praesente
recitasti, si modo mihi non imposuit recitatio tua: legis enim suauis-
sime et peritissime. confido tamen me non sic auribus duci, ut omnes
4 aculei iudicii mei illarum delenimentis refringantur: hebetentur fortasse
5 et paululum retundantur, euelli quidem extorquerique non possunt. igi-
tur non temere iam nunc de uniuersitate pronuntio, de partibus expe-
riar legendo. uale.

16.

C. PLINIVS NEPOTI SVO S.

1 Adnotasse uideor facta dictaque uirorum feminarumque alia cla-
2 riora esse, alia maiora. confirmata est opinio mea hesterno Fanniae ser-
mone. neptis haec Arriae illius quae marito et solacium mortis et
exemplum fuit. multa referebat auiae suae non minora hoc, sed ob-
scuriora; quae tibi existimo tam mirabilia legenti fore, quam mihi au-
dienti fuerunt.

3 Aegrotabat Caecina Paetus, maritus eius, aegrotabat et filius, uter-
que mortifere, ut uidebatur: filius decessit eximia pulchritudine, pari
uerecundia, et parentibus non minus ob alia carus, quam quod filius
4 erat. huic illa ita funus parauit, ita duxit exsequias, ut ignoraret ma-
ritus: quin immo, quotiens cubiculum eius intraret, uiuere filium atque
etiam commodiorem esse simulabat, ac persaepe interroganti quid
5 ageret puer respondebat 'bene quieuit, libenter cibum sumpsit'. deinde,
cum diu cohibitae lacrimae uincerent prorumperentque, egrediebatur:
tunc se dolori dabat: satiata siccis oculis, composito uultu redibat,

---

1 ego rogandus sum nec cohortandus **D** 2 et *om.* **Foux** nam et] ma-
net **D** poeticem **Doux** religiosissimam **M** ueneror *corr. ex* ueneros **x** te
om. **oux** 3 ualdissime **BFa** 4 autem *om.* **o** rescribere esse *om.* **BF**
5 aestimare licuit **BFDouxia** est iam placuit **MV** iis **Da** his **BFMVoux** 7 et
peritissime *om.* **MV** me *corr. ex* mei **x** 8 iudici mei **VD** mei iudicii (iuditii
u) **oux** delinimentis (*corr. ex* dele- **B**) **BFuxa** delirumentis **o** delimentis **MVD**
refringantur (refrigantur **M**) **BFMVDia** restringantur **oux** hebetentur] debiliten-
tur **x** 9 paululum **BFoua** paulum **MVDx** euelli **MVDoux** reuelli **BFa** 10 ex-
periar delegendo **MV** legendo experiar **oux**

14 dictaque *add. fortasse* m^2 **B** dicta factaque **o** feminarumque illustrium
alia *Sichardus* 15 hestrino **u** fanniae (-i- m^2 *in ras.*) **u** 16 ariae **o**
illiusque marito **V** et *om.* **o** 17 haec **o** obscruriora **M** obstiniora **u**
minora haec obscurioraque tibi **D** 18 estimo **o** 20 Caecina — aegrotabat
om. **BF** caecina petus **o** cecina petus **u** cecinna petus **x** maritus eius
om. **MV** utrique **u** 21 uidebantur **ux** eximia] mira **x** pari *om.* **M**
23 funus illa ita **x** 24 immo et quoties **a** 25 interrogante **D** 27 uin-
ceret **u** -que] quę **M** 28 tunc **MVDa** tum **BFoux** rediebat **MV**

tamquam orbitatem foris reliquisset. praeclarum quidem illud eiusdem, 6
ferrum stringere, perfodere pectus, extrahere pugionem, porrigere marito, addere uocem immortalem ac paene diuinam 'Paete, non dolet.' sed tamen ista facienti, ista dicenti gloria et aeternitas ante oculos erant: quo maius est sine praemio aeternitatis, sine praemio gloriae abdere lacrimas, operire luctum, amissoque filio matrem adhuc agere.

Scribonianus arma in Illyrico contra Claudium mouerat: fuerat 7
Paetus in partibus: occiso Scriboniano Romam trahebatur. erat ascen 8
surus nauem: Arria milites orabat ut simul imponeretur. 'nempe enim' inquit 'daturi estis consulari uiro seruulos aliquos, quorum e manu cibum capiat, a quibus uestiatur, a quibus calcietur: omnia sola praestabo.' non impetrauit: conduxit piscatoriam nauiculam ingensque na- 9
uigium minimo secuta est.

Eadem apud Claudium uxori Scriboniani, cum illa profiteretur indicium, 'ego' inquit 'te audiam, cuius in gremio Scribonianus occisus est, et uiuis?' ex quo manifestum est ei consilium pulcherrimae mortis non subitum fuisse. quin etiam, cum Thrasea, gener eius, deprecaretur ne mori pergeret, interque alia dixisset 'tu uis ergo filiam tuam, si mihi pereundum fuerit, mori mecum?', respondit 'si tam diu tantaque concordia uixerit tecum, quam ego cum Paeto, uolo.' auxerat 11
hoc responso curam suorum, attentius custodiebatur: sensit et 'nihil agitis' inquit: 'potestis enim efficere ut male moriar, ut non moriar non potestis.' dum haec dicit, exsiluit cathedra aduersoque parieti caput 12
ingenti impetu impegit et corruit. focilata 'dixeram' inquit 'uobis inuenturam me quamlibet duram ad mortem uiam, si uos facilem negassetis.'

1 reliquisset *corr. ex* relinquisset **V** eiusdem — 2 pugionem *add. in marg. infer.* m^2 **M** 3 ac] ad **BF** paete (pete ou paete *corr. ex* poete *cum* o *signo casus uoc. suprascripto* x) non dolet **BFDouxa** non dolet paete (pete **V** **MV** 4 ista facienti ista dicenti **MVD** ista facienti dicenti **BFa** ista facienti diligentique oux et *add. supra* m^1 **B** erant *corr. statim ex* erat **B** 5 quo] quod **MV** aeternitatis sine praemio *om.* **D** 6 lacrimas (lach- o abdere ou lachrimas addere x matremque adhuc o 7 in illyrico **MV** milyrico **D** in Ilyrico o in Ilirico u in illirico x illyrico **BFa** fuerat (-t *add. supra* m^1 **B** 8 petus o peto ux partibus occiso (occisso **B**) **BFouxa** partibus et occiso **MVD** ramam **V** 9 nauim oux aria o arri **D** 10 consulari *corr.* m^2 *ex* consolari **B** seruolos **MV** 11 cibos ux accipiat **V** a quibus uestiatur *om.* u praestabo] praestauit **D** 12 nauiculam **BFDouxa** nauculam **MV**; *cf. V. 6. 37; IX. 7. 4; X. 17. 2* nauigium] nauium **D** 14 o *post* apud *del.* x uxor **D** scriboniani *corr.* m^2 *ex* scriboniam u indicium *corr.* m^2 *ex* iudicium x iuditium u 15 occissus **B** 16 est *post* occisus *om.* **V** manifestus **M** pulcherrime (-e *add.* m^1 **B** 17 subitum *corr.* m^2 *ex* subbitum **B** sub *post* subitum *repet. del.* x trasea **BFou** thraseam **V** 18 dixisset tu uis ouxa dixisse tu is **BF** dixisset uis **MVD** ergo *corr.* m^2 *ex* ego **D** 20 que *om.* ux peto **BFMoux** auxerat (-x- *add supra fortasse* m^2) **B** duxerat ux 21 haec responsio o 22 male *corr.* m^1 *ex* mali **B** ut non **MVDoux** ne **BFa** 23 hoc o exiliuit **B** cathedram **BFuxa** capud **BM** 24 et *corr.* (-t in **B**, *om.* **D** focilata (*post* -o- *litt.* -l- *del.*) **B** refocillata *Cat.* dixeram *corr.* m^2 *ex* dixerem **B** 25 facilem] facere **F** facerem **B**

13 Videnturne haec tibi maiora illo 'Paete, non dolet', ad quod per haec peruentum est? cum interim illud quidem ingens fama, haec nulla circumfert. unde colligitur quod initio dixi, alia esse clariora alia maiora. uale.

17.

C. PLINIVS IVLIO SERVIANO SVO S.

1 Rectene omnia, quod iam pridem epistulae tuae cessant? an omnia recte, sed occupatus es tu? an tu non occupatus, sed occasio scri-
2 benti uel rara uel nulla? exime hunc mihi scrupulum, cui par esse non possum, exime autem uel data opera tabellario misso: ego uiaticum,
3 ego etiam praemium dabo, nuntiet modo quod opto. ipse ualeo, si ualere est suspensum et anxium uiuere, exspectantem in horas timentemque pro capite amicissimo quidquid accidere homini potest. uale.

18.

C. PLINIVS VIBIO SEVERO SVO S.

1 Officium consulatus iniunxit mihi ut rei publicae nomine principi gratias agerem. quod ego in senatu cum ad rationem et loci et temporis ex more fecissem, bono ciui conuenientissimum credidi eadem illa spa-
2 tiosius et uberius uolumine amplecti, primum ut imperatori nostro uirtutes suae ueris laudibus commendarentur; deinde ut futuri principes non quasi a magistro, sed tamen sub exemplo praemonerentur, qua
3 potissimum uia possent ad eandem gloriam niti. nam praecipere qualis esse debeat princeps pulchrum quidem, sed onerosum ac prope superbum est; laudare uero optimum principem, ac per hoc posteris uelut

---

1 uidenturne *corr. ex* uidenturque **B** uidenter ne **V** tibi haec **oux** illa **o**, *om.* **MV** (illo *add.* **i**) pete **Bo** pete (paete **x**, *signo casus uoc. suprascripto* **ux** 2 hoc **oux** per quod ad haec *coni. Mommsen* illud *corr. ex* illum **x** ingens *om.* **x** hoc **oux** 3 alia esse clariora alia esse maiora **oux**

6 Adiulium seruian· *ind.* **B** SERVIANO **BFMua** SEVERIANO **V** FERVIANO **Dox** 7 recte omnia *ind.* **B** *post* pridem *ras. duar. litt.* **B** cessant (c- *in ras.*) **B** an non omnia recte **a** an non recte **ux** 8 sed] an **ux** occasio] occupatio **D** 9 hunc *corr. m*^{2} *ex* nunc **B** hunc mihi *corr. m*^{1} *ex* mihi hunc **o** mihi hunc **ux** scrupulum *add. m*^{2} *ex sc in fine uersus* **B** cui] cur **o** 10 miso **V** maticum **u** 11 nuntiet modo **BFVDouxa** nuntiet mihi modo **M** si *corr. m*^{2} *ex* se **B** 12 uiuere (-u- *poster. loco corr. m*^{2} *ex nescio quo*) **B** timentem pro **D** 13 pro] in **ux**

15 VIBIO SEVERO *Mommsen* Aduirium seuerum *ind.* **B** uirio seuero *in marg. miniatoris causa, in contextu autem* CVRIO SEVERO **F** curio seuero (seuero **o**) **ouxpr**^{2} SEVERO **MVD** SERVO **Ba** 16 offitio **u** officio **x** iniunxit (-nxi- *in ras.*) **B** iniunxisti (-iu- *corr. m*^{2} *ex* -ui- **u**) **Dux** 17 quod] cum **D** loci *corr. m*^{2} *ex* loce **B** 18 bono *corr. m*^{2} *ex* boni **B** 19 ut *om.* **D** 21 a *om.* **VD** premonerentur *corr. m*^{2} *ex* pro onerentur **B** premouerentur **u** 22 uia *corr. m*^{1} *ex* ua **M** possent *corr. m*^{2} *ex* posse **B** eandem *corr. m*^{2} *ex* eadem **B** niti *add. m*^{2} **B**, *add. marg. m*^{1} **V** 23 ac] hac **BF** 24 ac *corr. m*^{2} *ex* a **M** hac **BF**

e specula lumen quod sequantur ostendere idem utilitatis habet, adrogantiae nihil.

Cepi autem non mediocrem uoluptatem, quod, hunc librum cum 4
amicis recitare uoluissem, non per codicillos, non per libellos, sed 'si
5 commodum' et 'si ualde uacaret' admoniti (numquam porro aut ualde
uacat Romae aut commodum est audire recitantem), foedissimis insuper tempestatibus, per biduum conuenerunt, cumque modestia mea finem recitationi facere uoluisset, ut adicerem tertium diem exegerunt. mihi hunc honorem habitum putem, an studiis? studiis malo, quae 5
10 prope exstincta refouentur. at cui materiae hanc sedulitatem praestite- 6
runt? nempe quam in senatu quoque, ubi perpeti necesse erat, grauari tamen uel puncto temporis solebamus, eandem nunc et qui recitare et qui audire triduo uelint inueniuntur, non quia eloquentius quam prius, sed quia liberius ideoque etiam libentius scribitur. accedet ergo hoc 7
15 quoque laudibus principis nostri, quod res antea tam inuisa quam falsa nunc ut uera ita amabilis facta est.

Sed ego cum studium audientium tum iudicium mire probaui: 8
animaduerti enim seuerissima quaeque uel maxime satisfacere. memini 9
quidem me non multis recitasse quod omnibus scripsi, nihilo minus
20 tamen, tamquam sit eadem omnium futura sententia, hac seueritate aurium laetor, ac sicut olim theatra male musicos canere docuerunt. ita nunc in spem adducor posse fieri ut eadem theatra bene musicos canere doceant. omnes enim qui placendi causa scribunt qualia pla- 10
cere uiderint scribent. ac mihi quidem confido in hoc genere materiae
25 laetioris stili constare rationem, cum ea potius quae pressius et ad-

---

1 idem] tantundem *uel* multum *uel* multum idem *coni. Kukula* idem *hoc scriptum corr.* x utilitatis *corr. ex* utilitates B utilitas F adrogantiae *corr. statim ex* addr- B adrogatiae M 3 caepi BF non mediocrem *corr. ex* non de medihocrem B 4 codicellos F *corr. ex* quo dicilos B codicillos *corr. m² ex* codi̯cillos M 5 et si] ac si o ac ux admoniti *corr. m² ex* atnoniti B admonui MV (admoniti i) aut] ut o 6 adire D 7 tempestatibus (t- *ut. corr. m¹ ex nescio qua litt.*) u mea *corr. m¹ ex* ea F 8 ut *add. supra m²* B exegerunt *corr. m¹ ex* exigerunt u exigerunt V 9 mihi] nihil D hunc *corr. statim ex* huc B an studiis studiis malo (mallo MVD) MVDouxa an studiis malo BF 10 at *corr. m² ex* ad B ad MV sedutilitatem (*ex* sedul- *incepto*) F BF 11 qua MV necesse *corr. ex* necesser x erat *corr. statim ex* est u 12 punctotemporis (-t- *poster. loco corr. m¹ ex* -r-) V eandem (*corr. m² ex* eadem B) BFMV eadem Douxa 13 quia *om.* o 14 qui *corr. ex* quia *m¹, ut uidetur* o ideoque etiam BFDoux ideo etiam MV ideoque pa stabitur o 17 probaui *corr. m² ex nescio qua voce* B 18 animaduerti enim Douxa anima aduerti enim V anima aduerti M aduerti enim (*corr. m² ex* a enim ad uertienim B) BF seuerissima BFDoxa serenissima u uerissima MV satisfacerem M memini] ne nimini D 19 me *om.* oux non *om.* D 20 tamen *corr. statim ex* tamquam B sit] si BF hac] ac BF 21 lactor ux theatra *corr. ex* teatra F tehatra *corr. m² ex* tetra *(et u. 22)* B male *corr. m² ex* mare B canere musicos pi 23 omnis u 24 at u ac i 25 lecioris V latioris oux constare *corr. m¹ ex* constarere B potius *om.* ux pressus BF astrictius ox

strictius quam illa quae hilarius et quasi exsultantius scripsi possint uideri accersita et inducta: non ideo tamen segnius precor ut quandoque ueniat dies (utinamque iam uenerit!), quo austeris illis seuerisque
11 dulcia haec blandaque uel iusta possessione decedant. habes acta mea tridui; quibus cognitis uolui tantum te uoluptatis absentem et studiorum nomine et meo capere, quantum praesens percipere potuisses. uale.

19.

C. PLINIVS CALVISIO RVFO SVO S.

1 Adsumo te in consilium rei familiaris, ut soleo. praedia agris meis uicina atque etiam inserta uenalia sunt. in his me multa sollicitant,
2 aliqua nec minora deterrent. sollicitat primum ipsa pulchritudo iungendi, deinde quod non minus utile quam uoluptuosum posse utraque eadem opera, eodem uiatico inuisere, sub eodem procuratore ac paene isdem actoribus habere, unam uillam colere et ornare, alteram tantum
3 tueri. inest huic computationi sumptus supellectilis, sumptus atriensium, topiariorum, fabrorum atque etiam uenatorii instrumenti; quae plurimum refert unum in locum conferas, an in diuersa dispergas.
4 contra uereor ne sit incautum rem tam magnam isdem tempestatibus, isdem casibus subdere: tutius uidetur incerta fortunae possessionum uarietatibus experiri. habet etiam multum iucunditatis soli caelique mutatio ipsaque illa peregrinatio inter sua.

5 Iam quod deliberationis nostrae caput est, agri sunt fertiles, pingues, aquosi, constant campis, uineis, siluis, quae materiam et ex ea
6 reditum sicut modicum ita statum praestant. sed haec felicitas terrae imbecillis cultoribus fatigatur. nam possessor prior saepius uendidit pignora, et dum reliqua colonorum minuit ad tempus, uires in poste-

---

1 quasi *om.* u accersita et **BFM**ouxa arcessita et **D** accersitate et **V** inducta *corr. m*^{1} *ex* induta **F** segnius] secius *Heusinger* quandoque *corr. ex* quandoquae **B** 3 ueniet **BF** seruisque o 5 te tantum **D**oux ab''sentem *(ras. quattuor litterarum)* **B** et *om.* **MV**, *add. rell.* 7 uale *om.* **D**

9 CALVISIO RVFO (ruffo o) Fouxa Adcaluisium rufum *ind.* **B** CALVISIO **BMVD** 10 mei **D** 12 deterent u sollicitant **BD** iungendi *corr. ex* iungenti x 13 utile *corr. ex* utille **B** 14 procuratore] percurrere x paene *corr. ex* petne **B** poene **M** 15 iisdem oa hisdem u hactoribus **B** accusatoribus **V** hornate o 16 suppellectilis **F** supplectilis o supellectulis u supellectilis sumptus *om.* **D** 17 topiariorum *corr. m*^{2} *ex* topiarioro **B** copiariorum **Dx** faurorum **B** uenatori **BD** uenatorum **V** 19 sq. isdem (*ex* idem *incepto* **V**) **MV** hisdem *priore loco,* isdem *poster. loco* **B** hisdem *utroque loco* **Fu** iisdem *utroque loco* oa iisdem *priore loco,* hisce *poster. loco* x isdem casibus *om.* **MV** 20 uidetur *corr. m*^{2} *ex* uideretur **B** 21 cęliquę **B** 22 ipsaquae **B** inter sua **BMVD** intersita **Fouxa** 23 iam *add. supra m*^{1} **B** quod iam **D** capud **BM** 24 uincis **ux** materiam et ex ea **BFoa** materiam ex ea **MVux** materiae **D** 25 redditum **oux** statum **MVDoux** *et m*^{1} **B** statutum **Fa** *et m*^{2} **B** praestant *corr. m*^{2} *ex* prę aestant **B** 26 inbecillis *corr. m*^{2} *ex* inbecilis **B** 27 attempus **V** postremum **MV**

rum exhausit, quarum defectione rursus reliqua creuerunt. sunt ergo 7
instruendi eo pluris, quod frugi mancipiis: nam nec ipse usquam uinctos habeo nec ibi quisquam.

Superest ut scias quanti uideantur posse emi; sestertio triciens, non
quia non aliquando quinquagiens fuerint, uerum et hac penuria colonorum et communi temporis iniquitate ut reditus agrorum sic etiam pretium retro abiit. quaeris an hoc ipsum triciens facile colligere possi- 8
mus? sum quidem prope totus in praediis, aliquid tamen fenero, nec molestum erit mutuari; accipiam a socru, cuius arca non secus ac mea utor. proinde hoc te non moueat, si cetera non refragantur, quae ue- 9
lim quam diligentissime examines. nam cum in omnibus rebus tum in disponendis facultatibus plurimum tibi et usus et prouidentiae superest. uale.

20.

C. PLINIVS MAESIO MAXIMO SVO S.

Meministine te saepe legisse, quantas contentiones excitarit lex ta- 1
bellaria quantumque ipsi latori uel gloriae uel reprehensionis attulerit? at nunc in senatu sine ulla dissensione hoc idem ut optimum placuit: 2
omnes comitiorum die tabellas postulauerunt. excesseramus sane ma- 3
nifestis illis apertisque suffragiis licentiam contionum. non tempus loquendi, non tacendi modestia, non denique sedendi dignitas custodiebatur. magni undique dissonique clamores, procurrebant omnes cum 4
suis candidatis, multa agmina in medio multique circuli et indecora confusio: adeo desciueramus a consuetudine parentum, apud quos omnia disposita, moderata, tranquilla maiestatem loci pudoremque retinebant.

Supersunt senes, ex quibus audire soleo hunc ordinem comitio- 5

1 exausit **BFM** quorum **MV** creuerint **D** creauerunt **o** 2 instituendi **oux** pluris **MVD** plures **BFouxa** quod frugi] frugique **i** mancipis **D** instruendi complures frugi mancipes *Cat.* instruendi eo plures, quod frugent *uel* frigidi, *sc.* coloni), mancipiis *coni. Kukula* usque **ux** unquam **D** uinctos *corr. statim ex* uictos **B** 3 ibi] ipsi (-p- *corr.* m^1 *ex* -b-) **M** 4 posse *om.* **D** emi *corr. ex* emis **B** enim **ux** 5 quinquaies **B** et] ex **i** hac *corr. ex* hanc **B** pecunia **x** tolonorum **u** 6 redditus **ox**, *om.* **u** sic etiam] ita etiam **ux** ita **o** 7 habiit **BFu** auit **D** an *corr.* m^2 *ex* in **B** tricies *corr.* m^2 *ex* trices **B** possimus colligere **o** 8 sum *corr.* m^2 *ex* sunt **B** quidem *corr.* m^2 *ex* quidam **B** fenero **M** fenore **Dux** faenore **BFVo** foenore **a** nec *add supra* m^1. *ut uidetur* **F** 9 mutari *corr.* m^2 *ex* matuari **B** accipiam *corr. ex* accipeam **M** archa **BF** ac mea utor **MDouxa** hac [ac V] me auctor **BFV** 10 refrangatur **B** 11 exanimes **D** in *om.* **u** 13 uale *om.* **D**

15 Admaesiummaximum *om.* **B** MESIO MAXIMO **Foux** MAXIMO **BMVDa** Messio Maximo **p** Mesio] Metio **i** *et Budaeus* 16 excitarit *corr. ex* excitaret **x** lex *corr. ex* lec **u** 18 ad **MV** senatus **M** hoc quidem **F** 19 tabellas *corr. ex* tabella **B** postulauerunt *corr.* m^2 *ex* postulauerunt **B** 20 contionum *corr. pun.* m^1) **F** contioni **u** 21 non tacendi **BFDouxa** nectacendi **V** nec non tacendi **M** sedenti **BF** 22 cum] pro **x** 23 multaque **MV** 24 desciberamus **a B** desciueramus (destineramus **u** omnes **a ux** parentium **D**

rum: citato nomine candidati silentium summum; dicebat ipse pro se, explicabat uitam suam, testes et laudatores dabat uel eum sub quo militauerat uel eum cui quaestor fuerat uel utrumque, si poterat, addebat quosdam ex suffragatoribus: illi grauiter et paucis loquebantur.
6 plus hoc quam preces proderat. non numquam candidatus aut natales competitoris aut annos aut etiam mores arguebat. audiebat senatus grauitate censoria. ita saepius digni quam gratiosi praeualebant.
7 Quae nunc immodico fauore corrupta ad tacita suffragia quasi ad remedium decucurrerunt; quod interim plane remedium fuit: erat enim
8 nouum et subitum. sed uereor ne procedente tempore ex ipso remedio uitia nascantur. est enim periculum ne tacitis suffragiis impudentia inrepat. nam quoto cuique eadem honestatis cura secreto quae palam?
9 multi famam, conscientiam pauci uerentur. sed nimis cito de futuris: interim beneficio tabellarum habebimus magistratus qui maxime fieri debuerunt. nam ut in reciperatoriis iudiciis sic nos in his comitiis quasi repente apprehensi sinceri iudices fuimus.
10 Haec tibi scripsi, primum ut aliquid noui scriberem, deinde ut non numquam de re publica loquerer, cuius materiae nobis quanto rarior
11 quam ueteribus occasio tanto minus omittenda est. et hercule quousque illa uulgaria 'quid agis? ecquid commode uales?' habeant nostrae quoque litterae aliquid non humile nec sordidum nec priuatis rebus
12 inclusum. sunt quidem cuncta sub unius arbitrio, qui pro utilitate communi solus omnium curas laboresque suscepit; quidam tamen salubri temperamento ad nos quoque uelut riui ex illo benignissimo fonte decurrunt, quos et haurire ipsi et absentibus amicis quasi ministrare epistulis possumus. uale.

21.

C. PLINIVS CORNELIO PRISCO SVO S.

1 Audio Valerium Martialem decessisse et moleste fero. erat homo ingeniosus, acutus, acer, et qui plurimum in scribendo et salis haberet

---

2 uitam suam explicabat pa laudationes x 3 militauerat BFDouxa legatus MV cui] sub quo Doux 4 parce Doux (loquebantur i) 5 hoc *corr. m*² *ex* hec u preces *om.* o aut *om.* x 6 conpeditoris F aut diebat D 9 decurrerunt ouxa 11 suffragiis — 12 honestatis *om. m*¹, *add. in marg. partim detonsa m*² B 12 increpat MD cura] cum MV 13 famam *corr. m*² *ex* fama u pauci conscientiam oux nimis *corr. m*² *ex* minus u minus o 15 in *add. supra* x reciperatoris MD recuperatoriis uxa iudicis D comitis D 16 adprensi D iudices (-e- *m*¹ *in ras.*) o 17 scriberem (-e- *priore loco m*¹ *in ras.* o scriberim MV 20 uulgata o agis ecquid MV agis (*corr. m*¹ *ex* ages B) eho (*corr. m*¹ *ex* eo B) quid BF agis eho ecquid a agis et quid Dux agis equidem o eho quid agis ecquid commode *Cat.* habeant quoque nostrae D habent quoque nostrae oux 23 suscipit (*m*² *in ras.* u) ux 24 ex] ab Dux 25 et *poster. loco add. marg.* o 26 uale *om.* D

28 CORNELIO PRISCO Foux Adcornelium priscum *ind.* B PRISCO BMVDa 29 adio *ind.* B 30 acer *om.* o in *add. supra* B (et *ante* salis *add.* i et ialis D

et fellis nec candoris minus. prosecutus eram uiatico secedentem: de- 2
deram hoc amicitiae, dederam etiam uersiculis quos de me composuit.
fuit moris antiquis eos qui uel singulorum laudes uel urbium scripse- 3
rant aut honoribus aut pecunia ornare; nostris uero temporibus ut alia
speciosa et egregia ita hoc in primis exoleuit. nam postquam desiimus
facere laudanda, laudari quoque ineptum putamus.

Quaeris qui sint uersiculi quibus gratiam rettuli. remitterem te ad 4
ipsum uolumen, nisi quosdam tenerem: tu, si placuerint hi, ceteros in
libro requires. adloquitur Musam, mandat ut domum meam Esquiliis 5
quaerat, adeat reuerenter:

sed ne tempore non tuo disertam
pulses ebria ianuam uideto:
totos dat tetricae dies Mineruae,
dum centum studet auribus uirorum
hoc quod saecula posterique possint
Arpinis quoque comparare chartis.
seras tutior ibis ad lucernas:
haec hora est tua, cum furit Lyaeus,
cum regnat rosa, cum madent capilli:
tunc me uel rigidi legant Catones.

Meritone eum qui haec de me scripsit et tunc dimisi amicissime 6
et nunc ut amicissimum defunctum esse doleo? dedit enim mihi quan-
tum maximum potuit, daturus amplius, si potuisset. tametsi quid ho-
mini potest dari maius quam gloria et laus et aeternitas? at non
erunt aeterna quae scripsit: non erunt fortasse, ille tamen scripsit
tamquam essent futura. uale.

---

1 uiatico (ui- m^2 *in ras.* u sedentem **D** 3 fuit] erat **D** antiquis *corr. ex* antiqui **B**) **BFux** antiqui **MVDoa**: *cf. II. 19. 8; VII. 27. 14; VIII. 19. 2; Pan. 13. 3; 56. 4; 82. 5* uel qui **ux** 5 ita — 6 laudanda *add. marg.* m^2 u exoleuit *corr.* m^2 *ex* exolebit **B** desimus **MVD** desiuimus **x** 7 quibus *corr. ex* qubus x rettuli (retuli **BF** reituli **V**) **BFMV** retulerim **Douxa** mitterem **Doux** te *corr. ex* ad o 8 hii **MV** 9 libro *corr. statim ex* libros **F** esquiliis **BF** esquilis (es quilis **M**) **MV** exquiliis oxa exquilliis u et quillis **D** 10 requirat **F** quirate u 11 *Mart. X. 19. 12* disertam *corr.* m^1 *ex* dissertam **F** 12 p̂ulses (*nota* Λ *manu recentissima apposita, ut uidetur*) **F** uideto **VDouxa** uide **BFM** (uideto *corr. ex* uide *man. recentissima, ut uidetur* **F**) 13 totas **D** tetricae *corr. ex* tetticae **B** 15 posterique *corr. ex* posteriquae **B** 16 Tarpinis **V** quoque] aeque ox eque u cartis **F** Khartis **B** 17 tutior *corr.* m^2 *ex* tutor **B** 18 ora **M** tua] qua **BF** fuerit o fuit **MV** lieus ou 19 cum] dum *utroque loco* **Doux** (madent i) 20 me *om.* **V** uel rigidi me o 21 hoc o de me] desne **V** scripsit *om.* **D** 22 ut *om.* **M** esse] etiam u 23 maximum **BFMVa** maxume **Do** maxime ux 24 potest dari *corr. ex* dari potest x gloria et et *om.* **F**) laus et aeternitas harum at **BF** at] ad **MV** 26 *post* uale *rasura octo uersuum quorum super sexto et septimo inscriptio libri quarti est data* **V**

C. PLINI CAECILI SECVNDI
EPISTVLARVM
LIBER QUARTVS

1.
C. PLINIVS FABATO PROSOCERO SVO S.

1 Cupis post longum tempus neptem tuam meque una uidere. gra-
2 tum est utrique nostrum quod cupis, mutuo mehercule. nam in uicem
nos incredibili quodam desiderio uestri tenemur, quod non ultra dif-
feremus; atque adeo iam sarcinulas adligamus festinaturi, quantum
3 itineris ratio permiserit. erit una, sed breuis mora: deflectemus in
Tuscos, non ut agros remque familiarem oculis subiciamus (id enim
4 postponi potest), sed ut fungamur necessario officio. oppidum est
praediis nostris uicinum (nomen Tifernium Tiberinum), quod me paene
adhuc puerum patronum cooptauit, tanto maiore studio quanto minore
iudicio. aduentus meos celebrat, profectionibus angitur, honoribus
5 gaudet. in hoc ego, ut referrem gratiam (nam uinci in amore tur-
pissimum est), templum pecunia mea exstruxi, cuius dedicationem,
6 cum sit paratum, differre longius inreligiosum est. erimus ergo ibi
dedicationis die, quem epulo celebrare constitui. subsistemus fortasse

---

C · PLINII · SECVNDI EPISTOLARVM *(corr. m² ex* EPISTVLARVM, *ut saepe)* EXPLICIT · LIBER · III · INCIPITLIB · IIIJ · FELICITER **B** G · PLINI SECVNDI EPISTVLARVM EXPLICIT LIB · III · EIVSDEM INCIPIT LIBER QVARTVS (· IIIJ · V\ **MV** · C · PLINII SECVNDI EPISTVLARVM LI | ER QVARTVS INCIPIT FELICITER o Caii Plinii secundi Epistolarum liber tertius explicit · Eiusdem Incipit Liber Quartus feliciter · u · C · PLINII CECILII SECVNDI NOVOCOMENSIS EPISTOLARVM LIBER TERTIVS EXPLICIT · EIVSDEM INCIPIT LIBER QVARTVS FOELICITER **x** C · PLINII · SECVNDI · NOVOCOMENSIS · EPISTOLARVM · LIBER · TERTIVS · EXPLICIT · INCIPIT · LIBER · IIII · FOELICITER **D** C · PL · SECVNDI EPISTOLARVM LIBER QVARTVS **a**: *inscriptionem libri om. in lacuna* **F**: *index epistularum huius libri in cod.* **B** *post libri inscriptionem sequitur, quem uide in Praefatione transscriptum*

5 FABATO PROSOCERO **Ba** FATABO PROSOCERO **MV** SOCERO oux FABATO **D**: *inscriptionem epistulae om. in lac., sed in marg. partim detons.* pliniu . . . | bato pro . . | cero su . *habet* **F** (BATO PROCERO **H** *cod. Vat. lat. 1777, et al., aperte ex margine codicis* **F**) Adfabium prosoc *ind.* **B** SVO *add. m²* **M** 6 gratus **x** 8 differremus **D** 9 iam adeo oux alligauimus **Dux** 10 erit una **BFMVa** erit enim **D** erit enim una oux 12 officio necessario *Hofacker* 13 predis **D** tifernium (trifernium ou) tiberinum (tyberinum oa tibernium u) **BFouxia** tiferni tiberini **MV** tiferali tiberini **D** poene **M** 15 aduentus *corr. ex* aduentum **x** caelebrat *corr. m¹ ex* caelebret **F** celebrabat **D** 16 ego| ergo o nam| iam *uel* am **D** in amoretur piissimum **D** 18 ibi ergo **Doux** 19 quem et ui celebrare (caelebrare **F**) **BF** substitimus **D** quem — p. 92, 1 sequenti *om.* **x**

et sequenti; sed tanto magis uiam ipsam corripiemus. contingat modo 7
te filiamque tuam fortes inuenire! nam hilares certum est, si nos incolumes receperitis. uale.

2.

C. PLINIVS ATTIO CLEMENTI SVO S.

Regulus filium amisit, hoc uno malo indignus, quod nescio an 1
malum putet. erat puer acris ingenii, sed ambigui, qui tamen posset recta sectari, si patrem non referret. hunc Regulus emancipauit, ut 2
heres matris exsisteret; mancipatum (ita uulgo ex moribus hominis loquebantur) foeda et insolita parentibus indulgentiae simulatione captabat. incredibile, sed Regulum cogita! amissum tamen luget insane. habebat puer mannulos multos et iunctos et solutos, habebat 3
canes maiores minoresque, habebat luscinias, psittacos, merulas: omnes Regulus circa rogum trucidauit. nec dolor erat ille, sed ostentatio 4
doloris. conuenitur ad eum mira celebritate. cuncti detestantur, oderunt, et quasi probent, quasi diligant, cursant, frequentant, utque breuiter quod sentio enuntiem, in Regulo demerendo Regulum imitantur. tenet se trans Tiberim in hortis, in quibus latissimum solum porticibus immensis, ripam statuis suis occupauit, ut est in summa auaritia 5
sumptuosus, in summa infamia gloriosus. uexat ergo ciuitatem insa- 6
luberrimo tempore, et quod uexat solacium putat. dicit se uelle ducere uxorem: hoc quoque, sicut alia, peruerse: audies breui nuptias 7
lugentis, nuptias senis: quorum alterum immaturum, alterum serum est. unde hoc augurer quaeris: non quia adfirmat ipse, quo mendacius 8
nihil est, sed quia certum est Regulum esse facturum quidquid fieri non oportet. uale.

1 et] ex u sequenti **BFMVD** sequenti die **oua** sedto magis **D** 2 tuam] iam **D** hilares certum est **BFouxa** contingent hilares **MVD** hilares contingent *Stangl* 8 reciperitis **F**

5 Adattium · clemen · *ind.* **B** CLEMENTI *codd. omnes* 6 uno] inno u 7 ingeni **D** ingenu **V** possit **D** 8 mancipauit **o** 9 mancipatum **BFouxa** emancipatum **MV** emancipatur **D** ita *in ras.* **F** uolgo **BF** homines **MV** (hominis i) 10 feda **BF** simulationem **BFux** 11 (amissum i) insane *om.* **BF.** *add. rell.* 12 et *ante* habebat *del.* **M** habet **V** manulos **o** mamulos **u** iunctos **BMVDxa** uinctos **Fou** solutos *corr. ex* salutos **x** 13 habebat] habe **D** lustinias **u** lucerinas **MV** spsittacos **MV** psitacos **oux** omnis **BFDux** (omnes i 14 dolor *add. supra* m^1 **F** dolore erat **V** ille] illud **D** 15 detestantur *corr. ex* dedestantur **M** 17 *ante* in *rasura unius lineae* **B** demerendo **u** 18 se] si **V** porticibus *corr.* m^1 *ex* portibus **V** 19 in summa *om.* **oux** in summa infamia auaritia **M** 21 et *corr.* m^1 *ex* at **B** 23 lugentis nuptias *om.* **D** nuptias *om.* opr. *add.* i 24 hoc *om.* **oux** affirmes **D** mendacius [illegible] m^2 *in ras.* **u** 25 sed *om.* **D** *ante* Regulum *rasura unius lineae* **B** 26 uale *om.* **D**

3.

C. PLINIVS ARRIO ANTONINO SVO S.

1 Quod semel atque iterum consul fuisti similis antiquis, quod proconsul Asiae, qualis ante te, qualis post te uix unus aut alter (non sinit enim me uerecundia tua dicere nemo), quod sanctitate, quod auctoritate, aetate quoque princeps ciuitatis, est quidem uenerabile et 2 pulchrum; ego tamen te uel magis in remissionibus miror. nam seueritatem istam pari iucunditate condire summaeque grauitati tantum comitatis adiungere non minus difficile quam magnum est. id tu cum incredibili quadam suauitate sermonum tum uel praecipue stilo adse- 3 queris. nam et loquenti tibi illa Homerici senis mella profluere, et quae scribis complere apes floribus et innectere uidentur. ita certe sum adfectus ipse, cum Graeca epigrammata tua, cum iambos proxime 4 legerem. quantum ibi humanitatis, uenustatis, quam dulcia illa, quam antiqua, quam arguta, quam recta! Callimachum me uel Heroden uel si quid his melius tenere credebam; quorum tamen neuter utrumque 5 aut absoluit aut attigit. hominemne Romanum tam Graece loqui? non medius fidius ipsas Athenas tam Atticas dixerim. quid multa? inuideo Graecis, quod illorum lingua scribere maluisti. neque enim coniectura eget, quid sermone patrio exprimere possis, cum hoc insiticio et inducto tam praeclara opera perfeceris. uale.

4.

C. PLINIVS SOSIO SENECIONI SVO S.

1 Varisidium Nepotem ualidissime diligo, uirum industrium, rectum, disertum, quod apud me uel potentissimum est. idem C. Caluisium,

2 Adadrianum · antonin *ind.* **B** ADRIANO (*in marg. partim detons.* hadri | ... **F**) **Foux** HADRIANO **a** HADRIANIO **B** ANTONINO (*corr. ex* ANTONI **M**) **MV** ANTONIO **D**: *cf. IV. 18; V. 15*; *inscr. I. 2; Prosop. Imp. Rom. I. p. 138* 3 semel] simul *ind.* **B** 4 aut alter] altero **BF** 6 aetate *om.* **oux** 7 te *om.* **BF** remissioribus **Foux** 8 iocunditate pari **u** condere **D** summaque *corr. ex* summaquae **B** grauitate **V** 9 comitatus **D** adiungere *om.* **D** nonimus **x** 10 incredibile **D** quadam (-a- *poster. loco add. supra* m^1) **u** 11 et quae] atque **D** 12 complere *corr. ex* compleres **F** opes **x** floribus et nectare uidentur *Sichardus* e floribus Hymettiis nectare uidentur *Mommsen* 13 sum adfectus **MVD** adfectus (affectus **ox**) sum **oux** sum refectus **BFa** graeca *corr.* m^2 *ex* graece **B** ἐπιγράμματα *add.* m^2 *in lac.* **o**, *om. in lac.* **ux** tua *om.* **D** cum mimiambos **D** *Skutsch in Hermes (1892), pp. 317 ff.; VI. 21. 4* 14 quam antiqua **BFa** quam amantia **MVDux**, *om.* **o** 15 gallimachum **BF** Callimacum **u** herudem **o** herodem **ux** 16 siquod **o** melius his **oux** 17 tam *om.* **MV** non] nam **ux** 18 fidius *om.* **BF** phidius **ux** 19 quod] quid **D** linguas **V** conlectura **V** 20 eget *corr. ex* indiget **x** cum in hoc **BFox** insiticio **BFDouxa** instituto **MV** 21 praeclara (-clara *in fine uersus om., in marg. add.* m^1) **V** uale *om.* **D**

23 Adsosium · senec *ind.* **B** SOSIO **FMVDx** *et marg.* **F** SOSSIO **Boua** 24 uarisidium **MV** *et corr. ex* uarisiduum *ind.* **B** uarisium **D** caluisium **BFouxa** ualdissime **FMVD** 25 disertum *om.* **u** disertum rectum *Barth* potentissimum **BMVDoa** potissimum **Fux** ·C· **Do** ·G· **MV**, *om.* **BFuxa** (*sed rasura unius litterae, fortasse* **c**, *in fine uersus* **B**)

contubernalem meum, amicum tuum, arta propinquitate complectitur: est enim filius sororis. hunc rogo semestri tribunatu splendidiorem et sibi et auunculo suo facias. obligabis me, obligabis Caluisium nostrum, obligabis ipsum, non minus idoneum debitorem, quam nos putas. multa beneficia in multos contulisti: ausim contendere nullum te melius, aeque bene unum aut alterum collocasse. uale.

5.

C. PLINIVS IVLIO SPARSO SVO S.

Aeschinen aiunt petentibus Rhodiis legisse orationem suam, dein- de Demosthenis, summis utramque clamoribus. quod tantorum virorum contigisse scriptis non miror, cum orationem meam proxime doctissimi homines hoc studio, hoc adsensu, hoc etiam labore per biduum audierint, quamuis intentionem eorum nulla hinc et inde collatio, nullum quasi certamen accenderet. nam Rhodii cum ipsis orationum uirtutibus tum etiam comparationis aculeis excitabantur; nostra oratio sine aemulationis gratia probabatur. an merito, scies, cum legeris librum, cuius amplitudo non sinit me longiore epistula praeloqui. oportet enim nos in hac certe, in qua possumus, breues esse, quo sit excusatius quod librum ipsum, non tamen ultra causae amplitudinem, extendimus. uale.

6.

C. PLINIVS IVLIO NASONI SVO S.

Tusci grandine excussi, in regione Transpadana summa abundantia, sed par uilitas nuntiatur: solum mihi Laurentinum meum in reditu. nihil quidem ibi possideo praeter tectum et hortum statimque harenas. solum tamen mihi in reditu. ibi enim plurimum scribo, nec agrum, quem non habeo, sed ipsum me studiis excolo; ac iam possum tibi ut

---

1 complectitur ·C· est **D** 2 hunc rogo **BFVDouxa** hunc ergo **M** hunc ergo rogo *Sichardus* semenstri **BFa** splendidorem **D** 3 suo *om.* **D** Caluisium nostrum obligabis *om.* **MV** 5 ausim *corr. ex* ausum **x** te *om.* **o** 6 uale *om.* **D**

8 Adiuliumsparsum *ind.* **B** SPARSO SVO **BFMDouxa** SPARSVO **V** 9 aeschinen **FMVDa** *et ind.* **B** eschinen (A- *init. om.* **B** aeschinem **ou** Eschinem **x** aiunt] autem **o** hrodiis **M** rodis **D** 10 demoscenis **u** 11 contigisse scriptis **BFouxa** scriptis (scribtis **M**) contigisse **MVD** poxime **V** 13 quamuis hac intentione ert nulla **D** illorum **o** hinc] hin **u** 14 accenderat **V** accenderetur **ux** rhodi (-h- *add. supra* m^1 **F**) **BFD** hrodii **M** uirtutibus orationum **D** 15 tum] cum **ux** 17 sinet **D** proloqui **o** 18 quo — 19 extendimus *om.* **MVD** 20 uale *uersu expleto om.* **x**

22 Adiulium nason· *ind.* **B** NASONI **BFDouxa** *et marg.* **F** NASONIO **M** NASIO **V** 23 excussi] contusi *uel* caesi *Boot* 24 paruilta *et marg* m^2 al' p uilitas **o** parum utilitatis **Do** par uilitas **i** redditu *(et u. 26 et aliis saepissime, non posthac notabimus)* oux 26 nec] ne **x** 27 sed solum ipsum **x** possun *corr.* m^1 *ex* possunt **V**

aliis in locis horreum plenum sic ibi scrinium ostendere. igitur tu quoque, si certa et fructuosa praedia concupiscis. aliquid in hoc litore para. uale.

7.

C. PLINIVS CATIO LEPIDO SVO S.

1 Saepe tibi dico inesse uim Regulo. mirum est quam efficiat in quod incubuit. placuit ei lugere filium; luget ut nemo: placuit statuas eius et imagines quam plurimas facere; hoc omnibus officinis agit, illum coloribus, illum cera, illum aere, illum argento, illum auro,
2 ebore, marmore effingit. ipse uero et nuper adhibito ingenti auditorio librum de uita eius recitauit, de uita pueri: recitauit tamen; eundem librum in exemplaria transscriptum mille per totam Italiam prouinciasque dimisit: scripsit publice ut a decurionibus eligeretur uocalissimus aliquis ex ipsis, qui legeret eum populo: factum est.
3 Hanc ille uim, seu quo alio nomine uocanda est intentio quidquid uelis obtinendi, si ad potiora uertisset, quantum boni efficere potuisset! quamquam minor uis bonis quam malis inest, ac sicut ἀμαθία μὲν θράσος, λογισμὸς δὲ ὄκνον φέρει, ita recta ingenia debilitat uerecundia,
4 peruersa confirmat audacia. exemplo est Regulus. imbecillum latus, os confusum, haesitans lingua, tardissima inuentio, memoria nulla, nihil denique praeter ingenium insanum; et tamen eo impudentia ipsoque
5 illo furore peruenit, ut a plurimis orator habeatur. itaque Herennius Senecio mirifice Catonis illud de oratore in hunc e contrario uertit, 'orator est uir malus dicendi imperitus.' non mehercule Cato ipse tam bene uerum oratorem, quam hic Regulum expressit.
6 Habesne quo tali epistulae parem gratiam referas? habes, si scripseris, num aliquis in municipio uestro ex sodalibus meis, num etiam ipse tu hunc luctuosum Reguli librum ut circulator in foro legeris,

---

1 sic] sed **D** scrineum **oux** 2 si *om.* **o** concupistis **u** hoc *om.* **V** 5 Adcatium · lepidum *ind.* **B** LEPIDO *codd. omnes* (*et marg.* **F**) 6 efficiat *corr. m*^{2} *ex* effaciat **B** effigiat **a** 7 quid **u** statuas *corr. m*^{2} *ex* statuit **M** 9 effigit *ante* agit *del.* **x** cera *corr. m*^{1} *fortasse ex* cena **F** aureo **M** 10 uero et nuper **BFouxa** uero nuper **MVD** adhibito *corr. ex* adhibite **x** adhibite **u** 11 de uita eius recitauit *om.* **x** de uita pueri recitauit *om.* **BFua**, *add.* **MVDox** *et marg. m*^{2} **u** eundem librum in (in *om.* **F**) **BFouxa** eundem in **MVD** 12 transscriptum mille **BFa** mille transscriptum **MVDoux** 13 demisit **BF** 14 eum] cum **ux** 15 quicquid (*corr. m*^{2} *ex* quidquid **B**) **BFVx** 16 optinendi **BFMVD** *post* si *una litt. del.* **x** pauciora **oux** potuisset efficere *Hofacker* 17 acsiut **V** ἀμαθία — 18 φέρει **BFDa** *et m*^{2} *in lac.* (*cum* λόγισμα) **ox** ΑΜ (ΛΛ **V**) ΑΘΙΑΜΕ (Η **V**) ΝΕΡΕΙ **MV**, *om. in lac.* **u**: *Thuc. II. 40. 3* 18 uerecundia **a** 19 os] as **BF** (as *corr. in* os *man. recentissima; cf. 90. 12* **F**), *om.* **D** 20 conflatum **D** 22 ut **a** plurimis orator *Cat.* **a** ut plurimis orator (orator *corr. m*^{2} *ex* oratur **B**) **BFoux** *fortasse recte* ut orator **MVD** herenius **MVo** haberemus **u** 23 senicio **M** senitio **V** senetio **ou** ca | catonis **B** illud catonis **oux** 24 imperitiis **u** 26 habes] omnes **oux** 27 nostro **o** 28 circulator **BMVa** circumlator **FDux** circum latum **o**

ἐπάρας scilicet, ut ait Demosthenes, τὴν φωνὴν καὶ τετηθὼς καὶ λαρυγγίζων. est enim tam ineptus, ut risum magis possit exprimere quam 7
gemitum: credas non de puero scriptum, sed a puero. uale.

8.

C. PLINIVS MATVRO ARRIANO SVO S.

Gratularis mihi, quod acceperim auguratum: iure gratularis, pri- 1
mum quod grauissimi principis iudicium in minoribus etiam rebus consequi pulchrum est, deinde quod sacerdotium ipsum cum priscum et religiosum tum hoc quoque sacrum plane et insigne est, quod non adimitur uiuenti. nam cetera quamquam dignitate propemodum paria 2
ut tribuuntur sic auferuntur, in hoc fortunae hactenus licet, ut dari possit. mihi uero etiam illud gratulatione dignum uidetur, quod suc- 3
cessi Iulio Frontino, principi uiro, qui me nominationis die per hos continuos annos inter sacerdotes nominabat, tamquam in locum suum cooptaret: quod nunc euentus ita comprobauit, ut non fortuitum uideretur. te quidem, ut scribis, ob hoc maxime delectat auguratus meus, 4
quod M. Tullius augur fuit. laetaris enim, quod honoribus eius insistam, quem aemulari in studiis cupio. sed utinam, ut sacerdotium 5
idem, ut consulatum multo etiam iuuenior quam ille sum consecutus, ita senex saltem ingenium eius aliqua ex parte adsequi possim! sed 6
nimirum, quae sunt in manu hominum et mihi et multis contigerunt, illud uero ut adipisci arduum, sic etiam sperare nimium est, quod dari non nisi a dis potest. uale.

---

1 ἐπάρας *om.* **BFouxa**, *add.* **MV** etiapas **D**: *Dem. De Cor. 291* ait] a at **oux** demosthenis **MV** demoscenes **u** καὶ *prior loco om.* **BFa** καὶ *poster. loco*] ΚΑ **BF** ΤΗΝΦΩΝΙΙ Η V ΝΕΤ et V ΤΕΓΗΘ ΟCΕΤ & V ΜΡΥΤΙΤΙΖΩΝ **MV**; *om. in lac.* **oux** (τὴν φωνὴν *add. m² in lac., rell. om.* **o**. *Graeca add. incorrecte m² in lac.* **x**) τὴν φωνὴν εἰλελητώς ἡ ἄρει ιείζω **D** λαρυγγίζων i) 2 risum — 3 gemitum *om.* **MVD** 3 a] ad **M**

5 Admatur·arrian *ind.* **B** ARRIANO *codd. omnes* 7 principis *om.* **o** 8 quod] cum **BF** ipsum (ip- *m¹ in ras.*) **u** cum *om.* **D** 9 religiosum **V** 10 cetera **BFa** alia **MVDoux** quamquam — paria *om.* **BF** 12 etiam illud illum **o** **BFouxa** illud etiam **MVD** gratulatione -ne *add. supra m²* **B** successu **D** 13 Fortino **M** uiro] uero **BF** nominationis -i- *altimo loco corr. station ex -s-* **F** 14 inter sacerdotes *om.* **ux** sacerdotis **MV** 15 cooptaret **Fou** captaret **x** uideatur *Barth* 16 ob *om.* **Douxa** 17 M· *add. m² in ras.* **B** ·T· **x** 18 aemulari in studiis **BFoa** aemulari studiis **MVDux**: *cf. III. 1. 1; VIIII 22 1* 19 idem ut consulatum **MVDoux** idem consulatum **BF** idem et consulatum **a** etiam] enim **V** iunior **x** 20 possim **BFDouxa** possem **MV** 21 quae *corr. m² ex* qui **B** hominum ea et **MV** 22 adipisci *corr. m² ex* adpisci **B** apisci **MV** 23 nisi a diis non **oux** nisi dis **D** diis *rell.*)

9.

C. PLINIVS CORNELIO VRSO SVO S.

1 Causam per hos dies dixit Iulius Bassus, homo laboriosus et aduersis suis clarus. accusatus est sub Vespasiano a priuatis duobus; ad senatum remissus diu pependit, tandem absolutus uindicatusque est:
2 Titum timuit ut Domitiani amicus, a Domitiano relegatus est: reuocatus a Nerua sortitusque Bithyniam rediit reus, accusatus non minus acriter quam fideliter defensus. uarias sententias habuit, plures tamen
3 quasi mitiores. egit contra eum Pomponius Rufus, uir paratus et uehemens: Rufo successit Theophanes, unus ex legatis, fax accusationis
4 et origo. respondi ego. nam mihi Bassus iniunxerat ut totius defensionis fundamenta iacerem, dicerem de ornamentis suis, quae illi et ex
5 generis claritate et ex periculis ipsis magna erant, dicerem de conspiratione delatorum, quam in quaestu habebant, dicerem causas quibus factiosissimum quemque, ut illum ipsum Theophanen, offendisset. eundem me uoluerat occurrere crimini quo maxime premebatur. in aliis enim quamuis auditu grauioribus non absolutionem modo uerum
6 etiam laudem merebatur; hoc illum onerabat, quod homo simplex et incautus quaedam a prouincialibus ut amicus acceperat: nam fuerat in prouincia eadem quaestor. haec accusatores furta ac rapinas, ipse munera uocabat.
7 Sed lex munera quoque accipi uetat. hic ego quid agerem, quod iter defensionis ingrederer? negarem? uerebar ne plane furtum uideretur quod confiteri timerem. praeterea rem manifestam infitiari augentis erat crimen, non diluentis, praesertim cum reus ipse nihil integrum aduocatis reliquisset. multis enim atque etiam principi dixerat sola se munuscula dumtaxat natali suo aut Saturnalibus accepisse et pleris-

---

2 Adcornel·ursum· *ind.* **B** VRSO *codd. omnes* 3 Iulius Bassus dixit **r** Iunius Bassus dixit *Pomp. Laet.* 4 a] et **o** a senatu **MV** 5 tandem **MVDoux** tandemque (-em- *in ras.* **B**) **BFa** est *om.* **MVD**, *add.* **BFouxa** 6 ut *corr. m*^{1} *ex nescio qua uocula* **F** domitiani amicus a *om.* **V** 7 bythiniam **M** bitiniam **u** rediit **MV** redit **BFDouxa** 9 quasi *om.* **Doux** aegit **F** ruffus **o** peritus **oux** 10 ruffo **ox** theofanes **MVDo** Teophanes **u** fax (*marg. m*^{2} l'princeps **o**) **BFMVoux** princeps **Dp** princeps fax **a** 11 nam] num **a** in ,iunxerat (*ras. duarum litt.*) **B** ut *om.* **MV** 12 dicerem *om.* **D** et *om.* **MV** 13 et *om.* **MV** 14 quaeastu *uel* quaecestu **V** 15 illi **ux** theophanen (*corr. m*^{2} *ex* theopanen **B**) **BMV** theophanē **F** Theophanem **ouxai** theofanen **D** 16 quod **V** 18 etiam *om. in fine uersus* **o** honorabat (*aliquid corrigendum esse adnotat* **o**) **oux** 19 amicis *Sichardus* 20 prouincia eadem **BFouxa** eadem prouincia **MVD** (accusatores **i**) ac **Ba** aut **F** et **MVDoux** 22 quoque' munera **D** 23 iter (*partim in ras.*) **M** ingrediar **o** 25 deluentis (de- *m*^{1} *in ras.* **B**) **BF** 26 aduocatis *corr. ex* aduocatus **F** aduocatus **B** enim] etiam **Doux** principis **V** dixerat *corr. m*^{1} *ex* dexerat **V** dexerat **D** dixerant **u** se sola **D** 27 accepisse saturnalibus plerisque **o** accepisse saturnalibus aut plerisque **ux**

que misisse. ueniam ergo peterem? iugularem reum, quem ita deli- 8
quisse concederem, ut seruari nisi uenia non posset. tamquam recte
factum tuerer? non illi profuissem, sed ipse impudens exstitissem. in 9
hac difficultate placuit medium quiddam tenere: uideor tenuisse.

Actionem meam, ut proelia solet, nox diremit. egeram horis tribus
et dimidia, supererat sesquihora. nam cum e lege accusator sex horas,
nouem reus accepisset, ita diuiserat tempora reus inter me et eum qui
dicturus post erat, ut ego quinque horis, ille reliquis uteretur. mihi 10
successus actionis silentium finemque suadebat. temerarium est enim
secundis non esse contentum. ad hoc uerebar ne me corporis uires
iterato labore desererent, quem difficilius est repetere quam iungere.
erat etiam periculum ne reliqua actio mea et frigus ut deposita et 11
taedium ut resumpta pateretur. ut enim faces ignem adsidua concus-
sione custodiunt, dimissum aegerrime reparant, sic et dicentis calor et
audientis intentio continuatione seruatur, intercapedine et quasi re-
missione languescit. sed Bassus multis precibus, paene etiam lacrimis 12
obsecrabat implerem meum tempus. parui utilitatemque eius praetuli
meae. bene cessit: inueni ita erectos animos senatus, ita recentes, ut
priore actione incitati magis quam satiati uiderentur.

Successit mihi Lucceius Albinus tam apte, ut orationes nostrae 13
uarietatem duarum, contextum unius habuisse credantur. respondit 14
Herennius Pollio instanter et grauiter, deinde Theophanes rursus. fe-
cit enim hoc quoque, ut cetera, impudentissime, quod post duos et con-
sulares et disertos tempus sibi et quidem laxius uindicauit. dixit in
noctem atque etiam inlatis lucernis. postero die egerunt pro Basso 15
Homullus et Fronto mirifice: quartum diem probationes occuparunt.

---

1 iugularem **BFouxa** iugulassem **MV** iugulasset **D** reliquisse **D** deliquisse — 2 posset *add. infra* m^1 **V** 2 concederem *corr.* m^2 *ex* concedem **B** ueniam **V** 3 factum (-actum *in ras., ut uidetur*) **V** extitissem *corr.* m^2 *ex* extissem **M** 4 quiddam medium ux quoddam medium **o** 5 nox] nos **F** 6 dimia **D** supererat *om.* **o** sesquiora **MV** sequihora **x** sesque hora **o** e] ex **Doux**, *om.* **V** 7 reum **x** accipisset **V** dimiserat **u** 8 ego *om* **o** 9 suadebat *corr.* m^2 *ex* suadabat **B** 10 *post* secundis *litt.* **s** *del.* **M** contemptum **F** ne mox corporis **Dox** ne mox terperis **u** ne me mox corporis **p** *Cat* 11 desererent **BFMVa** deficerent **Doux** iungere *corr. statim ex* iungeri **o** 12 etiam] enim **V** et (et *om.* oux) frigus ut deposita (deposite **V**) et taedium ut resumpta pateretur **MVDoux** ut ut *corr. ex* et **B** frigus ui deposita et et *subpunxit* **B**, *om.* **F** taedium aut risum pateretur **BF** et frigus deposita et taedium resumpta pateretur **a** 14 demissum **BFa** reparant (-pa- m^2 *in ras.*) **u** calor *corr.* m^1 *ex* color **M** calore **V** 15 intercapedine (-er- *in ras.*) **u** intercapedine autem et **D** 16 etiam] et oux 17 eius *om.* **D** 18 ereptos **F** rectos **D** 19 incitari **o** 20 lucceius **MVD** lucceius **B** lucius **Foux** lucetius **a** apte (a- *in ras.*) **M** aperte **o** orationis **D** 21 uarietate **Doux** 22 polio **B** Pallio **a** thophanes **M** 23 consulares *corr. ex* consolares **B** 24 tempus ibi[quidem **M** uendicauit **ou** uindicauit *corr. ex* uend- **x** 25 etiam inlatis **BFa** etiam nocte inlatis **MVDoux** 26 homullus **BFa** homulus **D** nomulus (-o- m^2 *in ras.*) **u** oux titius homullus **MV** quarto die **o** occupauerunt **pa**

16 Censuit Baebius Macer, consul designatus, lege repetundarum Bassum teneri, Caepio Hispo, salua dignitate iudices dandos: uterque recte.
17 qui fieri potest, inquis, cum tam diuersa censuerint? quia scilicet et Macro legem intuenti consentaneum fuit damnare eum qui contra legem munera acceperat, et Caepio, cum putaret licere senatui, sicut licet, et mitigare leges et intendere, non sine ratione ueniam dedit
18 facto uetito quidem, non tamen inusitato. praeualuit sententia Caepionis, quin immo consurgenti ei ad censendum acclamatum est, quod solet residentibus. ex quo potes aestimare, quanto consensu sit exceptum, cum diceret, quod tam fauorabile fuit, cum dicturus uidere-
19 tur. sunt tamen ut in senatu ita in ciuitate in duas partes hominum iudicia diuisa. nam quibus sententia Caepionis placuit, sententiam Macri ut rigidam duramque reprehendunt: quibus Macri, illam alteram dissolutam atque etiam incongruentem uocant; negant enim congruens
20 esse retinere in senatu cui iudices dederis. fuit et tertia sententia: Valerius Paulinus adsensus Caepioni hoc amplius censuit referendum de Theophane, cum legationem renuntiasset. arguebatur enim multa in accusatione fecisse, quae illa ipsa lege, qua Bassum accusaverat, tene-
21 rentur. sed hanc sententiam consules, quamquam maximae parti senatus mire probabatur, non sunt persecuti. Paulinus tamen et iustitiae
22 famam et constantiae tulit. misso senatu Bassus magna hominum frequentia, magno clamore, magno gaudio exceptus est. fecerat eum fauorabilem renouata discriminum uetus fama notumque periculis nomen et in procero corpore maesta et squalida senectus.
23 Habebis hanc interim epistulam ut πρόδρομον, exspectabis oratio-
nem plenam onustamque, exspectabis diu: neque enim leuiter et cursim, ut de re tanta, retractanda est. uale.

---

1 bebius **FVux** 2 teneri (te- *m²* *in ras. unius litt.*) **u** caepio his salua **D** coepio his salua **o** cepio hispo salua **ux** iud· [= iudices] tandos (*uel fortasse* candos) **M** iudicandos **V** 3 inquis cum (quum **B**) tam diuersa censuerint (censuerunt **o** censuerant **u**) quia (a qua **F**, *et corr. ex* qua **B**) **BFouxa** inquis ut uterque recte quia **MV** inquis quia **D** 4 intuen consectaneum **V** damnare (damn- *in ras.*)**F** damnari **D** 5 munera (-a *in ras. uel aliquo modo correctum*) **F** coepio **o** cepio **ux** 6 mutigare **o** sine ratione *in ras.* **u** 7 coepionis **o** cepionis **ux** 8 quinimo **u** ei *om.* **MV** 9 aestimare] cogitare **ux** (aestimare **i**) 10 uidetur **MV** 11 in *ult. loco om.* **a** hominum partes (partis **o**) **oux** 12 sententia caepionis (coepionis **o** cepionis **ux**) **BFDouxa** caepionis (caepitionis **V**) sententia **MV** 13 duram rigidamque **oux** illa altera **B** illam *om.* **ux** 15 tenere **u** 16 cepioni **ux** cepioni **o** 17 cum *om.* **o** legationem (*corr. m²* *ex* legationi **o**) **MVDoua** legationi (*corr. ex* legationem **x**) **Fx** legatione **B** 18 accusationem **o** bassus **D** cernerentur **oux** 19 sed *corr. m²* *ex* et **B** 20 probabitur **D** prosecuti **ux** 21 consientiae **D** magna *corr. ex* magna, *ut uidetur* **M** 22 eum] cum **x** faborabilem **B** 24 maesta *corr. ex* maiesta **M** 25 ut ΠΡΟδΡΟΜΟΝ **B** *et m²* **F** πρόδρομον **Da** ut ΥΠΥΟΔΡΟΜΟΝ **MV** ut (*om.* πρόδρομον *in lac., add. m² in lac.* **x**) **oux** expectabis *corr. m²* *ex* expectabas **x** 26 leuiter ut cursim **D**

10.

C. PLINIVS STATIO SABINO SVO S.

Scribis mihi Sabinam, quae nos reliquit heredes, Modestum ser- 1
uum suum nusquam liberum esse iussisse, eidem tamen sic adscripsisse
legatum, 'Modesto, quem liberum esse iussi.' quaeris quid sentiam.
contuli cum prudentibus: conuenit inter omnes nec libertatem deberi, 2
quia non sit data, nec legatum, quia seruo suo dederit. sed mihi mani-
festus error uidetur, ideoque puto nobis, quasi scripserit Sabina, fa-
ciendum quod ipsa scripsisse se credidit. confido accessurum te sen- 3
tentiae meae, cum religiosissime soleas custodire defunctorum uolun-
tatem, quam bonis heredibus intellexisse pro iure est. neque enim
minus apud nos honestas quam apud alios necessitas ualet. moretur 4
ergo in libertate sinentibus nobis, fruatur legato, quasi omnia diligen-
tissime cauerit. cauit enim quae heredes bene elegit. uale.

11.

C. PLINIVS CORNELIO MINICIANO SVO S.

Audistine Valerium Licinianum in Sicilia profiteri? nondum te puto 1
audisse: est enim recens nuntius. praetorius hic modo inter eloquen-
tissimos causarum actores habebatur; nunc eo decidit, ut exsul de
senatore, rhetor de oratore fieret. itaque ipse in praefatione dixit do- 2
lenter et grauiter 'quos tibi, Fortuna, ludos facis? facis enim ex pro-
fessoribus senatores, ex senatoribus professores'. cui sententiae tantum
bilis, tantum amaritudinis inest, ut mihi uideatur ideo professus, ut
hoc diceret. idem, cum Graeco pallio amictus intrasset (carent enim 3
togae iure quibus aqua et igni interdictum est), postquam se compo-
suit circumspexitque habitum suum, 'latine' inquit 'declamaturus sum.'
Dices tristia et miseranda, dignum tamen illum, qui haec ipsa 4

---

2 Adstatium·sabinum *ind.* **B** SABINO *codd. omnes* 3 sabinum *ind* **B** reliquid **V** Modestum *corr. m*^{2} *ex fortasse* modum **u** 4 suum] meum **V** idem **BFa** ascripsisse **o** 5 esse liberum **ou** sentiam *corr. ex* sententiam **B** sententiam **D** 6 cum prudentibus **BFa** cum peritis iuris **MVD** cum prudentibus cum peritis uiris **oux** omnis **Do** nec libertate quia non **D** deberi *corr. m*^{2} *ex* tereri, *ut uidetur* **M** 8 faciundum **oux** 9 scripsisisse credidit **V** te accessurum **oux** 10 defunctorum uoluntates custodire **oux** uoluntem **M** 11 neque — 12 ualet *om.* **MVD** 13 libertatem **F**

16 CORNELIO MINVCIANO (minutiano **ou**) **Foux** Adcornel·minic *ind.* **B** MINICIANO **BMVDa** 17 audistineualminic *ind.* **B** -ne [-e *in ras.*] **u** in *om.* **BF** nundum reputo **o** 18 audiste **u** modo hic **MV** 19 eo *corr. ex* ego **M** 20 *inter* de *et* oratore *litt.* e *del.* **B** 21 ex professoribus senatores ex senatoribus professores **BFouxa** ex senatoribus professores (professoris **D** ex professoribus senatores senatoris **D**) **MVD** 23 inest] est **ux** ideo *om* **F** 24 amictus (-c- *corr. m*^{2} *fortasse ex* -t-) **u** 25 togę *corr. m*^{2} *ex* tegę **u** postque **o** 27 dices **MVD** dicens **BFouxa** tristitia **MVD** miseranda *corr. m*^{2} *ex* miserenda **B**

studia incesti scelere macularit. confessus est quidem incestum, sed incertum utrum quia uerum erat, an quia grauiora metuebat, si negasset. fremebat enim Domitianus aestuabatque in ingenti inuidia destitutus. nam cum Corneliam, Vestalium maximam, defodere uiuam concupisset, ut qui inlustrari saeculum suum eius modi exemplis arbitraretur, pontificis maximi iure seu potius immanitate tyranni, licentia domini, reliquos pontifices non in Regiam, sed in Albanam uillam conuocauit. nec minore scelere quam quod ulcisci uidebatur absentem inauditamque damnauit incesti, cum ipse fratris filiam incesto non polluisset solum, uerum etiam occidisset: nam uidua abortu periit.

7 Missi statim pontifices, qui defodiendam necandamque curarent. illa nunc ad Vestam, nunc ad ceteros deos manus tendens, multa, sed hoc frequentissime clamitabat, 'me Caesar incestam putat, qua sacra 8 faciente uicit, triumphauit?' blandiens haec an inridens, ex fiducia sui an ex contemptu principis dixerit dubium est: dixit, donec ad supplici- 9 um, nescio an innocens, certe tamquam innocens, ducta est. quin etiam cum in illud subterraneum cubiculum demitteretur haesissetque descendenti stola, uertit se ac recollegit, cumque ei carnifex manum daret, auersata est et resiluit foedumque contagium quasi a casto puroque corpore nouissima sanctitate reiecit omnibusque numeris pudoris 10 πολλὴν πρόνοιαν ἔσχεν εὐσχήμων πεσεῖν. praeterea Celer, eques Romanus, cui Cornelia obiciebatur, cum in comitio uirgis caederetur, in hac uoce perstiterat, 'quid feci? nihil feci.'

---

1 maculauerit **oux** incestum *corr. ex* incestus **u** ingestum **M** 2 utrum quia *corr.* m^2 *ex* utrunque **x** utrunque **o** utrumque **u** an *om.* **D** 3 aestuebatque **V** in *om.* **MVouxa** *add.* **BFD** constitutus **Dou** *et* m^2 **x** 4 uestalium maximam **MVD** maximillam uestalem **BFouxa**: *an* maximam illam uestalem? 5 concupisset (concupisse **V**) **MVDoux** cupisset **BFa** concupisceret **p** inlustrali **V** inlustraret **D** eius] huius **ux** exemplis **MVDoux** exemplo **BFa** *fortasse recte* 6 pontificis **M** 8 quod *om.* **o** minore quam quo duci uidebatur scelere absentem **D** ulcisti **u** 9 filiam in incesto **D** 10 abhortu **BF** abortiuo **o** 11 perit **D** 12 defodendam *corr.* m^2 *ex* defendendam **x** 13 aduestem **F** 14 hoc] haec **o** hec **ux** quam sacra facientem **BF** 15 hoc **x** an ridens **D** sua **oux** 17 tamquam innocens **MVD** *et* m^1 **B** tamquam nocens **Fouxa** *et* m^2 **B** 18 in *om.* **BF** cubiculum *om.* **MVD**, *add.* **BFouxa** dimitteretur **D** 19 scola **D** cumque] cum **oux** carnifex manum **BFouxa** manum carnifex **MVD** *litt.* ao *post* carnifex *del.* **x** 20 aduersata **oux** (auersata **i**) resiluit *corr. ex* resiliuit **B** resiliit **oux** resoluit **D** contagium **BFa** contactum **MVDoux** quasi **BFoux** quasi plane **MVDa** plane quasi *Schaefer* a casto puroque corpore **MVDa** a castō puroque corpore **B** a casto corpore puroque **Foux** 21 muneris **u** 22 πολλὴν — πεσεῖν (εὐσχήμως *Ber.* **a**, -c- *ultimo loco in ras.* **B**) **BFDa** ΠΟΛΛΕΝΠΡΟΝΟΙΑΝΕCΧΕΝΕΥCΧΕΜΟΝΠΕCΕΙΝ *(altera manu, ut uidetur, sed contemporanea)* **V** ΠΟΛΛΗΝΠΡΟΝΟΙΔΝΕCΧΕΝΕΥCΧΗΜΩΝΠΕCΕΙΝ **M**, *om. in lac.* **oux** (*add. in lac.*. πολλὴν *om.*, m^2 **o**, *et*, εὐσχημως *corr. ex* ευσχημ. m^2 **x**): *Eur. Hecub. 569* eques *corr.* m^2 *ex* equos **M** romanos **M** 23 dicebatur **x** uirgis (u- m^2 *in ras.*) **B** cederetur **ux** 24 persteterat **MV** praestiterat **o** persisterat **D** quid feci nihil feci nihil feci **Dox**

Ardebat ergo Domitianus et crudelitatis et iniquitatis infamia: 11
arripit Licinianum, quod in agris suis occultasset Corneliae libertam.
ille ab iis quibus erat curae praemonetur, si comitium et uirgas pati
nollet, ad confessionem confugeret, quasi ad ueniam: fecit. locutus est 12
pro absente Herennius Senecio tale quiddam, quale est illud κεῖται
Πάτροκλος. ait enim 'ex aduocato nuntius factus sum: recessit Lici-
nianus.' gratum hoc Domitiano, adeo quidem ut gaudio proderetur di- 13
ceretque 'absoluit nos Licinianus.' adiecit etiam non esse uerecundiae
eius instandum: ipsi uero permisit, si qua posset, ex rebus suis raperet,
ante quam bona publicarentur, exsiliumque molle uelut praemium de-
dit. ex quo tamen postea clementia diui Neruae translatus est in Si- 14
ciliam, ubi nunc profitetur seque de Fortuna praefationibus uindicat.

Vides quam obsequenter paream tibi, qui non solum res urbanas 15
uerum etiam peregrinas tam sedulo scribo, ut altius repetam. et sane
putabam te, quia tunc afuisti, nihil aliud de Liciniano audisse, quam
relegatum ob incestum. summam enim rerum nuntiat fama, non ordi-
nem. mereor ut uicissim quid in oppido tuo, quid in finitimis agatur 16
(solent enim notabilia quaedam incidere) perscribas: denique quidquid
uoles, dum modo non minus longa epistula nunties. ego non paginas
tantum sed etiam uersus syllabasque numerabo. uale.

12.

C. PLINIVS MATVRO ARRIANO SVO S.

Amas Egnatium Marcellinum atque etiam mihi saepe commendas: 1
amabis magis commendabisque, si cognoueris recens eius factum. cum 2
in prouinciam quaestor exisset scribamque, qui sorte obtigerat, ante

---

3 iis **MVa** his **BFDoux** praemoneretur **F** uirgas *corr. ex nescio qua uoce* **x** uirgam **o** 5 herenius **o** haberemus **u** senicio **MV** senetio **o** senectio **D** Senecio **i**) quale *corr. m*^{2} *ex* quales **M** qualis **V** ΚΕΙΤΑΙΠΑΤΡΟΚΑΟC -ΛΟC **FVa**, *omnia eadem manu quae 101. 22* **V**) **BFMVa** καῖται Πατρόκλος **D**, *om. in lac.* **oux** (*add. in lac. m*^{2} **ox**): *Hom. Il. XVIII. 20* 6 aduocata **M** recessit licinianus **BFoa** licinianus recessit **MVDux** 7 gratum] adiecit etiam gratum **ux** adiecit enim gratum **o** liciniano *post* hoc *del.* **x** prodiret **oux** 8 nos] uos **V** uere cum die **u** 9 posset **MVDoux** possit **BFa** suis *om.* **x** rapere **MV** 11 est *om.* **Doux** 12 ubi nunc *om.* **o** 13 uide **x** paream] per eam **ux** quia *corr. m*^{2} *ex* qui **o** 15 afuisti **MV** *et m*^{1} **B** affuisti **Dx** abfuisti **a** adfuisti **Fou** *et m*^{2} **B** 16 summa **u** 18 notabilia quaedam **BFouxa** quaedam notabilia **MVD**: *cf. III. 1. 2* 19 longua **F** nunties **BFouxa** nuntia **MVD** 20 etiam uersus **BFouxa** uersus etiam **MVD**

22 Amatur·arrian· *ind.* **B** ARRIANO **BMVDouxa**, *inscriptionem epistulae om., sed in marg. partim detons.* ·linius ar | ·iano suo **F** 23 egnatium **FMVDa** egnantium **B** agnatium **oux** amasegnatiummarcum *ind.* **B** mihi *om.* **V** commendas amabis magis (magnis **V**· commendabisque si **MVDouxa** commendas magisque commendabis si **BF** 24 recens eius **BFoua** eius recens **MVDx** 25 prouincia **F** qui sorte **BFa** cui sorti **MV** cui sorte **Doux** qui sorte ei *Bmt post* optigerat *ras. quattuor litt.* **B**

legitimum salarii tempus amisisset, quod acceperat scribae daturus in-
3 tellexit et statuit subsidere apud se non oportere. itaque reuersus
Caesarem, deinde Caesare auctore senatum consuluit, quid fieri de sa-
lario uellet. parua quaestio, sed tamen quaestio. heredes scribae sibi,
4 praefecti aerario populoque uindicabant. acta causa est: dixit heredum
aduocatus, deinde populi, uterque percommode. Caecilius Strabo aera-
rio censuit inferendum, Baebius Macer heredibus dandum: obtinuit
Strabo.

5 Tu lauda Marcellinum, ut ego statim feci. quamuis enim abunde
sufficiat illi quod est et a principe et a senatu probatus, gaudebit
6 tamen testimonio tuo. omnes enim qui gloria famaque ducuntur mirum
in modum adsensio et laus a minoribus etiam profecta delectat. te
7 uero Marcellinus ita ueretur, ut iudicio tuo plurimum tribuat. accedit
his quod, si cognouerit factum suum isto usque penetrasse, necesse
est laudis suae spatio et cursu et peregrinatione laetetur. etenim ne-
scio quo pacto, uel magis homines iuuat gloria lata quam magna. uale.

13.

C. PLINIVS CORNELIO TACITO SVO S.

1 Saluum in urbem uenisse gaudeo. uenisti autem, si quando alias
nunc maxime mihi desideratus. ipse pauculis adhuc diebus in Tuscu-
2 lano commorabor, ut opusculum quod est in manibus absoluam. uereor
enim ne, si hanc intentionem iam in fine laxauero, aegre resumam. in-
terim ne quid festinationi meae pereat, quod sum praesens petiturus
hac quasi praecursoria epistula rogo: sed prius accipe causas rogandi.

---

1 legiptimum u salari tempus **D** tempus salarii oux salarii *om.* **F** ami-
sisset *corr. m*^{2} *ex* amisset **B** amississet **V** 2 se non oportere *in ras. quae in*
uersu praecedente incipit **B** se (s- *m*^{2} *in ras.*) u 4 uelit et parua **D** uellet et
parua oux et *del.* i sed tamen quaestio *om.* **MVD** 5 aerario populoque (-que
add. supra m^{1} **B**) **BFouxa** aerario populo **D** aerari populo **MV** aerarii aerario po-
puloque *Casaubon* uidicabant *uel* iudicabant u iudicabant x 6 populum **D**
per incommodo u caecilius (cecilius u) strabo aerario **VDoux** caelius strabo
aerario **BFa** caecilius strabo tu lauda marcellinum aerario **M** 7 bebius **Voux**
9 ut ego statim feci *om.* **MVD** 10 est *om.* oux et *priore loco om.* **D** 11 omnis
u mirum immo dum **D** 13 ita reueretur **M** ita reuertetur **V** ut] et **D**
14 cognorit o 15 spatium **V** etenim] enim **Doux** 16 hanc *post* magis *del.*
x uiuant o

18 Adcornelium tacitum *ind.* **B** TACITO **BMVDouxa**, *inscriptionem epistulae*
om., sed in marg. partim detons. ·linius tacito | ·uo **F** 19 saluum te in urbem
pra uenisse te *coni. C. F. W. Müller* 20 mihi maxime oux Tuscano
Mommsen 21 est *om.* o 22 si *om.* u in fine laxauero **Di** in finem laxauero
BFouxa in fine intermisero **MV** 24 praecursoria **MV** .·. l' praecursoria *add.*
marg. m^{2} o praecusori **D** praeceptoria **BFoxa**, *om* u causas rogandi proxime
cum **MVD** causas rogandi deinde ipsum quod peto proxime cum (deinde ips- *in*
rasura uerborum proxime cum, *ut uidetur* **F**) **BFouxa**: *cf. F. E. Robbins in*
Classical Philology V. 469

Proxime cum in patria mea fui, uenit ad me salutandum muni- 3
cipis mei filius praetextatus. huic ego 'studes?' inquam. respondit
'etiam'. 'ubi?' 'Mediolani.' 'cur non hic?' et pater eius (erat enim
una atque etiam ipse adduxerat puerum), 'quia nullos hic praeceptores
habemus.' 'quare nullos? nam uehementer intererat uestra, qui patres 4
estis', et opportune complures patres audiebant, 'liberos uestros hic
potissimum discere. ubi enim aut iucundius morarentur, quam in pa-
tria, aut pudicius continerentur, quam sub oculis parentum, aut minore
sumptu, quam domi? quantulum est ergo collata pecunia conducere 5
praeceptores, quodque nunc in habitationes, in uiatica, in ea quae per-
egre emuntur (omnia autem peregre emuntur) impenditis adicere mer-
cedibus? atque adeo ego, qui nondum liberos habeo, paratus sum pro
re publica nostra, quasi pro filia uel parente, tertiam partem eius quod
conferre uobis placebit dare. totum etiam pollicerer, nisi timerem ne 6
hoc munus meum quandoque ambitu corrumperetur, ut accidere mul-
tis in locis uideo, in quibus praeceptores publice conducuntur. huic 7
uitio occurri uno remedio potest, si parentibus solis ius conducendi
relinquatur isdemque religio recte iudicandi necessitate collationis ad-
datur. nam qui fortasse de alieno neglegentes, certe de suo diligentes 8
erunt dabuntque operam ne a me pecuniam [non] nisi dignus accipiat,
si accepturus et ab ipsis erit. proinde consentite, conspirate maiorem- 9
que animum ex meo sumite, qui cupio esse quam plurimum quod de
beam conferre. nihil honestius praestare liberis uestris, nihil gratius
patriae potestis. educentur hic qui hic nascuntur statimque ab in-
fantia natale solum amare, frequentare consuescant. atque utinam tam
claros praeceptores inducatis, ut finitimis oppidis studia hinc petan-

---

1 in *om.* **BF** fuit **BF** 2 huic] huc **M** respondit (-dit *om. in fin. uers., add.* m^3) **o** 4 una *add. supra* **B** adduxerat (-t *add. supra* m^3) **o** hic nullos **ux** 5 nullus tam **D** uestra (u- *in ras.*) **o** 6 cum plures **Vua** libros **u** 7 discere *corr.* m^2 *ex* dicere **B** quam in patria aut pudicius (pudicius *corr.* m^2 *ex* pudicus) continerentur *bis scriptum* **B** *post* patria *lacuna, uerbis* aut pudicius continerentur quam in patria *deletis* **F** 8 parentur **M** minores **M** 9 ergo *om.* **MV** 10 in *om.* **D** 11 omnia autem peregre emuntur *om.* **BFDouxa**, *add.* **MV**: *cf. V. 19. 8* impeditis **u** addicere **o** 12 adeo **MVD**, *om.* **BFouxa** nondum *corr. ex* nundum **F** nundum **Do** libros **u** paratus *corr. ex* paratum **x** 13 nostra] uestra **D** 15 accedere **V** 16 huic] huc **M** 17 occurri uno remedio potest **MVDux** occurri potest uno remedio **o** uno remedio occurri potest **BFa** 18 isdem religio **D** iisdem religio **o** hisdemque religio **u** iudicandi **V** 19 neglentes **V** 20 a me **MVDoux** eam **BFa** non *codd. omnes, uncis inclusit Gesner 'aut* non *aut* nisi *delend.' C. F. W. Müller* nisi] fusi **V** 21 et *om.* **D** ipsis] his **oux** (*et* h- *prius incept.* **V**) proinde *corr.* m^2 *ex* perinde **x** conspirate consentite **oux** 22 plurium **o** 24 educentur **BFDouxa** edocentur **MV** edoceantur *Ber.* hic *poster. loco om.* **oux** infantia *corr.* m^2 *ex* instantia **x** mare **V** 26 clareos **V** finitimis **MVo** in finitimis **BFDuxa** ut etiam finitimis *coni. Keil* hinc studia **oux** hinc studia qui nunc aliena in loca ita lieni in hunc locum fiunt **D**

tur, utque nunc liberi uestri aliena in loca, ita mox alieni in hunc locum confluant!'

Haec putaui altius et quasi a fonte repetenda, quo magis scires, quam gratum mihi foret, si susciperes quod iniungo. iniungo autem et pro rei magnitudine rogo ut ex copia studiosorum, quae ad te ex admiratione ingenii tui conuenit, circumspicias praeceptores, quos sollicitare possimus, sub ea tamen condicione, ne cui fidem meam obstringam. omnia enim libera parentibus seruo: illi iudicent, illi eligant; ego mihi curam tantum et impendium uindico. proinde si quis fuerit repertus, qui ingenio suo fidat, eat illuc ea lege, ut hinc nihil aliud certum quam fiduciam suam ferat. uale.

14.

C. PLINIVS PATERNO SVO S.

Tu [fortasse orationem, ut soles, et flagitas et exspectas; at ego quasi ex aliqua peregrina delicataque merce lusus meos tibi prodo. accipies cum hac epistula hendecasyllabos nostros, quibus nos in uehiculo, in balineo, inter cenam oblectamus otium temporis. his iocamur, ludimus, amamus, dolemus, querimur, irascimur, describimus aliquid modo pressius modo elatius, atque ipsa uarietate temptamus efficere ut alia aliis, quaedam fortasse omnibus placeant. ex quibus tamen si non nulla tibi paulo petulantiora uidebuntur, erit eruditionis tuae cogitare summos illos et grauissimos uiros, qui talia scripserunt, non modo lasciuia rerum sed ne uerbis quidem nudis abstinuisse; quae nos refugimus, non quia seueriores (unde enim?), sed quia timidiores sumus. scimus alioqui huius opusculi illam esse uerissimam legem, quam Catullus expressit,

nam castum esse decet pium poetam
ipsum, uersiculos nihil necesse est,

---

1 nostri oux alieni] aliena ux 3 putaui *corr. m²* *ex* paitaui V 4 graciam u foret *corr. m²* *ex* floret V fore& (forent *prius incept.*) M si *om.* u susceperis MV iniungant et D 5 studiosorum MV studiorum BFDouxa ad te] apte BF 6 si licitare *(punctis in marg. m² repetitis)* o 7 possumus o condictione u 9 tantum *corr. m²* *ex* *nescio qua voce* B 10 eat *corr. m²* *ex* ea x ea] ex MV hinc] huic ux istinc *Kukula*

13 Add · paternum *ind.* B PATERNO BMVDouxa *inscriptione epist. omissa, in marg.* plin . . . | patern . . . | sal' *partim detons.* F 15 deligataque V dedicataque u lusus] iussus o 16 hac] haec MV 17 (inter i oblectamus *corr. ex* oblectamur o ocius x otio D 18 irascimur (i- *init. in ras.*) V aliquid *om.* o 19 modo pressius modo elatius MV modo pressius modo latius D modo pressius modo altius Ba modo altius modo pressius Foux: *cf. I. 8. 5; 20. 19; VII. 12. 4* 20 aliis alia o alius alia ux quaedam] quae MV 21 paulo petulantiora BFouxa petulantiora (petulentiora V) paulo MVD 23 modo a lasciuia oux 24 non *corr. m²* *ex* no B 25 alioqui *corr. ex* aloqui V 26 catulus V: *Catullus 16. 5* 28 uersiculo MV

qui tunc denique habent salem et leporem,
si sunt molliculi et parum pudici.

Ego quanti faciam iudicium tuum, uel ex hoc potes aestimare, 6
quod malui omnia a te pensitari quam electa laudari. et sane quae
sunt commodissima desinunt uideri, cum paria esse coeperunt. prae- 7
terea sapiens subtilisque lector debet non diuersis conferre diuersa,
sed singula expendere nec deterius alio putare quod est in suo genere
perfectum.

Sed quid ego plura? nam longiore praefatione uel excusare uel 8
commendare ineptias ineptissimum est. unum illud praedicendum ui-
detur, cogitare me has nugas meas inscribere 'hendecasyllabi', qui
titulus sola metri lege constringitur. proinde siue epigrammata siue 9
idyllia siue eclogas siue, ut multi, poematia seu quod aliud uocare
malueris licebit uoces, ego tantum hendecasyllabos praesto. a simpli- 10
citate tua peto quod de libello meo dicturus es alii mihi dicas; neque
est difficile quod postulo. nam si hoc opusculum nostrum aut potissi-
mum esset aut solum, fortasse posset durum uideri dicere 'quaere
quod agas': molle et humanum est 'habes quod agas.' uale.

15.

C. PLINIVS MINICIO FVNDANO SVO S.

Si quid omnino, hoc certe iudicio facio, quod Asinium Rufum sin- 1
gulariter amo. est homo eximius et bonorum amantissimus. cur enim
non me quoque inter bonos numerem? idem Cornelium Tacitum (scis
quem uirum) arta familiaritate complexus est. proinde si utrumque 2
nostrum probas, de Rufo quoque necesse est idem sentias, cum sit ad
conectendas amicitias uel tenacissimum uinculum morum similitudo.

---

1 tunc **BFMVDouxa** tum r$ *et codd. Catull. deteriores* tamen *codd. Catull. sinceriores* 2 sunt **BFMVDouxa** sint *codd. Catull. fere omnes* 4 mallui **MV** a te omnia **D** omnia *om.* **V** laudiri **D** 5 parua **D** ceperint **oux** 6 subillisque **D** debet non **BFDouxa** non debet **MV** 7 nec| ne **F** alio **MVDo** aliud **BFux** alios **a** 9 quid *corr. ex* quia **M**, *om.* **D** longiore **BFouxa** longa **MVD** 10 po *post* ineptias *del.* **x** 11 me has nugas meas inscribere **Ba** me has meas nugas ita inscribere **MV** me has nugas inscribere **F** me *om.* **D**) has nugas ita inscribere **Doux** me has nugas meas item inscribere *Stangl* hendecasyllabi **Doa** endecasyllabi *(corr. m² ex* hen- **B**) **BFx** hendecasillabi **u** hendecasyllabos **MV** 12 solam et lege **D** constringitur **BMVDa** conscribitur **Foux** alia *post* siue *priore loco del.* **x** 13 idyllia **MV** dullia **BF** idullia **a** edilia **oux** hedylia (marg. εἰδύλλια) **D** eclogas **a** eglogas **BFMDoux** egloga **V** poematia **MV** poematica **D** poemata **BFouxa** seu] siue **V** 14 mallueris **V** praesto *om.* **MV** 15 peto quod **BFDouxa** peto ut quod **MV** alii **BMFVD** aliis **ouxa** 16 est] erit **D** opus *Muretus* 17 diceres **MV** quere quid agas **ux** quare quid agas **o**

20 Adminic · fundan *ind.* **B** FVNDANO *codd. omnes* 21 hoc certe **BFDouxa** hoc ex **M** ex **V** 22 amo *corr. ex* anno **M** 23 numerum **V** 25 nostrum *om.* **D** est utidem **V** ad conectendas *corr. m² ex* aquonectendas **B** ad coniectendas **V**

3 sunt ei liberi plures. nam in hoc quoque functus est optimi ciuis officio, quod fecunditate uxoris large frui uoluit eo saeculo, quo plerisque etiam singulos filios orbitatis praemia graues faciunt; quibus ille despectis aui quoque nomen adsumpsit. est enim auus, et quidem ex Saturio Firmo, quem diliges ut ego, si ut ego propius inspexeris.

4 Haec eo pertinent, ut scias quam copiosam, quam numerosam domum uno beneficio sis obligaturus; ad quod petendum uoto primum, 5 deinde bono quodam omine adducimur. optamus enim tibi ominamurque in proximum annum consulatum: ita nos uirtutes tuae, ita iudi- 6 cia principis augurari uolunt. concurrit autem ut sit eodem anno quae- stor maximus ex liberis Rufi, Asinius Bassus, iuuenis (nescio an dicam quod me pater et sentire et dicere cupit, adulescentis uerecundia ue- 7 tat) ipso patre melior. difficile est ut mihi de absente credas, quamquam credere soles omnia, tantum in illo industriae, probitatis, eruditionis, ingenii, studii, memoriae denique esse, quantum expertus in- 8 uenies. uellem tam ferax saeculum bonis artibus haberemus, ut aliquos Basso praeferre deberes: tum ego te primus hortarer monerem- que circumferres oculos ac diu pensitares, quem potissimum eligeres. 9 nunc uero — sed nihil uolo de amico meo adrogantius dicere, hoc solum dico, dignum esse iuuenem quem more maiorum in filii locum 10 adsumas. debent autem sapientes uiri, ut tu, tales quasi liberos a re publica accipere, quales a natura solemus optare. decorus erit tibi consuli quaestor patre praetorio, propinquis consularibus, quibus iudicio ipsorum, quamquam adulescentulus adhuc, iam tamen in uicem ornamento est.

11 Proinde indulge precibus meis, obsequere consilio, et ante omnia, si festinare uideor, ignosce; primum quia uotis suis amor plerumque

1 sunt *corr. m²* *ex* sint **B** ei] et **ux** nam in hoc **MVDouxa** nam hoc **BF** 2 quod defecunditate **V** 3 faciūnt **F** 4 dispectis **Doux** aui *corr. m²* *ex* auibus **M** auique nomen **x** assummit **D** est enim *bis* **D** 5 diliges *corr. m¹* *ex* diligens **F** proprius **D** 6 eo] ego **VDu** quam ad numerosam **D** morosam **x** 7 beneficio *corr. m¹* *ex* benefio **V** uoto *corr. m²* *ex* noto **u** 8 quodam bono **u** homine (*corr. m²* *ex* omine **M**) **MVDu** hominamurque *corr. m²* *ex* ominamurque **M** ominarumque **u** omnia murque **D** 9 consolatum **M** uirtutes tuae **Mi** uirtutis tuae **VD** uirtute tua **BFoux** uirtus tua **a** ita **MVDi** et **Ba**, *om.* **Foux** 10 ut] aut **o** sit] si **a** 11 Rufini asinius bassus *corr. m²* *ex* Rufinianus bassus **M** asinius *corr. m²* *ex* asinus **B** 12 uerecundia *bis* **u** 13 pratre **V** pater **M** de *om.* **u** quamquam amicis credere *Reifferscheid* 14 omnia mea tantum *Boot* 15 quantus **ux** expertus *corr. ex* expertum **o** inuenies (i- *init. m¹ in ras.*) **u** 17 moraremque **V** 18 potissimum *corr. m²* *ex* potissim· **M** 19 nunc] nun **D** 20 more *corr. ex* ma- *incepto* **x** malorum **V** locum *corr. m¹* *ex* loco **V** 21 tales quasi liberos a re publica (arp· **B** a re ·p· **M**) accipere **BFMV** tales a re publica (re pu· **o** rep· **x** re· pub· **a**) liberos accipere **ouxa** tales quasi liberos accipere **D** 22 (decorus i) erit *om.* **x** consuli *corr. ex* proconsuli **x** 23 praetore **V** 24 adhuc *om.* **ux** 27 quia uotis suis amor plerumque praecurrit deinde *om.* **MVDoux** (*sed post* primum *aliquid omissum esse nota* Λ *indicat* **M**), *add.* **BFa**

praecurrit; deinde quod in ea ciuitate, in qua omnia quasi ab occupantibus aguntur, quae legitimum tempus exspectant non matura, sed sera sunt; in summa quod rerum quas adsequi cupias praesumptio ipsa iucunda est. reuereatur iam te Bassus ut consulem, tu dilige illum 12 ut quaestorem, nos denique utriusque uestrum amantissimi duplici laetitia perfruamur. etenim cum sic te, sic Bassum diligamus, ut et 13 illum cuiuscumque et tuum quemcumque quaestorem in petendis honoribus omni ope, omni labore, omni gratia simus iuuaturi, perquam iucundum nobis erit, si in eundem iuuenem studium nostrum et amicitiae meae et consulatus tui ratio contulerit, si denique precibus meis tu potissimum adiutor accesseris, cuius senatus et suffragio libentissime indulgeat et testimonio plurimum credat. uale.

16.

C. PLINIVS VALERIO PAVLINO SVO S.

Gaude meo, gaude tuo, gaude etiam publico nomine: adhuc honor 1 studiis durat. proxime cum dicturus apud centumuiros essem, adeundi mihi locus nisi a tribunali, nisi per ipsos iudices non fuit: tanta stipatione cetera tenebantur. ad hoc quidam ornatus adulescens scissis 2 tunicis, ut in frequentia solet, sola uelatus toga perstitit, et quidem horis septem. nam tam diu dixi magno cum labore, maiore cum fructu. 3 studeamus ergo nec desidiae nostrae praetendamus alienam. sunt qui audiant, sunt qui legant, nos modo dignum aliquid auribus, dignum chartis elaboremus. uale.

17.

C. PLINIVS ASINIO GALLO SVO S.

Et admones et rogas ut suscipiam absentis Corelliae causam contra 1 C. Caecilium, consulem designatum. quod admones, gratias ago: quod

---

1 quasi] quam u occupationibus **MV** 2 legiptimum u 3 in summa **BFa** deinde **MVDoux** 4 te iam **D** basus **V** diliges illum oux dilige ut illum **D** 5 uestrum] nostrum **D** duplici laetitia **BFouxa** laetitia duplici **MVD** 6 perfluamur **M** cum siceste **V** 7 cuiuscumque ut tuum ux 8 omni ope (opere oux) omni (et omni x) labore omni gratia **Foux** omni ope (opera *Suhardus*) omni labore gratia **Ba** *Sichardus* omni ope (opere **D**) labore gratia **MVD** adiuuaturi **Doux** 9 iuuenem studium *corr. man. recent. ex* studium iuuenem u iuuenem *om.* **MV** 10 meae] nostrae oux 11 potissimum **MVDoux** potissimus **BFa** senatus et suffragio **BFouxa** et suffragio senatus **MVD** 12 testimonii **D** 14 VALERIO PAVLINO **Fouxa** Adualerium paulinum *ind.* **B** PAVLINO **BMVD** 15 gaude meo *corr. ex* gaudeo meo **M** gaudeo meo **V** 16 durae **M** adeundem **D** 17 ipsos m^2 *in ras. vocis* eos, *ni fallor* **M** 18 quidam *corr. ex* quidem **M** 19 solet sola uelatus (uelatus *corr. ex* uellatus **B**) **Ba** solet uelatus **F** solet fieri sola uelatus **MVDoux**: *cf. IV. 9. 18; VIII. 21. 6* 20 oris **B** nam] non ux labore maiore **MVDoux** labore sed maiore **BFa** 21 nec] ne x 23 uale *om.* a

25 Adclusinium gallum *ind.* **B**: *inser. epistulae in lac. omissa*, Plinius | sinio ga . . . | suo sat *in marg. partim detons* **F** GALLO (*corr. ex* GALLIO **M**) *codd. omnes* 26 absentis corelliae (coreliae oux, causam **BFouxa** causam corelliae absentis **MVD** 27 C.] G *(sic saepissime)* **MV** cecilium ux adomes **D**

rogas, queror. admoneri enim debeo, ut sciam, rogari non debeo, ut
2 faciam quod mihi non facere turpissimum est. an ego tueri Corelli
filiam dubitem? est quidem mihi cum isto contra quem me aduocas
3 non plane familiaris, sed tamen amicitia. accedit huc dignitas hominis
atque hic ipse cui destinatus est honor; cuius nobis hoc maior agenda
reuerentia est, quod iam illo functi sumus. naturale est enim ut ea
4 quae quis adeptus est ipse quam amplissima aestimari uelit. sed mihi
cogitanti adfuturum me Corelli filiae omnia ista frigida et inania uidentur.

Obuersatur oculis ille uir, quo neminem aetas nostra grauiorem,
sanctiorem, subtiliorem denique tulit. quem ego cum ex admiratione
diligere coepissem, quod euenire contra solet, magis admiratus sum,
5 postquam penitus inspexi. inspexi enim penitus: nihil a me ille secre-
6 tum, non ioculare, non serium, non triste, non laetum. adulescentulus
eram, et iam mihi ab illo honor atque etiam, audebo dicere, reuerentia
ut aequali habebatur. ille meus in petendis honoribus suffragator et
testis, ille in incohandis deductor et comes, ille in gerendis consiliator
et rector, ille denique in omnibus officiis nostris, quamquam et im-
7 becillus et senior, quasi iuuenis et ualidus conspiciebatur. quantum
ille famae meae domi, in publico, quantum etiam apud principem ad-
8 struxit! nam cum forte de bonis iuuenibus apud Neruam imperatorem
sermo incidisset et plerique me laudibus ferrent, paulisper se intra si-
lentium tenuit, quod illi plurimum auctoritatis addebat; deinde grauitate quam noras 'necesse est' inquit 'parcius laudem Secundum, quia
9 nihil nisi ex consilio meo facit.' qua uoce tribuit mihi quantum petere
uoto immodicum erat, nihil me facere non sapientissime, cum omnia
ex consilio sapientissimi uiri facerem. quin etiam moriens filiae suae

---

1 queror **M** ut sciam rogari non debeo *om.* **D** rogaridebeo (-eo *in ras.*) **V** debeo *om.* **oux** 2 correlli **B** corelii **ux** 3 est quidem mihi **BFDa** est mihi quidem **MVo** est enim mihi quidem **ux** me *om.* **ux** 4 familiaris **BFMVD** familiaritas **ouxia** tamen] plane **u** 5 atque hic **BFDouxa** ad hoc **MV** agenda **BFDouxa** habenda **MV** 6 iam] eam **M** 7 que a **D** aestimari **BFxa** existimari **MVDou**: *cf. III. 9. 30; 13. 2; 15. 3; IV. 9. 18; 14. 6; 28. 1; V. 21. 2; VI. 13. 6; 23. 3; VII. 5. 2; VIII. 4. 7; 21. 1* 8 adfuturum] aliud futurum **ux** frigida (-ri- *et* -id- m^2 *in ras.*) **u** 10 obseruatur **D** 11 sanctiorem *om.* **MV** subtiliorem (suptiliorem **BFa**) denique tulit **BFouxa** subtiliorem tulit **MVD** 13 a me ille **BFDouxa** ille a me **MV** 15 iam *om.* **o** ab illo mihi **ux** dicere etiam reuerentia **ux** 16 ut *corr. ex* aut *man. fortasse recent.* **V** ut ab aequali **oux** meus *corr.* m^2 *ex* mens **u** impetendis **F** 17 ille inchoandis **D** ductor **o** consilator **u** 18 ille *om.* **D** inbecillis **o** 19 (conspiciebatur **i**) quatum **V** 20 domum publico **V** domi quantum in publico *Sichardus* astrinxit **o** astrinxerit **u** astruxerit **x** 22 se *om.* **D** inter **oux** 23 deinde *om.* **MV** 24 partius **M** prius **o** Secundun **a** 25 qua] quia **M** 26 uoto]uolo **D** me *om.* **MV** sapientissime — 27 consilio *om.* **D** 27 facere **D** suae ipsa (ut *om. in fine uersus* **B**) **BMVD** suae ut ipsa **Fouxa**

(ipsa solet praedicare), 'multos quidem amicos tibi ut longiore uita paraui, praecipuos tamen Secundum et Cornutum.'

Quod cum recordor, intellego mihi laborandum ne qua parte ui- 10
dear hanc de me fiduciam prouidentissimi uiri destituisse. quare ego 11
uero Corelliae adero promptissime nec subire offensas recusabo: quamquam non solum ueniam me uerum etiam laudem apud istum ipsum, a quo, ut ais, noua lis fortasse ut feminae intenditur, arbitror consecuturum, si haec eadem in actione, latius scilicet et uberius quam epistularum angustiae sinunt, contigerit mihi uel in excusationem uel etiam commendationem meam dicere. uale.

18.

C. PLINIVS ARRIO ANTONINO SVO S.

Quem ad modum magis approbare tibi possum, quanto opere mirer 1
epigrammata tua Graeca, quam quod quaedam aemulari Latine et exprimere temptaui? in deterius quidem. accidit hoc primum imbecillitate ingenii mei, deinde inopia ac potius, ut Lucretius ait, egestate patrii sermonis. quod si haec, quae sunt et Latina et mea, habere tibi 2
aliquid uenustatis uidebuntur, quantum putas inesse iis gratiae, quae mihi et a te et Graece proferuntur? uale.

19.

C. PLINIVS CALPVRNIAE HISPVLLAE SVAE S.

Cum sis pietatis exemplum fratremque optimum et amantissimum 1
tui pari caritate dilexeris filiamque eius ut tuam diligas nec tantum amitae ei uerum etiam patris amissi adfectum repraesentes, non dubito maximo tibi gaudio fore, cum cognoueris dignam patre, dignam

1 tibi quidem amicos **ux** ut **BMVD** in **Fouxa** 3 cum **MVD** dum **BFouxa** 4 fidutium **u** destiuisse **B** desciuisse **F** 5 corelliae *corr. m*¹ *ex* corilliae **V** correlliae **B** corelię **u** corelie **x** corneliae **o** adeo **u** tamquam **D** 6 non solum ueniam me (me *om.* **x**) **BFDouxa** me non solum ueniam **MV** 8 si *corr. m*² *ex* se **B** hac **Do** actionem **B** latius **MVDouxa** lautius **BF** 9 contigerit mihi *om.* **MVD**, *add.* **BFouxa** uel *priore loco*] ut **o** uel etiam commendationem **BFDu** uel etiam in commendationem **oxa**, *om.* **MV** dicere **BFouxa** dixero **MVD** uale *om.* **D**

12 Adarr · antoninum *ind.* **B** ANTONINO (*corr. ex* ANTONIO **Bx** ANTONIO **D** SVO **BFVDouxa** ANTONISVO **M** 13 magis *om.* **BF** tibi approbare magis **ux** miror **Doa** 14 tua *corr. ex* tuam **F** aemulari latine (latine *add. supra fortasse m*² **B**) **BFouxa** latine aemulari **MVD** 15 quidem **BFouxa** tamen **MVD** 16 ingeniimei *corr. ex* ingenimei **V** Lucrecius **V**: I. 832 ait *corr. ex* aut **x** 17 patri **D** haec quae sunt et latina **MVD** haec et quae (qua **o**) sunt latina **BFouxa** 18 uetustatis **D** eis **BFDa** liis **MV**, *om.* **oux** quae mihi et a te et **BFouxa** quae et a te et **M** quae aetate et **VD**

21 Adcalpurn' hispull' *ind.* **B** HISPVLLAE SVAE (SVO **V**) **BFVDouxa** ISIS PVLLAE SVO **M** 22 sit *ind.* **B** 24 ei **BMVo** eius **FDuxa** uerum etiam patris amissi affectum (adfectum **B** effectum **a**) **BFouxa** adfectum uerum etiam patris amissi **MVD** dubito *corr. m*² *ex* dubio **M** 25 dignam te *add. supra m*² **B**

2 te, dignam auo euadere. summum est acumen, summa frugalitas: amat
me, quod castitatis indicium est. accedit his studium litterarum, quod
ex mei caritate concepit: meos libellos habet, lectitat, ediscit etiam.
3 qua illa sollicitudine, cum uideor acturus, quanto, cum egi, gaudio ad-
ficitur! disponit qui nuntient sibi, quem adsensum, quos clamores ex-
citarim, quem euentum iudicii tulerim. eadem, si quando recito, in pro-
ximo discreta uelo sedet laudesque nostras auidissimis auribus excipit.
4 uersus quidem meos cantat etiam formatque cithara, non artifice ali-
quo docente, sed amore, qui magister est optimus.
5 His ex causis in spem certissimam adducor perpetuam nobis ma-
ioremque in dies futuram esse concordiam. non enim aetatem meam
aut corpus, quae paulatim occidunt ac senescunt, sed gloriam diligit.
6 nec aliud decet tuis manibus educatam, tuis praeceptis institutam, quae
nihil in contubernio tuo uiderit nisi sanctum honestumque, quae deni-
7 que amare me ex tua praedicatione consueuerit. nam cum matrem
meam parentis loco uerereris, me a pueritia statim formare, laudare
8 talemque, qualis nunc uxori meae uideor, ominari solebas. certatim
ergo tibi gratias agimus, ego quod illam mihi, illa quod me sibi de-
deris, quasi in uicem elegeris. uale.

20.

C. PLINIVS NOVIO MAXIMO SVO S.

1 Quid senserim de singulis libris tuis notum tibi, ut quemque per-
2 legeram, feci: accipe nunc quid de uniuersis generaliter iudicem. est
opus pulchrum, ualidum, acre, sublime, uarium, elegans, purum, figu-
ratum, spatiosum etiam et cum magna tua laude diffusum, in quo tu
ingenii simul dolorisque uelis latissime uectus es, et horum utrumque

---

1 auo suadere **D** frugalitas *corr. m*^{2} *ex* fragalitas **B** 2 castitatis (-titat- *in ras.*) **F** litterarum *(et* -u- *m*^{1} *in ras.)* **V** 5 nuntiet **MVux** excitarim *corr. ex* excitarum **B** 6 iudici **D** recito *corr. ex* recitato **B** recitem **Doux** in proximo **MVDu** in proximum **BFoxa** 7 discreta (*corr. m*^{1} *ex* discreto) uelo **M** disceret auelo **V** (discreta i) sedet *in ras.* **F** auidissimis *corr. ex* auidissimus **M** auidissime x auidissie u auidissimum **D** 8 etiam *om.* a forma | atque **F** cythara **V** aliquod **M** 9 amore *corr. ex* amare **F** amare **B** amo te u amore *corr. ex* amote x 14 honestumque] honestum **MV** 15 amarem ex tua **V** praelectione **MV** 16 meam *corr. m*^{2} *ex* in causa x loco **BFDouxa** uice **MV** uenereris me **BF** uenerere me ouxa uerere me **D** dilexeris meque **MV** uenerarere me quoque *Casaubon* 18 illam] illa **D** 19 eligeres **V** elegeres **M** uale *om.* x

21 NOVIO MAXIMO **F** Adnouium · maximum *ind.* **B** NONIO MAXIMO ou MAXIMO **BMVDxa** SVO *om.* **M**: *cf. inscr. epist. V. 5* 22 libris tuis **BFouxa** tuis libris **MVD** quem iam | que (iam *aut eraso aut ualde contrito*) **B** quinque x 23 quid *om.* **D** de generaliter uniuersis o 25 lauda **M** inquotium **V** 26 es et horum **BFouxa** es horum **MD** est horum **V**

in uicem adiumento fuit. nam dolori sublimitatem et magnificentiam 3
ingenium, ingenio uim et amaritudinem dolor addidit. uale.

21.

C. PLINIVS VELIO CERIALI SVO S.

Tristem et acerbum casum Heluidiarum sororum! utraque a partu, 1
utraque filiam enixa decessit. adficior dolore, nec tamen supra modum 2
doleo: ita mihi luctuosum uidetur, quod puellas honestissimas in flore
primo fecunditas abstulit. angor infantium sorte, quae sunt parenti-
bus statim et dum nascuntur orbatae, angor optimorum maritorum,
angor etiam meo nomine. nam patrem illarum defunctum quoque per- 3
seuerantissime diligo, ut actione mea librisque testatum est; cui nunc
unus ex tribus liberis superest domumque pluribus adminiculis paulo
ante fundatam desolatus fulcit ac sustinet. magno tamen fomento do- 4
lor meus adquiescet, si hunc saltem fortem et incolumem paremque
illi patri, illi auo fortuna seruauerit. cuius ego pro salute, pro mori-
bus hoc sum magis anxius, quod unicus factus est. nosti in amore 5
mollitiam animi mei, nosti metus; quo minus te mirari oportebit, quod
plurimum timeam de quo plurimum spero. uale.

22.

C. PLINIVS SEMPRONIO RVFO SVO S.

Interfui principis optimi cognitioni in consilium adsumptus. gym- 1
nicus agon apud Viennenses ex cuiusdam testamento celebrabatur:
hunc Trebonius Rufinus, uir egregius nobisque amicus, in duumuiratu
suo tollendum abolendumque curauit: negabatur ex auctoritate publica
fecisse. egit ipse causam non minus feliciter quam diserte. commen- 2
dabat actionem quod tamquam homo Romanus et bonus ciuis in ne-

---

1 fuit] fecit **V** dolori *corr. ex* doloris **F** doloris **B** sub limitate (*ut uidetur, corr. ex* subulimitatem) **B** 2 ingenio *corr. m*^{1} *ex* ingeno **V** uale *om.* **VDx**

4 VELIO CEREALI **Fouxa** Aduelium cerialem *ind.* **B** CERIALI **BMV** CEREALI **D** 5 heluidiarum **BFMa** heruidiarum **V** heluiarum **Dux** heluindrarum *ut uidetur, corr. m*^{2} *ex* heliuarum **o** a *om.* **V** *add.* **i** 7 luctuosum *corr. m*^{2} *ex* luctuosam **M** 8 fecunditas *corr. ex* fecunditatis **V** fecunditatis **ux** forte **o** 9 orabatae **D** *post* angor *ras. quattuor litterarum* **B** maritorum (marito- *m*^{2} *in ras.*) **u** optimorum maritorum angor (*post* orbatae *notam* Λ *add. m*^{2} **M**) *om.* **MV** 12 unus *corr. ex unius* **B** liberis *corr. m*^{2} *ex* libris **u** liberis *corr. in* libris *pro quo restituit* liberis *m*^{2} **x** 13 fulgit **MV** dolor *corr. m*^{2} *ex* dolo **u** 14 acquiescet **o** adquiescit **D** et *om.* **MV** (incolumem **i** paremque ut illi **D** 15 patri illi (*post* illi *notam* Λ *add. m*^{2} **M**) *om.* **MV** fortuna *bis. corr.* **u** cuius *corr. m*^{2} *fortasse ex* huius **B** 16 hoc *om.* **MV** nosci **u** 17 mollitiem **o** nosci **u** metus *corr. ex* metui **V** quo *corr. ex* quos **B** 18 de quo] cui **D**

20 SEMPRONIO RVFO (ruffo **o** **Fouxa** Adsempron·rufum *ind.* **B** RVFO **BMVD** 21 gimnicus **Fu** gemnicus **o** 22 uinnenses **V** uienenses **u** celebratur **MV** 23 trebonius *corr. ex* trebinus **V** ruffinus **o** nouisque amicis **D** 24 suo **BFoxa**, *om.* **MVDu** 25 causam] tamen **u**

3 gotio suo mature et grauiter loquebatur. cum sententiae perrogarentur, dixit Iunius Mauricus, quo uiro nihil firmius, nihil uerius, non esse restituendum Viennensibus agona: 'adiecit 'uellem etiam Romae tolli posset.'

4 Constanter, inquis, et fortiter. quidni? sed hoc a Maurico nouum non est. idem apud Neruam imperatorem non minus fortiter. cenabat Nerua cum paucis: Veiento proximus atque etiam in sinu recumbebat:
5 dixi omnia, cum hominem nominaui. incidit sermo de Catullo Messalino, qui luminibus orbatus ingenio saeuo mala caecitatis addiderat: non uerebatur, non erubescebat, non miserebatur; quo saepius a Domitiano non secus ac tela, quae et ipsa caeca et improuida feruntur,
6 in optimum quemque contorquebatur. de huius nequitia sanguinariisque sententiis in commune omnes super cenam loquebantur, cum ipse imperator 'quid putamus passurum fuisse, si uiueret?' et Mauricus 'nobiscum cenaret.'

7 Longius abii, libens tamen. placuit agona tolli, qui mores Viennensium infecerat, ut noster hic omnium. nam Viennensium uitia intra ipsos residunt, nostra late uagantur, utque in corporibus sic in imperio grauissimus est morbus qui a capite diffunditur. uale.

23.

C. PLINIVS POMPONIO BASSO SVO S.

1 Magnam cepi uoluptatem, cum ex communibus amicis cognoui te, ut sapientia tua dignum est, et disponere otium et ferre, habitare amoenissime et nunc terra nunc mari corpus agitare, multum disputare, multum audire, multum lectitare, cumque plurimum scias, cotidie ta-
2 men aliquid addiscere. ita senescere oportet uirum qui magistratus

---

1 et mature et grauiter **oux** prorogarentur **ux** progarentur **M** 2 Iunius] iuuenis **D** 3 uiennensibus *corr. m²* *ex* biennensibus, *ut uidetur* **B** agona *corr. ex* agonia **B** agonem **Do** agonem *corr. m²* *ex* agona **x** uellem *om.* **D** tolli posset romae **oux** 4 possit **V** 5 iniquis **M** noum **MV** hoc a maurico **MV** hoc maurico **BFa** *(an recte?)* hoc fortiter maurico **Doux** 6 neruam imperatorem **BFouxa** imperatorem neruam **MVD** *cf. III. 5. 9; IV. 17. 8: contra VII. 31. 4* non minus fortiter cenabat **MVDouxa** forte cenabat (*om.* non minus) **BF** 7 ueiento **Duxa** uegento **BFo** uelento **MV** recumbebat proximus atque etiam in sinu **oux** 8 Catulo a, *om.* **BF** messallino **o** mesallino **D** 9 orbatus **BFuxa** orbus **Do** captus **MV** saeuo] seno **u** 10 nonne rubescat **D** quo *om.* **BFa**, *add.* **MVDoux** 12 optimum] oppidum **BF** quemque contorquebatur **MVDa** quemque contorquebat **BFux** quenque eum torquebat **o** (contorquebatur **i**) de *corr. m²* *ex* ad **B** sanguinariisque *corr. ex* sanguinariusque **B** sanguinarique sententia **D** 13 cena **B** cum **BMVD** tum *(corr. ex* cum, *ut uidetur*, **F**) **Fouxa** 14 imperatori i² et *om.* **BFoux**, *add.* **MVDa** 16 libeus **u** uiniensium **V** 18 resident **D** 19 diffunderit **u** uale *om.* **Vx** 21 POMPONIO BASSO **Fouxa** Adpompon · bassum *ind.* **B** BASSO **BMVD** 22 coepi **MV** cępi **u** capio **o** 23 amaenissime **M** 24 corpus *om.* **D** 25 nultum audire **V** plurimum] plus **o** 26 adisce recta senescere **D** oportet uirum ita senescere **MV** magistratos **u**

amplissimos gesserit, exercitus rexerit totumque se rei publicae, quam diu decebat, obtulerit. nam et prima uitae tempora et media patriae, extrema nobis impertire debemus, ut ipsae leges monent, quae maiorem annis otio reddunt. quando mihi licebit, quando per aetatem honestum erit imitari istud pulcherrimae quietis exemplum? quando secessus mei non desidiae nomen, sed tranquillitatis accipient? uale.

24.

C. PLINIVS FABIO VALENTI SVO S.

Proxime cum apud centumuiros in quadruplici iudicio dixissem, subiit recordatio egisse me iuuenem aeque in quadruplici. processit animus, ut solet, longius: coepi reputare, quos in hoc iudicio, quos in illo socios laboris habuissem. solus eram qui in utroque dixissem: tantas conuersiones aut fragilitas mortalitatis aut fortunae mobilitas facit. quidam ex iis qui tunc egerant decesserunt, exsulant alii, huic aetas et ualetudo silentium suasit, hic sponte beatissimo otio fruitur, alius exercitum regit, illum ciuilibus officiis principis amicitia exemit. circa nos ipsos quam multa mutata sunt! studiis processimus, studiis periclitati sumus rursusque processimus: profuerunt nobis bonorum amicitiae, bonorum obfuerunt iterumque prosunt. si computes annos, exiguum tempus, si uices rerum, aeuum putes. quod potest esse documento nihil desperare, nulli rei fidere, cum uideamus tot uarietates tam uolubili orbe circumagi. mihi autem familiare est omnes cogitationes meas tecum communicare isdemque te uel praeceptis uel exemplis monere, quibus ipse me moneo; quae ratio huius epistulae fuit. uale.

2 optulerit **BF** 3 xtrema **F** impertire (impartire u) **VDouxa** impetire **M** imperare **BF** 3 maiorem annis otio **BFMVDoux** maiorem annis · lx · ocio *Cat.* **a** 4 mihi m^2 *in ras.* **u** 5 pulcherrimum **u** 6 sed *om.* **B** accipiant **V** uale om. **D**

8 FABIO VALENTI **oux** *et marg.* **F** Adfabium ualent *ind.* **B** FABIO **F** VALENTI **BMVDa** 9 centumuiros (· C · ut o. centum *add. supra* m^2 **x**) in quadruplici iudicio dixissem **MVDouxa** centumuiros dixissem **BF** 10 subit **a** aequi **D** 11 cepi *(ras. unius uel duar. litt. sequente)* **F** 12 in utrumque **D** 13 conuersiones *corr.* m^2 *ex* conuer sationes **B** conuersationes **MV** mortis **D** mobilitas fortunae **oux** facit] mouet facit **D** 14 iis **xa** his **BFMVDou** decesserunt exulant alii **Douxa** recesserunt exulant alii **BF** decesserunt alii exulant alii **MV** 15 aliis **M** 16 regit] legit **D** illium -i- *altero loco add. supra* **F** amicitiae **V** 17 processimus studiis *om.* **oux** 18 rursusque processit rursusque pr- m^2 *in ras. fortasse uerborum* sumus rursusque **u** nobis nouis **D** bonorum amicitiae bonorum obfuerunt **BDa** nobis amicitiae bonorum et obfuerunt **Foux** bonis bonorum amicitiae bonorum defuerunt **MV** 19 iterumqui **D** 20 aeuum putes] computes **MV** quod potest quotpost **V** documento **BMa** dicumerito **D** 21 nulli rei fidere decere *Schaefer* uolubuli **u** 22 omnes *corr.* m^2 *ex* omnis **u** omnis **o** meas (-a- m^2 *in ras.*) **u** 23 communicare isdemque **oxa** communicare hisdemque **u** communicaremsdemque **V** isdemque — monere *om.* **D** 24 me *om.* **D**

25.

C. PLINIVS MAESIO MAXIMO SVO S.

1 Scripseram tibi uerendum esse ne ex tacitis suffragiis uitium ali-
quod exsisteret. factum est. proximis comitiis in quibusdam tabellis
multa iocularia atque etiam foeda dictu, in una uero pro candidatorum
2 nominibus suffragatorum nomina inuenta sunt. excanduit senatus
magnoque clamore ei qui scripsisset iratum principem est compreca-
tus. ille tamen fefellit et latuit, fortasse etiam inter indignantes fuit.
3 quid hunc putamus domi facere, qui in tanta re tam serio tempore tam
scurriliter ludat, qui denique omnino in senatu dicax et urbanus et
4 bellus est? tantum licentiae prauis ingeniis adicit illa fiducia, 'quis
enim sciet?' poposcit tabellas, stilum accepit, demisit caput, neminem
5 ueretur, se contemnit. inde ista ludibria scaena et pulpito digna. quo
te uertas? quae remedia conquiras? ubique uitia remediis fortiora.
ἀλλὰ ταῦτα τῷ ὑπὲρ ἡμᾶς μελήσει, cui multum cotidie uigiliarum, mul-
tum laboris adicit haec nostra iners sed tamen effrenata petulantia. uale.

26.

C. PLINIVS MAECILIO NEPOTI SVO S.

1 Petis ut libellos meos, quos studiosissime comparasti, recognoscen-
dos emendandosque curem. faciam. quid enim suscipere libentius de-
2 beo, te praesertim exigente? nam cum uir grauissimus, doctissimus,
disertissimus, super haec occupatissimus, maximae prouinciae praefu-
turus, tanti putes scripta nostra circumferre tecum, quanto opere mihi
prouidendum est ne te haec pars sarcinarum tamquam superuacua

---

2 MESIO MAXIMO oa *et marg.* F Admaesium maximum · *ind.* B MAXIMO BMVDux MESIONO MIMO F 3 uerecundum D ex tacitis] extractis BFa 4 existere V 5 iacularia V feda BF 7 ei MVa et BFDoux conscripsisset o scripsissem D iratum (ira- *in ras. litterae* e) F 8 inter dignantes V inter inter indignantis o 9 quid *corr.* m^1 *ex* quod V quo D seris D tam *ante* scurriliter *om.* ux 10 scurriliter (-rr- m^2 *in ras. litterae* -u-) u laudat Do ludit *Sichardus* 11 ingenis M 12 tabellas BDouxa tabellam MV tabulas F dimisit Do 13 se *corr.* m^1 *ex* si V sed Doux condemnit M ludibrias caenaet M quot euertas M quo te ueritas Vux 14 fortiora *in ras.* o 15 ἀλλὰ ταῦτα τῷ ὑπὲρ ἡμᾶς μελήσει *Ber.* ἀλλὰ ταῦτα τῶν περὶ / ἡμᾶς μελήσει *(duabus litt. post* περὶ *deletis)* D ΑΛΛΑΤΥΑΥΤΑΤΩΝ (ΤΟΝ F) ΥΠΕΡ-(ΙΠΕΡ F) ΗΜΑC (ΕΜΑC F) ΜΕΑΗCΕΙ (ΜΕΑΝCΕΙ F) BF ΑΜΑΤΑΤΩΥΠΕΡΗCΜΑCΕΕΙ M ἀλλὰ ταῦτα τῶν ὑπὲρ ἡμᾶς, ἄλλῳ μελήσει a, *om. in lac.* Vou, *add. in lac.* (*om.* μελήσει) m^2 x cotidie] quorum ux uigularum u 16 adiecit oux (adiicit i) iners sed tamen BFuxa iners et tam o iners et tamen D inter se tam MV uale VALE M

18 *Epistulam om.* BF Admęcil · nepotem *ind.* B NEPOTI MVDa Neroni oux METILIO NEPOTI *Mommsen* 19 recognoscendos emendandosque Douxa legendos recognoscendosque MV 20 suscipere libentius Douxa libentius suscipere MV 21 doctissimus *om.* ux 22 super haec occupatissimus *om.* MV profuture x 23 tante V nostra] mea ux quantopere MVouxa

offendat? admitar ergo, primum ut comites istos quam commodissi- 3
mos habeas, deinde ut reuersus inuenias quos istis addere uelis. ne-
que enim mediocriter me ad noua opera tu lector hortaris. uale.

27.

C. PLINIVS POMPEIO FALCONI SVO S.

Tertius dies est, quod audiui recitantem Sentium Augurinum cum 1
summa mea uoluptate, immo etiam admiratione. poematia appellat.
mulfa tenuiter, multa sublimiter, multa uenuste, multa tenere, multa
dulciter, multa cum bile: aliquot annis puto nihil generis eiusdem ab- 2
solutius scriptum, nisi forte me fallit aut amor eius aut quod me
ipsum laudibus uexit. nam lemma sibi sumpsit, quod ego interdum 3
uersibus ludo. atque adeo iudicii mei te iudicem faciam, si mihi ex
hoc ipso lemmate secundus uersus occurrerit (nam ceteros teneo), et
iam explicui.

canto carmina uersibus minutis, 4
his olim quibus et meus Catullus
et Caluus ueteresque. sed quid ad me?
unus Plinius est mihi priores:
mauult uersiculos foro relicto,
et quaerit quod amet putatque amari.
ille o Plinius, ille quot Catones!
i nunc, quisquis amas, amare noli.

Vides quam acuta omnia, quam apta, quam expressa. ad hunc 5
gustum totum librum repromitto, quem tibi, ut primum publicauerit,

---

1 offendat *corr. ex* offendit **x** commendissimos **D** 2 istis [istos **M**] addere uelis **MVDa** uelis istis addere **oux**

5 Adpompei falconem *ind.* **B** pompeio f·· coni *marg. partim detons.* **F** POMPEIO **F** FALCONI **BDouxa** FALCONIO **MV** sat *ter repet.* **M** 6 recitantem *om.* **MV** sencium **F** Serium *Borghesi Mommsen; cf. Prosop. Imp. Rom. III. p. 198* 7 poematia (*corr. ex* poemata **M**) **MV** poemata **BFa** poematica **Doux** 8 tenuiter] tenuerit **u** multat enuiter **M** sublimiter *corr. ex* subulimiter, *ut uidetur* **B**, *corr. ex* sublumiter, *ut uidetur* **V** subtiliter **o** temere *corr. ex* tenere **M** 9 multa multacunbile **V** aliquod **MV** d *del. ante* annis **V** nihil] nisi **u** *et corr. m*^{2} *ex* cum **x** absolutius *corr. ex* absolutus **B** 10 amore eius **D** aliquod **V** me ipsum **BFouxa** ipsum me **MVD** 11 euexit *uulgo* lemma *corr. m*^{1} *ex* lemnia **u** lema **MV** 12 iudici **V** te iudicii mei **x** te iuditii me **u** 13 occurrerit **BFouxa** occurrit **D** occurrat **MV** 16 iis **x** meis **V** ad me **o** 17 Caluus] Catullus **D** ad me] meus **o** 18 prioris **MV** (*in marg. aduersus uu. 7 et 8 notam* ⁂ *apposuit* i) unus Plinius his mihi prior sit *Kukula* 19 mauolt **BF** 20 quodam et **V** putatque amari **Doux** putatque amare **BFMa** iuatque amare **V** probatque amari *Casaubon; cf. IX. 33 6* 21 ille o plinius **MVDoux** ille plinius **BFa** quot Catones, i nunc *Barth* quod catones i nunc **MDa** quod catone sinunc **BF** quid catones i (Si u, *om.* **x**) nunc **oux** quod catones in hunc **V** 22 quisquis amas **MD** quisque amas **V** quisquis apias **B** quisquis sapias **Foux** qui sapias **a** 24 totum *corr. m*^{1} *ex* tum **x** ut *om.* **D**

exhibebo. interim ama iuuenem, et temporibus nostris gratulare pro ingenio tali, quod ille moribus adornat. uiuit cum Spurinna, uiuit
6 cum Antonino, quorum alteri adfinis, utrique contubernalis est. possis ex hoc facere coniecturam, quam sit emendatus adulescens, qui a grauissimis senibus sic amatur. est enim illud uerissimum,

γινώσκων ὅτι
τοιοῦτός ἐστιν, οἵσπερ ἥδεται συνών.

uale.

28.

C. PLINIVS VIBIO SEVERO SVO S.

1 Herennius Seuerus, uir doctissimus, magni aestimat in bibliotheca sua ponere imagines municipum tuorum, Corneli Nepotis et Titi Cati, petitque, si sunt istic, ut esse credibile est, exscribendas pingendasque
2 delegem. quam curam tibi potissimum iniungo, primum quia desideriis meis amicissime obsequeris, deinde quia tibi studiorum summa reuerentia, summus amor studiosorum, postremo quod patriam tuam omnesque qui nomen eius auxerunt ut patriam ipsam ueneraris et diligis.
3 peto autem ut pictorem quam diligentissimum adsumas. nam cum est arduum similitudinem effingere ex uero, tum longe difficillima est imitationis imitatio. a qua rogo ut artificem, quem elegeris, ne in melius quidem sinas aberrare. uale.

29.

C. PLINIVS ROMATIO FIRMO SVO S.

1 Heia tu, cum proxime res agentur, quoquo modo ad iudicandum ueni: nihil est quod in dextram aurem fiducia mei dormias: non im-

---

1 exhibeo **MV** iuuentae **BF** nostri **F** gratulare si pro **BFoux** 2 cum spurina ou cumpurinna **MV** cumspurinnam **D** 3 antoni pio **V** 6 γινώσκων ὅτι τοιοῦτός ἐστιν οἵοπεν ἥδεται συνών **D** ΤΕΙΝ◎CK◎ΝΟΤΙΤΟΙΟΥΤΟCΕΤΙΝΟΙCΠΕΡΗΔΕΤΑΙCΥΝ◎Ν **M** ΓΕΙΓΝ◎CK◎Ν◎ΤΙΤΟCΕCΤΙΝΟΙCΠΕΡΗΔΕΤΑΙCΥΝ◎Ν **BF** γιγνώσκων ὅτι τοιοῦτός ἐστιν ἕκαστος οἵσπερ ἥδεται ξυνῶν **a**, *om. in lac.* **Voux**: *Eurip. frag. Phoenix 809 (Nauck²)* 8 uale *om.* **FVD**

10 Aduibium seuerum· *ind.* **B** IVBIO (iubio *uel* uibio *marg.* **F** iunio **o** Iulio **ux**) SEVERO **Foux** SEVERO **BMVDa** SVO *om.* **M** 11 Herennii *ind.* **B** Heremnius **u** Ferennius *(sed in marg. litt.* H *miniatoris causa adscripta)* **F** seuerus (-us *in ras.*) **V** in *corr. m²* *ex* tin **M** bybliotheca *corr. ex* bybliothecam **B** byblitheca **V** 12 pondere **V** corneli nepotis **D** cornelii nepotis **MVouxa** corneliae nepotiae **BF** cati **MV** catili **B** catilli **F** ati **D** atii **oux** Cassii *Cat.* **a** 13 petique **o** si *add. supra m¹* **M** isti cutes se **M** isti cui esse **V** scribendas **V** 15 studiorum **x** *om.* **D** 16 quod] quo **BF** patria tua **o** omnisque **Doux** 17 et] ac **ux** diligis (-s *in ras.*) **V** 18 autem *om.* **oux** cum *om.* **u** 19 effingere — difficillima *om.* **D** effigere **u** tum] tam **ux** difficillima (difficillime **V**) aestimationis imitatio **BFV** 20 a qua] quare **Doux** quem *add. supra m²* **B** eligeris **MV** 21 quidam **V** uale *om.* **o**

23 romatio firmo *in marg. later., sed in marg. summo* Romano suo firmo *m¹* **F** Adromat · firmum · *ind.* **B** ROMATIO (-ATI- *in ras.* **V**) **MVD** ROMANIO **B** ROMANO (*corr. ex* Surrae *ex epist. sequente* **o**) **Fouxia** 24 Heia **MV** Eia **BFDouxia** heatu proxime *ind.* **B** proxima **MV** proximo **Dux** agantur **D** 25 est *om.* **MVe** (*add.* **i**) dexteram **M** fiduciam mei **D**

pune cessatur. ecce Licinius Nepos praetor, acer et fortis uir, multam 2
dixit etiam senatori. egit ille in senatu causam suam, egit autem sic
ut deprecaretur. remissa est multa; sed timuit, sed rogauit, sed opus
uenia fuit. dices 'non omnes praetores tam seueri.' falleris: nam uel 3
instituere uel reducere eius modi exemplum non nisi seueri, institu-
tum reductumue exercere etiam lenissimi possunt. uale.

30.

C. PLINIVS LICINIO SVRAE SVO S.

Attuli tibi ex patria mea pro munusculo quaestionem altissima 1
ista eruditione dignissimam. fons oritur in monte, per saxa decurrit, 2
excipitur cenatiuncula manu facta: ibi paulum retentus in Larium la-
cum decidit. huius mira natura: ter in die statis auctibus ac diminu-
tionibus crescit decrescitque. cernitur id palam et cum summa uolup- 3
tate deprehenditur. iuxta recumbis et uesceris atque etiam ex ipso
fonte (nam est frigidissimus) potas; interim ille certis dimensisque
momentis uel subtrahitur uel adsurgit. anulum seu quid aliud ponis 4
in sicco, adluitur sensim ac nouissime operitur, detegitur rursus pau-
latimque deseritur: si diutius obserues, utrumque iterum ac tertio
uideas.

Spiritusne aliquis occultior os fontis et fauces modo laxat, modo 5
includit, prout inlatus occurrit aut decessit expulsus? quod in ampul- 6
lis ceterisque generis eiusdem uidemus accidere, quibus non hians nec
statim patens exitus. nam illa quoque, quamquam prona atque uer-
gentia, per quasdam obluctantis animae moras crebris quasi singulti-
bus sistunt quod effundunt. an quae oceano natura, fonti quoque, qua- 7
que ille ratione aut impellitur aut resorbetur, hac modicus hic umor

---

1 licinius nepraetor **V** fortis uir **BFouxa** fortis et praetor **MVD** 2 etiam dixit **oux** senatu *corr. ex* senetu **B** 3 ut retractaretur **D** 4 uenia (u- *in ras.*) **M** fuit uenia *Hofacker* uel *om.* **MV** 6 reductum uero exercere **MV** exercere *om.* **ux** lenissimi **MVDoux** leuissimi **BFa**

8 licinio surae (sure *marg.* **F**) *marg.* **F** *Cat.* **a** Adlicinium suram *ind.* **B** LICINIO **F** SVRAE (surrae **o** Surre **ux**) **BMVDoux** 9 tibi *om.* **BF** attulit tibi *ind* **B** 10 ista *om.* **MV** eruditione **u** 11 excipitur *om.* **BF** cenatiumcula **V** cenatiunculam **B** paululum **ouxa** retentius **ux** 12 statis **MVDoa** statutis **BFux** ac] aut **MV** deminutionibus **B** 15 nam est frigidissimus potas putas **M**) **MVDa** nam est frigidus potas **Fux** nam est frigidus si potas **B** natura est frigidus potas **o** demensisque **o** 16 uel *priore loco corr. ex* ut **D** 17 sicco (-o m^2 *in ras.*) **u** ac] atque **oux** 20 et fauces *om.* **o** occultioris fontis et faucis **D** 21 prout] ut **M** aut **V** occurrit **MVDoux** incurrit **BFa** decessit **BFDoux** decidit **MV** prout aut illatus occurrit aut decidit *Schaefer* ampullus **V** 23 statim] satis i^2, *ut uidetur* extus **F** estus **ux** quamquam] quam **D** atque **BFMVD** et **ouxa** urgentia **MV** 24 obluctantis **MD** obluctantes **BFouxa** luctantis **V** crebris *corr. ex* creberis **B**, *corr. ex* crebras **M** 25 an] aut **BFoux** oceano *corr. ex* ocetino **F** occano **u** 26 illa **D** aut *poster. loco* (-u- *in ras.*) **V** hac *corr.* m^1 *ex* ac **F** ac **oux**

8 uicibus alternis supprimitur uel egeritur? an ut flumina quae in mare deferuntur aduersantibus uentis obuioque aestu retorquentur, ita est
9 aliquid quod huius fontis excursum repercutiat? an latentibus uenis certa mensura, quae dum colligit quod exhauserat, minor riuus et
10 pigrior, cum collegit, agilior maiorque profertur? an nescio quod li- 5
bramentum abditum et caecum, quod cum exinanitum est, suscitat et
11 elicit fontem, cum repletum, moratur et strangulat? scrutare tu causas (potes enim), quae tantum miraculum efficiunt: mihi abunde est, si satis expressi quod efficitur. uale.

C. PLINI CAECILI SECVNDI EPISTVLARVM

10

LIBER QVINTVS

1.

C. PLINIVS ANNIO SEVERO SVO S.

1 Legatum mihi obuenit modicum, sed amplissimo gratius. cur am- 15
plissimo gratius? Pomponia Galla exheredato filio Asudio Curiano heredem reliquerat me, dederat coheredes Sertorium Seuerum, prae-

---

1 alternis] alterius u subprimitur uel (et **Dox**) egeritur (geritur a) **BFDouxa** subprimitur erigitur **M** subprimitur erigiturque **V**: *cf. V. 6. 37; VIII. 20. 9* an] aut **oux** quae (qu- *in ras.*) **V** 2 aestua**D** 3 huiufontis **V** excursu **BF** repercutiat **BFMVoux** per momenta repercutiat **Dpra** 4 minor riuus et **BFMV** minor est riuus et **oux** minor riuus est et **a** minor est et **D** 5 pigrior (piguior u) is cum **oux** collegit **D ua** colligit **BFMVox** profertur (-r *finali in ras.*) **o** nescio quidem **o** libramentum *corr. ex* liberamentum **B** liberamentum **u** 6 exinanitum (-a- m^2 *in ras.*) **u** est suscitat] esuscitat **V** 7 eligit **M** repletum (*corr. ex* repletur, *ut uidetur,* m^1 **M**) **MVD** repletur **BFouxa** 9 VALE G · PLINI CAECILII SECVNDI · | EPISTOLARVM · FINIT LIBER IIIJ · **V**: *hinc deficit* **V**

G · PLINI CAECILI SECV · *ff* · EPISTOLARVM | FINIT LIBER · IIII · EIVSDEM · INCIPIT LIBER · V · **M** C · PLINIVS · SECVNDI EPISTVLARVM EXPLICIT | LIBER · IIII · INCIPIT LIBER · V · FELICITER **B** C · PLINII · SECVNDI · NOVOCOMENSIS · EPISTOLARVM · LIBER · QVARTVS · EXPLICIT · INCIPIT · LIBER · V · foeliciter **D** · C · Plinii Veronensis Oratoris Liber Epistularum Quintus Incipit Feliciter **o** Caii Plinii Epistolarum liber Quartus explicit · Eiusdem liber Quintus Incipit feliciter **ux** C · PL · SECVNDI EPISTOLARVM LIBER QVINTVS **a**, *om. in lac.* (V *in marg. adscripta*) **F** *Index epistularum huius libri in cod.* **B** *post libri inscriptionem sequitur, quem uide in Praefatione transscriptum. Epistulas huius libri hoc ordine dispositas habent* **Doux** *(et omnes codices qui scripturam archetypi Veronensis reddunt): 1—8, 21, 15, 10—14, 16—20, 9, quem ordinem et* **a** *suscepit, despecto scilicet suo codice Parisino, qui certe eundem ordinem seruauit quem cod.* **M** *et index codicis* **B** *adhuc exhibent*

14 Adanniumseuerum *ind.* **B** annio seuero *marg. partim detons.* **F** ANNIO **F** SEVERO **BMDouxa** 15 sed *om.* **oux** 16 pompania **D** Galla] Gratilla **t**$_5$ exhereditato (exheri- **u**) **BFu** asudio (*corr.* m^1 *ex* asiduo **B**) **BFD** assudio **ouxa** asidio **M**

torium uirum, aliosque equites Romanos splendidos. Curianus orabat 2
ut sibi donarem portionem meam seque praeiudicio iuuarem; eandem
tacita conuentione saluam mihi pollicebatur. respondebam non con- 3
uenire moribus meis aliud palam, aliud agere secreto, praeterea non
esse satis honestum donare et locupleti et orbo, in summa non pro-
futurum ei, si donassem, profuturum, si cessissem, esse autem me pa-
ratum cedere, si inique exheredatum mihi liqueret. ad hoc ille 'rogo 4
cognoscas.' cunctatus paulum 'faciam' inquam: 'neque enim uideo cur
ipse me minorem putem, quam tibi uideor. sed iam nunc memento non
defuturam mihi constantiam, si ita fides duxerit, secundum matrem
tuam pronuntiandi.' 'ut uoles' ait: 'uoles enim quod aequissimum.' 5
adhibui in consilium duos quos tunc ciuitas nostra spectatissimos ha-
buit, Corellium et Frontinum. his circumdatus in cubiculo meo sedi:
dixit Curianus quae pro se putabat: respondi paucis ego (neque enim 6
aderat alius qui defunctae pudorem tueretur): deinde secessi et ex con-
silii sententia 'uidetur' inquam, 'Curiane, mater tua iustas habuisse
causas irascendi tibi.'

Post hoc ille cum ceteris subscripsit centumuirale iudicium. me- 7
cum non subscripsit. adpetebat iudicii dies. coheredes mei componere
et transigere cupiebant, non diffidentia causae, sed metu temporum.
uerebantur quod uidebant multis accidisse, ne ex centumuirali iudicio
capitis rei exirent. et erant quidam in illis quibus obici et Gratillae 8
amicitia et Rustici posset. rogant me ut cum Curiano loquar. con- 9
uenimus in aedem Concordiae. ibi ego 'si mater' inquam 'te ex parte
quarta scripsisset heredem, num queri posses? quid si heredem qui-
dem instituisset ex asse, sed legatis ita exhausisset, ut non amplius
apud te quam quarta remaneret? igitur sufficere tibi debet, si exhe-
redatus a matre quartam partem ab heredibus eius accipias, quam
tamen ego augebo. scis te non subscripsisse mecum et iam biennium 10

---

1 aliosque *corr. m²* *ex* alioque **x** equites romanos splendidos **BFa** splendidos equites romanos **MDoux** Curianus filius *Sichardus* 2 sibi] si **D** saeque **M** iuuarem (-u- *poster. loco corr. m³ ex nescio qua litt.*) **B** eadem **Do** 3 tacita] taca **D** 5 donare *corr. m¹ ex* dare **B** summa *corr. m² ex* summam **M** 7 exheredatum *corr. ex* exhereditatum **B** exherediatum **u** ille ego rogo **o** 8 facias **D** neque] que **D** 9 ipse *om.* **oux** 10 si] sit **M** 11 ait] aut **D** 12 adhibuit **M** tunc] te **u** expectatissimos **BF** sapientissimos **ux** 13 correllium *corr. m²* *ex* correlium **B** corelium **oux** Correlium **a** cornelium **D** 14 curianianus **D** neque] nec **oux** 15 alius quidem functae **u** 16 curiane **M** curiani **D** iustas] multas **oux** 18 illi **M** susscripsit **M** mecum non subscripsit **BFouxa** non subscripsit (susscr- **M**) mecum **MD** 19 iudi **D** me **D** 22 exirent (*litt.* -e- *inter* -x- *et* -r- *in fine uersus del.*) **B** gratili *corr. m² ex* gratilli **u** gratili **x** gracili **o** 23 possent **D** me *om.* **o** cum curiano *corr. m¹ ex* curiano **B** cum curianio **D** 24 edem (*corr. ex* eadem **B**) **BF** eodem **x** ego] ergo **D** 25 num] non **oux** 26 ita] ista **D** 27 apud te *add. marg. m²* **u** tibibi **D** exhereditatus **Fu** 29 ego *om.* **M** scripsisse **u** etiam **o** et (*om.* iam) **a**

transisse omniaque me usu cepisse. sed ut te coheredes mei tractabiliorem experiantur, utque tibi nihil abstulerit reuerentia mei, offero pro mea parte tantundem.' tuli fructum non conscientiae modo uerum
11 etiam famae. ille ergo Curianus legatum mihi reliquit et factum meum, nisi forte blandior mihi, antiquum notabili honore signauit.
12 Haec tibi scripsi, quia de omnibus quae me uel delectant uel angunt non aliter tecum quam mecum loqui soleo; deinde quod durum existimabam te amantissimum mei fraudare uoluptate quam ipse ca-
13 piebam. neque enim sum tam sapiens, ut nihil mea intersit, an iis quae honeste fecisse me credo testificatio quaedam et quasi praemium accedat. uale.

2.

C. PLINIVS CALPVRNIO FLACCO SVO S.

1 Accepi pulcherrimos turdos, cum quibus parem calculum ponere nec urbis copiis ex Laurentino nec maris tam turbidis tempestatibus
2 possum. recipies ergo epistulas steriles et simpliciter ingratas ac ne illam quidem sollertiam Diomedis in permutando munere imitantes. sed quae facilitas tua, hoc magis dabis ueniam, quod se non mereri fatentur. uale.

3.

C. PLINIVS TITIO ARISTONI SVO S.

1 Cum plurima officia tua mihi grata et iucunda sunt, tum uel maxime quod me celandum non putasti fuisse apud te de uersiculis meis multum copiosumque sermonem eumque diuersitate iudiciorum longius processisse, exstitisse etiam quosdam qui scripta quidem ipsa non improbarent, me tamen amice simpliciterque reprehenderent, quod haec
2 scriberem recitaremque. quibus ego, ut augeam meam culpam, ita respondeo: facio non numquam uersiculos seueros parum, facio, nam et

---

1 omniaque me usu cepisse **Douxa** omniaque mea suscepisse (*corr. m*^{1} *ex* omniaque meusu cepisse **B**) **BF**, *om.* **M** coheredes *corr. m*^{1} *ex* quoheredes **B** 2 abstuleris **BF** mei] me **D** 3 tantundem *corr. m*^{1} *ex* tandem **B** 4 et factum *bis repetit.* **D** 5 antiquum **MD** antiquorum (*corr. m*^{2} *ex* antiquō **B**) **BFouxa** notabili (-li m^1 *in ras.*) **u** nobili **M** honore] more **oux** 6 uel *priore loco om.* **ux** 7 non *add. supra m*^{1} **u** 8 capiam **D** 9 neque] nec **oux** ut] quod **oux** (ut **i**) his **MDux** 10 me *om.* **D**

13 Adcalpurn' flaccum *ind.* **B** calpurnio flaco *marg. partim detons.* **F** FLACCO **BMDouxa** CALPVRNIO **F** 15 urbis] ullis *Cat.* ruris *Gruter* 17 Diomedis *om.* **M** inter mutando (-ter *add. in fine uersus m*^{2}, *ut uidetur*) **M** imitantis **BFMDoux**

21 Adtitium ariston· *ind.* **B** titio aristoni *marg.* **F** ARISTONI **BMDouxa** TITIONI **F** 22 tum] tunc **D** 23 fuisse *corr. ex* fuisset **B** deuersiculis *corr. ex* diuersiculis **B** 24 eumque] eum **BF** diuersitate *corr. m*^{1} *ex* diuersitatem 25 ipsa probarent **M** 26 hoc **ox** 28 facio nam et (et *corr. m*^{1} *ex* etiam **B**) comoedias **BFMa** facio et comoedias **Doux** facio etiam comoedias et audio *uel* facio iambos, comoedias audio *coni. Kortte* facio tamen, et comoedias audio *Stangl*

comoedias audio et specto mimos et lyricos lego et Sotadicos intellego; aliquando praeterea rideo, iocor, ludo, utque omnia innoxiae remissionis genera breuiter amplectar, homo sum.

Nec uero moleste fero hanc esse de moribus meis existimationem, 3
ut qui nesciunt talia doctissimos, grauissimos, sanctissimos homines
scriptitasse me scribere mirentur. ab illis autem quibus notum est, 4
quos quantosque auctores sequar, facile impetrari posse confido ut errare me, sed cum illis sinant, quorum non seria modo uerum etiam lusus exprimere laudabile est. an ego uerear (neminem uiuentium, ne 5
quam in speciem adulationis incidam, nominabo), sed ego uerear ne
me non satis deceat quod decuit M. Tullium, C. Caluum, Asinium Pollionem, M. Messalam, Q. Hortensium, M. Brutum, L. Sullam, Q. Catulum, Q. Scaeuolam, Ser. Sulpicium, Varronem, Torquatum, immo Torquatos, C. Memmium, Lentulum Gaetulicum, Annaeum Senecam, et proxime Verginium Rufum, et si non sufficiunt exempla priuata, diuum Iulium, diuum Augustum, diuum Neruam, Tiberium Caesarem? Neronem enim transeo, quamuis sciam non corrumpi in deterius quae 6
aliquando etiam a malis, sed honesta manere quae saepius a bonis
fiunt, inter quos uel praecipue numerandus est P. Vergilius, Cornelius Nepos et prius Ennius Acciusque. non quidem hi senatores, sed sanctitas morum non distat ordinibus.

Recito tamen, quod illi an fecerint nescio. etiam: sed illi iudicio 7
suo poterant esse contenti, mihi modestior constantia est, quam ut
satis absolutum putem quod a me probetur. itaque has recitandi cau- 8

---

1 Sotadicos *coni. Cat.*² socraticos **BFMDouxa** satyricos ς 2 ludo iocor **D** 3 amplectat **u** amplectas **D** 4 extimationem **D** 5 scatissimos **M** 6 scripsisse me scribere remirentur **D** mirentur (-r- *prior loco in ras.*) **B** 9 lusus etiam **ux** uereor **u** uiuentium (u- *init. m*¹ *in ras.*) **u** 10 speciem *corr. m*² *ex* spiciem **B** nominabo *corr. ex* nominaba **B** 11 Marcum **x** Caium **x** polionem **M** 12 Marcum **ux** Quintum **x** quintum **D** Marcum **x** Lucium **x** syllam **BFoxa** sillam **Du** Quintum **x** *et infra* 13 scaeuolam *corr. m*² *ex* scaeuelam **B** seruium **MDx** sulpitium **ua** M. Varronem *Mommsen* L. Torquatum *Stangl* 14 C.] ·G· *(sic semper fere)* **M** Caium **x** memium **BFou** C. Lentulum ς (Lentulum **et**) Getulicum **ux** getulum **o** annaenum (anneum **ux**) senecam (seneccam **BF**) **BFDouxa** annaeum senecam lucanum **M** Annaeum Senecam? Luceium? *Cat.*² *(fortasse typothetae erratum; in adnotationibus* et Lucanum *respicitur)* 15 Virgineum **u** ruffum **o** nifum **u** sufficium **o** 16 diuum *del. ante* diuum iulium **B** neruum **M** tiberium **MDx** tī **B** ·Ti· **Fa** T· **ou** 17 sciam] scientia **o** corrumpi *corr. m*¹ *ex* corrumpa **B** 18 aliquando etiam a malis **Da** aliquando etiam malis **BF** aliquando etima malis **M** etiam in aliis aliquando **o** etiam malus aliquando **ux** honestam manere **M** honesta mansere **D** 19 fiunt *om.* **D** preci *ante* uel *inceptum del.* **x** est *om.* **oux** Publius **x** uirgilius **BFoux** cornelius (-iu- *m*¹ *in ras.*) **u** 20 Pius **x** ennius acciusque **BFxa** ennius actiusque **ou** accius enniusque **M** actius enniusque **D** hi *corr. ex* his, *ut uidetur* **F** hii **D** 21 discat **u** 22 quod ant **efecerint oux** etiam *om.* **ça** sed] si **oux** 23 constantia] conscientia *Casaubon; cf. V. 12. 4* est *om.* **D**

sas sequor, primum quod ipse qui recitat aliquanto acrius scriptis suis auditorum reuerentia intendit, deinde quod de quibus dubitat quasi
9 ex consilii sententia statuit. multa etiam a multis admonetur, et si non admoneatur, quid quisque sentiat perspicit ex uultu, oculis, nutu manu, murmure, silentio; quae satis apertis notis iudicium ab humani-
10 tate discernunt. atque adeo, si cui forte eorum qui interfuerunt curae fuerit eadem illa legere, intelleget me quaedam aut commutasse aut praeterisse, fortasse etiam ex suo iudicio, quamuis ipse nihil dixerit
11 mihi. atque haec ita disputo, quasi populum in auditorium, non in cubiculum amicos aduocarim, quos plures habere multis gloriosum, reprehensioni nemini fuit. uale.

4.

C. PLINIVS IVLIO VALERIANO SVO S.

1 Res parua, sed initium non paruae. uir praetorius Sollers a senatu petiit ut sibi instituere nundinas in agris suis permitteretur: contra dixerunt Vicetinorum legati: adfuit Tuscilius Nominatus: dilata causa
2 est. alio senatu Vicetini sine aduocato intrauerunt, dixerunt se deceptos, lapsine uerbo, an quia ita sentiebant. interrogati a Nepote praetore, quem docuissent, responderunt quem prius: interrogati, an tunc gratis adfuisset, responderunt sex milibus nummum: an rursus aliquid dedissent, dixerunt mille denarios. Nepos postulauit ut Nominatus
3 induceretur. hactenus illo die. sed quantum auguror, longius res pro-

---

1 qui *om.* oux aliquanto **BFMuxa** aliquando **Do** scriptis *corr. in marg.* m^2 *ex* dictis **u** 2 reuerentia **Da** reuerentiam **BFMoux** 3 consilii *corr. m.*^{2} *ex* -o **B** consili **D** a *om.* **D** admoneat **o** et si non admoneatur *om.* **D** 4 perspicit *corr.* m^2 *ex* perspexit **M** percipit **D** exuoltu *corr.* m^2 *ex* exuoluto **B** nutu *corr.* m^2 *ex* nuto **B** 5 manu **MDouxa** manuum **BF** manuum motu *Sichardus* notis *(post* -o- *ras. unius litt.)* **B** 6 secernunt **u** discernunt *corr.* m^2 *ex* secernunt **x** curae fuerit *om.* **M** 7 intellegit **BF** intelligere **ux** aut commutasse *om.* **D** 8 etiam] et **ux** et etiam **D** quamuis] quam **D** 9 atque] sed **M** ita hoc **oux** atque ita disposito **D** populum m^2 *in ras.* **u** populo **x** auditorium (-um *in ras.*) **o** adiutorium **u** 10 amicos (ami- m^1 *in ras. et ante* amicos *rasura unius uel duar. litt.*) **B** multis *om.* **F** 11 uale *om.* **F** 13 Adiuliumualerianum *ind.* **B** iulio ualeriano *marg.* **F** VALERIANO **BMDouxa** IVLIO **F** 14 res paruas et **D** non paruae **MD** non paruum **BFouxa** uir] Auir **a** pretorius (-r- *priore loco* m^1 *in ras.* **u**) **ux** solers **ouxa** 15 petiit **Ma** petit **BFDoux** sibi *om.* **oux** instituere *corr. ex* institueret **B** nundinas (n- *init. fortasse corr. ex nescio qua litt.*) **B** in agris suis nundinas **ouxa** 16 uicetinorum (ueicetinorum **a** uicentinorum **ux** uincentinorum **o**) legati **BFouxa** legati uicetinorum (uicentinorum **D**) **MD** tuscilius **Doa** Tustilius **ux** tusculius **M** tuscillus **BF** Nomminatus **i** nominatus dilato senatu **D** est causa **u** 17 Veicentini **a** uicentini **Doux** 18 uerbo antiqui aita **B** s · incertum *super* ita *add.* m^1, *ut uidetur* **F** sentiebat *corr.* m^2 *ex* sentiebant **u** interrogati — 19 responderunt *om.* **BF** inter | rogatione pote **M** a *add. supra* m^2 **u** 19 quem *altero loco* **Bia** qui **F** quod **ux** que **D** quem — 20 responderunt *om.* **Mo** tunc] te **u**, *om.* **x** 20 ad- fuisset *Ber.* **a** adfuissent **BFDux** 21 responderunt *ante* dixerunt *del.* **x** Nomminatus **i** 22 procedet **BFouxa** procedit **MD**

cedet. nam pleraque tacta tantum et omnino commota latissime serpunt. erexi aures tuas. quam diu nunc oportet, quam blande roges ut reliqua cognoscas! si tamen non ante ob haec ipsa ueneris Romam spectatorque malueris esse quam lector. uale.

5.

C. PLINIVS NOVIO MAXIMO SVO S.

Nuntiatur mihi C. Fannium decessisse, qui nuntius me graui dolore confudit, primum quod amaui hominem elegantem, disertum, deinde quod iudicio eius uti solebam. erat enim natura acutus, usu exercitatus, ueritate promptissimus. angit me super ista casus ipsius: decessit ueteri testamento, omisit quos maxime diligebat, prosecutus est quibus offensior erat. sed hoc utcumque tolerabile, grauius illud, quod pulcherrimum opus imperfectum reliquit. quamuis enim agendis causis distringeretur, scribebat tamen exitus occisorum aut relegatorum a Nerone, et iam tres libros absoluerat, subtiles et diligentes et Latinos atque inter sermonem historiamque medios, ac tanto magis reliquos perficere cupiebat, quanto frequentius hi lectitabantur. mihi autem uidetur acerba semper et immatura mors eorum qui immortale aliquid parant. nam qui uoluptatibus dediti quasi in diem uiuunt uiuendi causas cotidie finiunt; qui uero posteros cogitant et memoriam sui operibus extendunt, his nulla mors non repentina est, ut quae semper incohatum aliquid abrumpat.

Gaius quidem Fannius quod accidit multo ante praesensit. uisus est sibi per nocturnam quietem iacere in lectulo suo compositus in habitum studentis, habere ante se scrinium (ita solebat): mox imaginatus est uenisse Neronem, in toro resedisse, prompsisse primum librum quem de sceleribus eius ediderat eumque ad extremum reuol-

---

1 tacta *Scheffer* tacita *(fortasse* tacita **F**, *sed dubium an subpunx. man. antiqua)* **BFMouxa** iacta **D** 3 cognosces **B** hac **o** 4 mallueris **M** uale *om.* **FD**

6 Adnouiummaximum *ind.* **B** nouio maximo *marg.* **F** MAXIMO **BMDouxa**, *inscr. epist. in lac. om.* **F** 7 nuntiatur (nonciatur **F**) mihi **BFouxa** nuntiatum mihi est **M** nuntiatum mihi **D** ·G· *(fortasse corr. m*^{1} *ex* C **F**) **FM** fanium **u** graui me **ouxa** 8 confundit **M** hominem *om.* **oux** elegantem et disertum (disertim **u**) **ouxa** deinde] denique **ux** 9 natura acutus **BFouxa** acutus natura **MD** 10 uarietate p$\bar{s}$ ubertate *Mommsen* promtissimus **BF** angit *corr. fortasse ex* anguit **B** 11 uetere **D** omisit **M** 12 offensor **M** utcumque *corr. m*^{2} *ex* utrumque **x** utrumque **u** grauius *om.* **ux** 14 occisorum **D** 15 subtilis et diligentis **o** 16 ac] at **o** 17 hi] in **M** 18 sors **D** 19 die **o** 20 suis **D** 21 quae] qui **M** 22 abrumpant **M** 23 gaius **B** caius **xa** ·G· **FM** ·C· **Dou** quidem fannius (fanius **u**) **BMDouxa** fannius quidem **F** multum **D** presensit *(post* -n- *ras. unius litt.)* **B** 24 compositus *om* **o** 25 habitum **BFi** habitu **Mouxa** habitu *(una litt. deleta)* **D** ita ut solebat **D** 26 est *om.* **Doux** resedisse **MDou** sedisse **BFxa** promisisse **D** librum primum **oux** 27 eumque **M** reuoluisse **Douxa** reuoluisset **M** uoluisse (*corr. ex* uoluissem **B**) **BF** euoluisse *Kortte*

6 uisse, idem in secundo ac tertio fecisse, tunc abisse. expauit et sic interpretatus est, tamquam idem sibi futurus esset scribendi finis, qui fuisset illi legendi: et fuit idem.

7 Quod me recordantem miseratio subit, quantum uigiliarum, quantum laborum exhauserit frustra. occursant animo mea mortalitas, mea scripta. nec dubito te quoque eadem cogitatione terreri pro istis quae 8 inter manus habes. proinde dum suppetit uita, enitamur ut mors quam paucissima quae abolere possit inueniat. uale.

6.

C. PLINIVS DOMITIO APOLLINARI SVO S.

1 Amaui curam et sollicitudinem tuam, quod, cum audisses me aestate 2 Tuscos meos petiturum, ne facerem suasisti, dum putas insalubres. est sane grauis et pestilens ora Tuscorum quae per litus extenditur; sed hi procul a mari recesserunt, quin etiam Appennino, saluberrimo mon- 3 tium, subiacent. atque adeo ut omnem pro me metum ponas, accipe temperiem caeli, regionis situm, uillae amoenitatem; quae et tibi auditu et mihi relatu iucunda erunt.

4 Caelum est hieme frigidum et gelidum: myrtos, oleas, quaeque alia aestiuo tepore laetantur, aspernatur ac respuit; laurum tamen patitur atque etiam nitidissimam profert, interdum, sed non saepius quam sub 5 urbe nostra, necat. aestatis mira clementia: semper aër spiritu aliquo 6 mouetur; frequentius tamen auras quam uentos habet. hinc senes multi: uideas auos proauosque iam iuuenum, audias fabulas ueteres sermonesque maiorum, cumque ueneris illo, putes alio te saeculo natum.

7 Regionis forma pulcherrima: imaginare amphitheatrum aliquod immensum et quale sola rerum natura possit effingere. lata et diffusa

---

1 abisse (-s- *priore loco in ras.*) **B** abiisse **M** 2 idem *in ras.* **D** sibi futurus] subfuturus **u** esse **x** 4 me *om.* **x** uigiliarum *corr. m²* *ex* uigillarum **B** 5 frusta **M** animum **D** 6 scripta *corr. ex* spcripta **B** neddubito **F** pro istis] possitis **D**

10 Addomit · apollinar · *ind.* **B** APOLLINARI **BFMDouxa** *et marg.* **F** sat *add. m²* **M** 11 audisses *corr. ex* audacisses **x** me aestate **MDoa** maestate **B** meinestate *corr. ex* maiestate **F** me in estate **ux** 12 meos *om.* **x** petituros **D** suasisti (-si- *m¹ in ras.* **B**, *subpunx.* **F**) **BF** insalubris et **oux** (insalubres i) 14 appenino **o** apennino **uxa** 16 regionis *corr. m²* *ex* religionis **B** et tibi *corr. m²* *ex* et ibi **B** 18 est] et **D** myrtos **Doxa** mirtos **u** mystas **B** mistas **F** myrto stilias et quaeque **M** 19 aestiuo tepore *Cat.* **a** aestiuo tempore **BFoux** adsiduo tepore **M** assiduo tempore **D** ac **BMa** et **FDoux** larum **BF** 20 profret **B** sed *add. supra m²* **x** 21 negat **BFD** aestatis *corr. ex* astatis **B** aer *om.* **M** aliquo (-o- *in ras.*) **F** 22 frequenter **D** quem **B** hic **M** multi **BFMa** multos **Doux** 23 audias] aut in **M** 24 cum ueneris **o** illo *om.* **D** te alio **oux** 25 regionis *corr. ex* regiones **B** imaginari **D** āphiteatrū *(post* a- *init. ras. unius litt.)* **F** aliquid **u** 26 et *priore loco om.* **D** quale *corr. m²* *fortasse ex* qualem **B** sola rerum *corr. m¹ ex* sorerum **B** solum rerum **u**

planities montibus cingitur, montes summa sui parte procera nemora
et antiqua habent. frequens ibi et uaria uenatio. inde caeduae siluae 8
cum ipso monte descendunt. has inter pingues terrenique colles (ne-
que enim facile usquam saxum, etiam si quaeratur, occurrit) planissi-
mis campis fertilitate non cedunt opimamque messem serius tantum, 9
sed non minus percoquunt. sub his per latus omne uineae porrigun-
tur unamque faciem longe lateque contexunt; quarum a fine imoque
quasi margine arbusta nascuntur. prata inde campique: campi, quos 10
non nisi ingentes boues et fortissima aratra perfringunt: tantis glaebis
tenacissimum solum, cum primum prosecatur, adsurgit, ut nono de-
mum sulco perdometur. prata florida et gemmea trifolium aliasque 11
herbas teneras semper et molles et quasi nouas alunt: cuncta enim
perennibus riuis nutriuntur. sed ubi aquae plurimum, palus nulla, quia
deuexa terra, quidquid liquoris accepit nec absorbuit, effundit in Tibe-
rim. medios ille agros secat, nauium patiens, omnesque fruges deuehit 12
in urbem, hieme dumtaxat et uere; aestate summittitur immensique
fluminis nomen arenti alueo deserit, autumno resumit. magnam capies 13
uoluptatem, si hunc regionis situm ex monte prospexeris. neque enim
terras tibi, sed formam aliquam ad eximiam pulchritudinem pictam
uideberis cernere: ea uarietate, ea descriptione, quocumque inciderint
oculi, reficientur.

Villa in colle imo sita prospicit quasi ex summo: ita leniter et 14
sensim cliuo fallente consurgit, ut, cum adscendere te non putes, sentias

---

1 montibus cingitur montes (-itur m- *in ras.*) o cingitur montibus montes ux summa *om.* oux procera nemora] progenera more BF (pomorum antiqua genera *add. in marg.* m^1 F) 2 habens D ibi *corr. ex* iui *fortasse* m^2 B caeduae] crebrae D crebre oux 3 ipso monte (monte *corr. ex* mente M monte ipso oux pingues *corr.* m^1 *ex* pigues B *post* colles *repetit. init. fol. p 125, 22* hinc senes — 3 colles x 4 facile (*corr. ex* facere) usquam B facilius quam M 6 percoquunt a perquoquunt BD perquoquunt F percoquit oux decoquunt M his *corr.* m^2 *ex* is B uineae *corr.* m^2 *ex* uince x 7 unamque faciem MDa unaque facie BFoux immo quasi x 8 margine *corr.* m^2 *ex* imargine M ambusta BF prata *corr.* m^2 *ex* parata B campi *om.* ux 9 non nisi] nihil o nisi ux tantis] is M 10 tenacissimis oux primum *om.* oux proseratur o proferatur ux ut *om.* D demum nono x demum nouo o domum nono u 11 perdomatur D florida BFDouxa frigida M gemmea Da gemme a M gemme Fux gemmae o iemme B 12 semperque molles oux molles *corr. ex* nolles m^2, *ut uidetur* B cuncta *corr. statim ex* cunctas F 13 perhennibus (-bu- *in ras.* B) BF sed ubi MDa sed ibi oux ibi (*corr. ex* sed ubi *linea subducta* B) BF 14 accipit oux absorbuit *corr.* m^2 *ex* absoruit B absorbit o et *ante* eff. *del.* B tiberim *corr.* m^2 *ex* tiberi B tyberim F teberim M 15 omnisque BFDox 17 fluminis *om.* o deserat M reassumit (reassumsit u) oux 18 respexeris D 19 ad eximiam MDouxa et eximiam B eximiamque F 20 a *ante* ea *poster. loco del.* x quoquumque B 21 reficiuntur oux 22 [illa] utilia D incolle *corr.* m^2 *ex* incole M *post* sita *ras. unius litt.* M quasi] quam u leniter (*corr. ex* laetauit m^1, *ut uidetur* B· BFMDouxia leniter *Ber.*: *cf. IX. 7. 4*; leniter inflexum *Cic. Diu. I. 30* 23 sensim *corr.* m^2 *ex* sensum o sensum u cliuo] diuo u assurgit o consurgis *coni. Kukula* sententias D

adscendisse. a tergo Appenninum, sed longius habet: accipit ab hoc auras quamlibet sereno et placido die, non tamen acres et immodicas,
15 sed spatio ipso lassas et infractas. magna sui parte meridiem spectat aestiuumque solem ab hora sexta, hibernum aliquanto maturius quasi inuitat in porticum latam et pro modo longam. multa in hac membra,
16 atrium etiam ex more ueterum. ante porticum xystus concisus in plurimas species distinctusque buxo; demissus inde pronusque puluinus, cui bestiarum effigies in uicem aduersas buxus inscripsit: acanthus in
17 plano mollis et paene dixerim liquidus. ambit hunc ambulatio pressis uarieque tonsis uiridibus inclusa; ab his gestatio in modum circi, quae
buxum multiformem humilesque et retentas manu arbusculas circumit. omnia maceria muniuntur: hanc gradata buxus operit et subtrahit.
18 pratum inde non minus natura quam superiora illa arte uisendum: campi deinde porro multaque alia prata et arbusta.

19 A capite porticus triclinium excurrit: ualuis xystum desinentem et protinus pratum multumque ruris uidet, fenestris hac latus xysti et quod prosilit uillae, hac adiacentis hippodromi nemus comasque pro-
20 spectat. contra mediam fere porticum diaeta paulum recedit, cingit areolam, quae quattuor platanis inumbratur. inter has marmoreo labro aqua exundat circumiectasque platanos et subiecta platanis leni adsper-
21 gine fouet. est in hac diaeta dormitorium cubiculum, quod diem, clamorem, sonum excludit, iunctaque ei cotidiana amicorumque cenatio: areolam illam, porticum aliam eademque omnia quae porticus adspicit.
22 est et aliud cubiculum a proximo platano uiride et umbrosum, mar-

---

1 a tergo appeninum o a tergo in apenninum **ux** at ergo appeninum **M** 2 (quamlibet i) quas libet **ux** quolibet o sereno et et placido **M** ac rés **M** 3 sed] et **D** ipso *om.* **M** lassas (-sa- *add. supra* m^2) **B** (magna i) 4 aliquando **oux** 5 pro modo longam **BFDouxa** prominulam **M** pro modo uillae longam *coni. Keil* hac] haec **F** hoc **oux** membra (-e- *ex corr.* m^1) **B** 6 concisus in plurimas species (speties o) distinctusque (distintusque **u** distinctus **F** destinctus **B**) buxo **BFouxa** in plurimas species distinctus concisusque buxo **MD** in plur. spec. dist., concisus buxo *Kukula* in plur. spec. conc. distinctusque buxo *Stangl* 7 inde] tamen **ux** 8 aduersas (-sa- m^2 *in ras.*) **u** aduersa **M** (acanthus i) achantus **F** achatus **ux** 10 tunsis **F** 11 humilisque **oux** retentas *corr. ex* retantes **M** tetentas **u** retonsas *ed. Elzev. 1640 et al.* arbustulas **u** circuit **oux** 12 matheria **F** grata *(in marg.* al' gradata m^2) **ou** 13 stiperiora **a** 14 multaque] multa *(in fin. uers.)* **F** multa quae **D** 15 a *om.* **BFoux** porticum **D** tribunitium **o** 16 hoc **M** 17 hac **MD** ac **BFouxa** adiacentis *corr.* m^2 *ex* adiacentes **B** (hippodromi i) heliodrome **D** 18 diaeta paulum] directa parum **oux** zeta paulum **D** (dieta i *et sic posthac*) recidit **BF** 19 quae *om.* **BD** *post* platanis *litt.* s *del.* **B** in has marmore labro exundat aqua circuniectasque **D** marmoreo *ex corr.* m^1 **B** 20 lenta aspergine *corr. ex* lentaspergine **M** 21 diaeta] zeta **Doux** die **ux** 22 somnum **ux** ei *om.* **oux** et **MD** amicorumque cenatio **BFDoa** amicorum cenatio quę **M** amicorum cenatio **ux** 23 areola illa **D** porticum aliam **M** porticus alia **BFouxa**, *om.* **D** aliam *uncis inclusit Keil* porticum, atrium eademque *Kukula* eademque alia omnia *C. F. W. Müller* quae] quem **u** 24 proxuma **M**

more excultum podio tenus, nec cedit gratiae marmoris ramos insi-
dentesque ramis aues imitata pictura: fonticulus in hoc, in fonte cra- 23
ter; circa sipunculi plures miscent iucundissimum murmur.

In cornu porticus amplissimum cubiculum triclinio occurrit; aliis
fenestris xystum, aliis despicit pratum, sed ante piscinam, quae fene-
stris seruit ac subiacet, strepitu uisuque iucundam: nam ex edito de- 24
siliens aqua suscepta marmore albescit. idem cubiculum hieme tepi-
dissimum, quia plurimo sole perfunditur. cohaeret hypocauston, et si 25
dies nubilus, immisso uapore solis uicem supplet. inde apodyterium
balinei laxum et hilare excipit cella frigidaria, in qua baptisterium
amplum atque opacum. si natare latius aut tepidius uelis, in area pi-
scina est, in proximo puteus, ex quo possis rursus adstringi, si paeni-
teat teporis. frigidariae cellae conectitur media, cui sol benignissime 26
praesto est; caldariae magis: prominet enim. in hac tres descensiones,
duae in sole, tertia a sole longius, a luce non longius. apodyterio 27
superpositum est sphaeristerium, quod plura genera exercitationis
pluresque circulos capit. nec procul a balineo scalae, quae in crypto-
porticum ferunt, prius ad diaetas tres. harum alia areolae illi, in qua
platani quattuor, alia prato, alia uineis imminet diuersasque caeli par-
tes ut prospectus habet.

In summa cryptoporticu cubiculum ex ipsa cryptoporticu excisum, 28
quod hippodromum, uineas, montes intuetur. iungitur cubiculum ob-
uium soli, maxime hiberno. hinc oritur diaeta, quae uillae hippodro-
mum adnectit. haec facies, hic usus a fronte. a latere aestiua crypto- 29
porticus in edito posita, quae non adspicere uineas, sed tangere uidetur:

---

1 exculptum (*corr. m*^{2} *ex* excultum o) oux nec] ne D 2 -que *om.* oux et *post* pictura *add. supra* B pictura cui subest fonticulus *Cat.* fonti cuius D in hoc (hac M) in fonte MD in hoc fonte BFouxa crater] erat x 3 sipumculi B sipunculum x 4 triclino D atriclinio M 5 dispicit M 6 iucundam M iucunda (io- *corr. m*^{2} *ex* iu- F io- ux) BFDouxa 7 tepedissimum M 8 quare plurio u ipochauston u hippocauston x 9 nubilus (-ubil- *m*^{2} *in ras.*) u apodyterion F apoditerium ux opoditerium o 10 frigida M baptisterium (*in marg.* l'spheristerium *m*^{2} o, spacristerium *m*^{2} u ou sphaeristerium D 11 nature ux aut tepidius (aut tepi- *in ras.*) B in area piscina est *om.* a 12 proxumo M possit D rursus *m*^{2} *in ras.* u astringi x 13 temporis D benignissimo D 14 prominent Moux enim *om.* M descensiones BFMa destentiones ux discensiones *corr. ex* dissensiones o discessiones D 15 sole *corr. ex* solo B longius a luce *om.* BFouxa *add.* MD apoditerio *corr. m*^{2} *ex* a poditerio x) ux a poditerio o 16 phaeristerium MD 17 plurisque ox cilculos B nec BFouxa non MD ab alieno scalae D a balineos scalae M schale ux cripto porticum ux crypioporticum M 18 prius adiectas tris ou prius additas tris x 19 alia *poster. loco om.* oux imminet Moux imminent BFa imminet diuer imminet diuersasque D partis oux 21 criptoporticu (*ante* excisum) B *utroque loco (et alibi saepius)* ux 22 hippodronium (*et u. 23*) u hippodromium x uinenas (*m*^{2} *ex corr.*) B intuetur *corr. ex* inituetur B 23 hinc — uillae *om. (aliquid omissum esse admotat m*^{2}*)* M oritur] colitur F diaeta] zeta Doux 24 hic] hinc D usus] uisus *Kukula* aestiuo o estiuo x sed — p. 129, 2 uineas *om.* x

in media triclinium saluberrimum adflatum ex Appenninis uallibus recipit: post latissimis fenestris uineas, ualuis aeque uineas, sed per
30 cryptoporticum, quasi admittit. a latere triclinii, quod fenestris caret, scalae conuiuio utilia secretiore ambitu suggerunt. in fine cubiculum, cui non minus iucundum prospectum cryptoporticus ipsa quam uineae praebent. subest cryptoporticus subterraneae similis; aestate incluso frigore riget contentaque aëre suo nec desiderat auras nec admittit.
31 post utramque cryptoporticum unde triclinium desinit incipit porticus, ante medium diem hiberna, inclinato die aestiua. hac adeuntur diaetae duae, quarum in altera cubicula quattuor, altera tria, ut circumit sol, aut sole utuntur aut umbra.

32 Hanc dispositionem amoenitatemque tectorum longe longeque praecedit hippodromus. medius patescit statimque intrantium oculis totus offertur; platanis circumitur: illae hedera uestiuntur, utque summae suis ita imae alienis frondibus uirent: hedera truncum et ramos per-
errat uicinasque platanos transitu suo copulat: has buxus interiacet: exteriores buxos circumuenit laurus umbraeque platanorum suam con-
33 fert. rectus hic hippodromi limes in extrema parte hemicyclio frangitur mutatque faciem: cypressis ambitur et tegitur, densiore umbra opacior nigriorque; interioribus circulis (sunt enim plures) purissimum
34 diem recipit. inde etiam rosas effert umbrarumque frigus non ingrato sole distinguit. finito uario illo multiplicique curuamine recto limiti redditur, nec huic uni: nam uiae plures intercedentibus buxis diuiduntur.
35 alibi pratulum, alibi ipsa buxus interuenit in formas mille discripta,

---

1 tricilinium **D** appenninis (apenninis ou) **BFDoua** appennini **M** 2 accipit **Dou** latissimis *(post* lati- *ras. duar. litt.)* **B** 3 a latere] altare **o** triclini **D** triclinio **M** paret **D** 4 schale **ux** ut illa **M** ut illi a **D** secretior **M** ambitu **BFMDouxa** aditu *Pomp. Laet.* 5 prospectum (pro- *in ras.*) **o** 7 contemptaque **F** aere *om.* **D** 8 tricilinum **D** 9 *post* aestiua *in ras. per spatium quattuor uel quinque litterarum relicta litteram* s· *add.* **B** hac] haec **D** diaetae] dicte **u** diete **x** 10 inlatera **M** cubila **D** ut] aut **x** circuit **oxa** sol aut (aut *corr.* m^2 *ex* ut) **B** sola ut **M** 11 sole utuntur aut *om.* **D** 12 tectorum m^2 *in lac.* **D** longe longeque **BF** longeque **Doux** late longeque **a** longe lateque **M** longe *uulgo* 13 hippodronius **u** (hippodromus **i**) intrantium] in transitum **D** totus *om.* **ux** 14 effertur **D** circuitur **ouxa** ille **M** hedera **oa** hędera (*corr. ex* ędera) **B** ędera **F** edera **MDux** 15 ita imę (ita im- *in ras.*) **o** ita mae **D** hedera **MDoa** haedera **B** ędera **F** edera **ux** trunculum **BF** hedera trum cum et ramos *corr.* m^2 *ex* hederarum cum et ramos **M** et] ut **ox** pererrat (-ererrat m^2 *in ras.*) **u** *inde a* pererrat *in fine lateris uersi folii duodeuicensimi (ualde detriti) deficit* **B** 17 exterioris **D** umbrae quae **D** blatanorum **M** 18 hic *om.* **M** hippodronii **u** (hippodromi **i**) emiciclo **oux** 19 cupressis *corr.* m^2 *ex* cupressii **u** cupressii **x** tegitur *corr. man. recent. ex* tergitur **u** 20 plurissimum **F** 21 etiam *om.* **oux** ecfert **M** umbrarumque (umbr- m^2 *in ras.*) **u** 22 uario illo *corr. ex* illo uario **x** -que *om.* **u** curuamento **x** limiti (*corr. ex* limite **F**) **Fua** limite **Dox** curuam inerecto limite **M** 23 reditur **ux** redditus *corr.* m^2 *ex* reddit **M** nec huic uni **Ma** ne huic uni **Fox** nec uni huic **D** ne huic **u** uni nam uiae] uni mar uię *(ut uidetur) corr.* m^2 *ex* ummā uię *(ut uidetur)* **M** uni non uie **x** 24 alibi *priore loco* — interuenit *om.* **ux** millae **D** discripta **D** descripta **FMouxa**

litteras interdum, quae modo nomen domini dicunt, modo artificis: alternis metulae surgunt, alternis inserta sunt poma, et in opere urbanissimo subita uelut inlati ruris imitatio. medium spatium breuioribus utrimque platanis adornatur: post has acanthus hinc inde lubricus et 36
flexuosus, deinde plures figurae pluraque nomina. in capite stibadium candido marmore uite protegitur, uitem quattuor columellae Carystiae subeunt. ex stibadio aqua, uelut expressa cubantium pondere, sipunculis effluit, cauato lapide suscipitur, gracili marmore continetur atque ita occulte temperatur, ut impleat nec redundet. gustatorium grauior- 37
que cena margini imponitur, leuior nauicularum et auium figuris innatans circumit. contra fons egerit aquam et recipit: nam expulsa in altum in se cadit iunctisque hiatibus et absorbetur et tollitur. e regione stibadii aduersum cubiculum tantum stibadio reddit ornatus, quantum accipit ab illo. a marmore splendet, ualuis in uiridia pro- 38
minet et exit, alia uiridia superioribus inferioribusque fenestris suspicit despicitque. mox zothecula refugit quasi in cubiculum idem atque aliud. lectus hic et undique fenestrae, et tamen lumen obscurum umbra premente. nam laetissima uitis per omne tectum in culmen nititur 39
et adscendit. non secus ibi quam in nemore iaceas, imbrem tantum tamquam in nemore non sentias. hic quoque fons nascitur simulque sub- 40
ducitur. sunt locis pluribus disposita sedilia e marmore, quae ambulatione fessos ut cubiculum ipsum iuuant. fonticuli sedilibus adiacent. per totum hippodromum inducti fistulis strepunt riui et qua manus duxit secuntur: his nunc illa uiridia, nunc haec, interdum simul omnia lauantur.

---

1 litteras MD litteris Fouxa quo M nomen *corr. ex* nomin M dicunt *om.* oux 2 alterius ux metulae] uiticulae *Sichardus* alterius ux 3 subita *om.* u ueluti D intacti u ruris (-r- *poster. loco* m^2 *ex corr.*) u medium spatium MDx medium in spatium (spaciis *corr.* m^2 *ex* spacium u) Foua breuibus M 4 platanis adumbratur adornatur x poschas u acamthus M achantus ux hinc inde *om.* Fux 5 plures figurae plurae pluraque nomina capite D stipadium M 6 caristiae (caristie ux) MDoux 7 extibadio *corr. ex* extibadiu F e stibadio a exstebadio M e stibadio *corr.* m^2 *ex* estibastio x estibastio u subeunte stibadio D aquae D e qua o exprassa D siponculis Fo si ponculis ux 8 gratili D gracili marmore continetur *om.* F 9 occultem ux temperatum oux uerberatur D retundet M redundet et D gustatorum o 10 cena D cenam M cenatio (coenatio a) Fouxa nauicularum Fouxa nauclarum M nauclarum D: *cf. III. 16. 9* 11 circuit Mouxa egerit] eiicit oux 12 hiatibus] partibus M absorbetur D 13 stipadi M stiuadi D 14 a *om.* MD 15 et exit MDia et texit F texit oux alia uiridis a superioribus atque inferioribus oux superioribusque *om.* inferioribus D suspicit despicitque mox zetecula (diaetula ga refugit ouxga suscipit descipitque mox zetaecula refulget D suspicit despicit. Quem exodio thecula refugit F suspicit quae mox zothecula fugit M 16 qua quasi D 17 lectulus oux 18 lectissima D uitis u 19 abscendit D ibi *om.* D innemorem D iaceri M tanquam ux 20 innemorem D similisque o 21 sedile marmoreum quod ambulatione M 22 uiuant u sedibus oux 23 hipodromium o hippodronium u inductis fistulis strepunt Fouxa inducti strepunt D dulces strepunt M et *om.* x 24 sequuntur ux sequantur o haec *om.* Foux. *add.* MDa lauantur MDou iuuantur Fxa: *cf. VII. 8. 11*

Vitassem iam dudum ne uiderer argutior, nisi proposuissem omnes
41 angulos tecum epistula circumire. neque enim uerebar ne laboriosum
esset legenti tibi quod uisenti non fuisset, praesertim cum interquie-
scere, si liberet, depositaque epistula quasi residere saepius posses.
praeterea indulsi amori meo: amo enim quae maxima ex parte ipse
42 incohaui aut incohata percolui. in summa (cur enim non aperiam tibi
uel iudicium meum uel errorem?) primum ego officium scriptoris ex-
istimo ut titulum suum legat atque identidem interroget se, quid coe-
perit scribere, sciatque, si materiae immoratur, non esse longum, lon-
43 gissimum, si aliquid accersit atque attrahit. uides quot uersibus Ho-
merus, quot Vergilius arma, hic Aeneae, Achillis ille, describat; breuis
tamen uterque est, quia facit quod instituit. uides ut Aratus minu-
tissima etiam sidera consectetur et colligat; modum tamen seruat: non
44 enim excursus hic eius, sed opus ipsum est. similiter nos, ut parua
magnis, cum totam uillam oculis tuis subicere conamur, si nihil in-
ductum et quasi deuium loquimur, non epistula quae describit, sed
uilla quae describitur magna est. uerum illuc unde coepi, ne secun-
dum legem meam iure reprehendar, si longior fuero in hoc in quod
excessi.

45 Habes causas, cur ego Tuscos meos Tusculanis, Tiburtinis, Prae-
nestinisque praeponam. nam super illa quae rettuli altius ibi otium et
pinguius eoque securius: nulla necessitas togae, nemo accersitor ex pro-
ximo: placida omnia et quiescentia, quod ipsum salubritati regionis ut
purius caelum, ut aër liquidior accedit. ibi animo, ibi corpore maxime
46 ualeo. nam studiis animum, uenatu corpus exerceo. mei quoque nus-
quam salubrius degunt: usque adhuc certe neminem ex iis quos edu-

---

1 omnis **FD** 2 circuire **o** uerebar *corr. ex* uerebor **x** ne] nec **D** 3 legenti tibi (tibi *in ras.* **F**) **FMDa** tibi legenti **oux** quos **F** uisenti] absenti **oux** ut absenti **D** 4 libere **x** libesceret **D** 5 meo amori **M** maxime **D** 6 aut *om.* **D** in summa — 7 primum *om.* **Foux**, *add.* (in summam **M**) **MDa** 7 extimo **D** 8 ut *om.* **MDa** suum *corr. m*^{2} *ex* sum **M** atque] et **oux** interroget si quid **M** interroges si quod **D** coperit **FM** 9 sciat quae **D** materię *corr. ex* materę **x** mane **u** immoratur **MDa** demoratur **Foux** 10 accersit **Fa** arcessit **M** accessit (*corr. m*^{1} *ex* accissit **o**) **Doux** quot] quod *corr. m*^{1} *ex* quod quod **M** 11 quot] quod **M** uirgilius **FDoux** enee **u** aeneae ac achillis ille discribat **M** 12 utrique **o** uides ut *om.* **D** arathus **F** 13 consecratur et colligit **D** 14 excursus] est cursus **D** ut ex parua **D** 15 conemur **M** 16 deuium] deum **D** discribit **M** describit *corr. ex* describitur **x** describit — 17 quae *om.* **o** 17 discribitur **M** illud **M** 18 reprehendat **u** in quo (in *add. supra m*^{1} **u**) **Foux** fuerit in hoc quod es excessi **D** 20 ego] ergo **M** tuscos *corr. m*^{2} *ex* tusicos **M** tuculanis **M** praenestinisque **MD** praenestinisque (per- **F**) meis **Fa** praenestinis meis **oux** 22 eoque] atque **M** accersitor (acersitor **u**) **FMouxa** arcessitor **D** ex] e **Fux** 23 ipsum] tum **D**, *om.* **op** salubritati **Du** salubritate **FMoxa** 24 anima **x** maxme **x** 25 mei quoque *corr. m*^{1} *ex* me quoque **F** meique **x** 26 ex his **MDoux** quoque seduxeram **D** quos duxeram **u**

xeram mecum (uenia sit dicto) ibi amisi. di modo in posterum hoc mihi gaudium, hanc gloriam loco seruent. uale.

7.

C. PLINIVS CALVISIO RVFO SVO S.

Nec heredem institui nec praecipere posse rem publicam constat. 1
Saturninus autem, qui nos reliquit heredes, quadrantem rei publicae nostrae, deinde pro quadrante praeceptionem quadringentorum milium dedit. hoc, si ius adspicias, inritum, si defuncti uoluntatem, ratum et firmum est. mihi autem defuncti uoluntas (uereor quam in partem 2
iuris consulti quod sum dicturus accipiant) antiquior iure est, utique in eo quod ad communem patriam uoluit peruenire. an, cui de meo 3
sestertium sedeciens contuli, huic quadringentorum milium paulo amplius tertiam partem ex aduenticio denegem? scio te quoque a iudicio meo non abhorrere, cum eandem rem publicam ut ciuis optimus diligas. uelim ergo, cum proxime decuriones contrahentur, quid sit iuris 4
indices, parce tamen et modeste; deinde subiungas nos quadringenta milia offerre, sicut praeceperit Saturninus. illius hoc munus, illius liberalitas; nostrum tantum obsequium uocetur. haec ego scribere pu- 5
blice supersedi, primum quod memineram pro necessitudine amicitiae nostrae, pro facultate prudentiae tuae et debere te et posse perinde meis ac tuis partibus fungi; deinde quia uerebar ne modum, quem tibi in sermone custodire facile est, tenuisse in epistula non uiderer. nam 6
sermonem uultus, gestus, uox ipsa moderatur; epistula omnibus commendationibus destituta malignitati interpretantium exponitur. uale.

1 dictum o ibi *om.* ux uenias id dicti ibi amisi D di M dii Fouxa, *om.* D modo *corr. ex nescio qua uoce* o posterom M 2 loci x seruet o uale *om.* D *Hinc deficit* F; *manus autem saec. XV, quae iam plura, praesertim in locis ex Graeco citatis, emendauerat, epistulas* V. 7—8, 4 natura curiosi *addidit, scilicet ex scriptura codicum saec. XV, qui octo libros continent, quibus ex epistulis lectiones uarias neglexi*

4 CALVISIO (*om.* RVFO) MDouxa Adcalpurnium rufum *ind.* B 7 pro *om.* oux quadrantem oux 8 si] sed M uoluntatem — 9 defuncti *om.* M 10 consulti] coñs: ox coīs u consul D sim Doux accipiat oux antiquiore M 11 ad *om.* x 12 sestertium sedecies Ma his adiiciens (adiciens u) oux iis adiiciens c his sexdecies t his ediciens D sex decies adiiciens ς undeties adiiciens *Cat.* sestertium undecies *uulgo: cf. Mommsen, Gesamm. Schriften IV, p. 434 fin., n. 6* huic quadringentorum (qua | quadringentorum M) Ma huic · CCCC · CCCC ux Doux sestertium decies contuli huic · CCCC · millia *coni. Budaeus, De asse ed. Basilien., 1557, uol. II, p. 923, et cod. Bodleianus Auct. I. 4. 3: cf. Merrill in Classical Philology II, p. 153* huic quadringenta milia *Sichardus* 13 aduentitio Mx ab x 15 sit] si D 16 indices Ma dices Doux pacce D 17 offerre *om.* Doux hoc munus illius *om.* ux 18 liberalitatis x nostrum *om.* Doux (tantum i) tamen Dux nocetur ux 19 pro *om.* u 20 nostrae — prudentiae *om.* Doux *add.* i posse perinde meis ac tuis partibus (partibus *om.* t Mctsa posse fieri de de *om.* r¹ meis actibus partibus Douxpr 21 quem tibi Ma tibi quem Doux 22 non — 23 ipsa *in ras. m*¹. *ut uidetur* u 23 moderatur *corr. ex* moderetur x 24 malignitatem oux malignitate D exponit oux uale *om.* D

8.

C. PLINIVS TITINIO CAPITONI SVO S.

Suades ut historiam scribam, et suades non solus: multi hoc me saepe monuerunt, et ego uolo, non quia commode facturum esse confidam (id enim temere credas nisi expertus), sed quia mihi pulchrum in primis uidetur non pati occidere quibus aeternitas debeatur aliorumque famam cum sua extendere. me autem nihil aeque ac diuturnitatis amor et cupido sollicitat, res homine dignissima, eo praesertim qui nullius sibi conscius culpae posteritatis memoriam non reformidet. itaque diebus ac noctibus cogito, 'si qua me quoque possim tollere humo': id enim uoto meo sufficit, illud supra uotum, 'uictorque uirum uolitare per ora'. 'quamquam o!' sed hoc satis est, quod prope sola historia polliceri uidetur. orationi enim et carmini parua gratia, nisi eloquentia est summa; historia quoquo modo scripta delectat. sunt enim homines natura curiosi et quamlibet nuda rerum cognitione capiuntur, ut qui sermunculis etiam fabellisque ducantur.

Me uero ad hoc studium impellit domesticum quoque exemplum: auunculus meus idemque per adoptionem pater historias et quidem religiosissime scripsit. inuenio autem apud sapientes honestissimum esse maiorum uestigia sequi, si modo recto itinere praecesserint. cur ergo cunctor? egi magnas et graues causas: has, etiam si mihi tenuis ex iis spes, destino retractare, ne tantus ille labor meus, nisi hoc quod reliquum est studii addidero, mecum pariter intercidat. nam si rationem posteritatis habeas, quidquid non est peractum, pro non incohato est. dices 'potes simul et rescribere actiones et componere historiam.' utinam! sed utrumque tam magnum est, ut abunde sit alterum efficere.

---

2 Adtitinium caepionem *ind.* **B** CAPITONI **MDouxa** *'ad Tacitum scriptam epistulam indicare uidetur Sidonius Apollinaris IV. 22' (Keil)* 3 suadeas *priore loco* **u** solum **D** hoc me **Ma** me hoc **Doux** 4 moüere **D** non *om.* **D** confidam **Mux** confido **Doa** 5 id *om.* **D** enim *om.* **ux** 6 non pati occidere **Douxa** posteris tradere **M** 7 cum ex sua **M** 8 amor et cupido **Ma** amoris (*corr.* m^1 *ex* amore **u**) cupido **Doux** (amor et *corr. ex* et amoris **i**) solicitant **o** homine dignissime **o** presertim **M** homine (homines **D**) dignissime (dignissimae **Do**) praesertim **Doux** eo homine dignissima praesertim **a** 10 si qua] *Verg. Geor. III. 8* humo] homo **D** 11 uictorque] *Verg. Geor. III. 9* 12 quamquam] *Verg. Aen. V. 195* **o** *om.* **M** hoc *om.* **Doux** est et quod **M** 13 pollice ri *corr. ex* pollicer ri *per* pollicen ri, *ut uidetur* **M** carmini (*corr.* m^1 *ex* armini **M**) parua **MDoux** carmini est parua **a** 16 ut qui **Ma** utque **Doux** 17 domesticum impellit *Ioh. Mansionarii Breuis Adnot. codd. quidam* quoque *om.* **Doux** *et Ioh. Mansionarii Breuis Adnot. codd.* 18 adeptionem **D** et quidem] equidem *uel* quidem *Ioh. Mansionarii Breuis Adnot. codd.* 19 sapientis **Moux** sapienteis *(ut saepissime)* **a** 20 cur (cui **a**) ergo cunctor **Ma** cur enim cunctor **D** cur enim cum tot **ux** cur enim cum **o** 21 causas sed has **u** causas sed **e** has **x** 22 iis] eis **a** his **MDoux** destino *corr. ex* destinor **M** retractare (retract- *in ras.*) **M** ille *om.* **ux** 23 reliquum *corr.* m^2 *ex* relictum **M** paratus **oux** 24 inchoato *corr. fortasse ex* inchoata **M** incohatum **o** inchoatum **Dux** 25 est *om.* **Doux**

Vndeuicensimo aetatis anno dicere in foro coepi, et nunc demum 8
quid praestare debeat orator, adhuc tamen per caliginem uideo. quid, 9
si huic oneri nouum accesserit? habet quidem oratio et historia multa
communia, sed plura diuersa in his ipsis quae communia uidentur.
narrat illa, narrat haec, sed aliter: huic pleraque humilia et sordida et
ex medio petita, illi omnia recondita, splendida, excelsa conueniunt:
hanc saepius ossa, musculi, nerui, illam tori quidam et quasi iubae de- 10
cent: haec uel maxime ui, amaritudine, instantia, illa tractu et suauitate atque etiam dulcedine placet: postremo alia uerba, alius sonus,
alia constructio. nam plurimum refert, ut Thucydides ait, κτῆμα sit an 11
ἀγώνισμα; quorum alterum oratio, alterum historia est.

His ex causis non adducor ut duo dissimilia et hoc ipso diuersa,
quod maxima, confundam misceamque, ne tanta quasi colluuione turbatus ibi faciam quod hic debeo; ideoque interim ueniam, ut ne a
forensibus uerbis recedam, aduocandi peto. tu tamen iam nunc cogita 12
quae potissimum tempora aggrediar. uetera et scripta aliis? parata
inquisitio, sed onerosa collatio: intacta et noua? graues offensae, leuis
gratia. nam praeter id quod in tantis uitiis hominum plura culpanda 13
sunt quam laudanda, tum, si laudaueris, parcus, si culpaueris, nimius
fuisse dicaris, quamuis illud plenissime, hoc restrictissime feceris. sed 14
haec me non retardant: est enim mihi pro fide satis animi. illud peto,
praesternas ad quod hortaris eligasque materiam, ne mihi iam scribere
parato alia rursus cunctationis et morae iusta ratio nascatur. uale.

1 undeuicesimo **Da** undeuicessimo **o** unde uecesimo **u** undeuigesimo **x** undeuicensimo **M** coepit nunc **M** 3 habet **Douxa** habent **ς** habere **M** 4 communia sed **uxa** communia sunt sed **Do** sed — communia *(post* multa *nota* Λ *aliquid excidisse indicat m^2) om.* **M** his] iis **x** quae communis **D** 5 pleraque **u** humiliat sordida **M** 6 splendida et excelsa **o** 7 ossa musculi (-sa mu- m^1 *in ras.*) **u** illi **ux** tori] tor **D** iubae (tube **ux**) **Douxa** 8 ui] in **o** 9 placent **M** 10 ut — 11 ἀγώνισμα **a** ut thucydides thucydides *corr. m^1 ex* hucydides) rei hi **hm** *(suprapunx. m^2)* masit (masit *corr. m^2 ex* misit amatONIEM **M** ut thucydides (Tucidides **u** tucydides **x**) ait item asintanagonisma **oux** ut hucidides ait item asyntana gonisma **D** κτῆμα *corr. ex* ηδημα. *post quod Graeca ex Thuc. add.* **i**: *Thuc. I. 22* 12 est his ex causis **Ma** et ex his causis **Dox** et ex causis **u** abducor **Du** 13 quod maxima **Doa** quo maxima **M** quidem **u** maxima **x** quidemaxima **u** -que *om.* **D** 14 hic] ibi **x** ideoque interim ueniam ut et **M** ne **Ma** quae (que **u**) interim ueniet ne **Doux** et *del.* **i** 15 forensibus **Douxa** meis **M** (aduocandi *corr. ex* aduocatum **i**) iam] immo **M** nunc *corr. m^2 ex* nun **u** cogita quae potissimum tempora **Doxa** cogita quae potissimum ipsum **u** cogitaque potissimum quo tempore **M** 16 adgrediar **Ma** aggrediamur **Doux** et *om.* **M** aliis] mallis **M** 17 set **M** grauis **M** 18 gratiam **M** nam praeter id quod **M** nam praeterii quod **a** hanc praeterea quod **Do** hanc praeterea quidem **ux** nam praeterea quod *Gruter: cf. Pan. 59 fin.* 19 tum] tu *Mommsen* 20 quamuis — feceris *om* **Doux** hoc restrictissime *(nota* Λ *lacunam indicat m^2) om.* **M**: *cf. infra n. 23* 21 retardant **Ma** tardant **Doux** 22 praesternas **Ma** praestuas **D** prestruas **ux** praestruat **o**: *cf. Pan. 3* iam **a** tam **Doux** eam **M** 23 cunctationis] cum **M** nascatur hoc strictissime **uale** (hoc strictissime *ad u. 20 transferendum esse adnotat m^2* **M**

9.

C. PLINIVS SEMPRONIO RVFO SVO S.

1 Descenderam in basilicam Iuliam, auditurus quibus proxima com-
2 perendinatione respondere debebam. sedebant iudices, decemuiri ue-
nerant, obuersabantur aduocati, silentium longum, tandem a praetore
nuntius. dimittuntur centumuiri, eximitur dies, me gaudente, qui num-
3 quam ita paratus sum, ut non mora laeter. causa dilationis Nepos prae-
tor, qui legibus quaerit. proposuerat breue edictum: admonebat accu-
satores, admonebat reos exsecuturum se quae senatus consulto conti-
4 nerentur. suberat edicto senatus consultum: hoc omnes, qui quid negotii
haberent, iurare prius quam agerent iubebantur nihil se ob aduoca-
tionem cuiquam dedisse, promisisse, cauisse. his enim uerbis ac mille
praeterea et uenire aduocationes et emi uetabantur. peractis tamen
5 negotiis permittebatur pecuniam dumtaxat decem milium dare. hoc
facto Nepotis commotus praetor qui centumuiralibus praesidet, de-
liberaturus an sequeretur exemplum, inopinatum nobis otium dedit.
6 Interim tota ciuitate Nepotis edictum carpitur, laudatur. multi 'in-
uenimus qui curua corrigeret. quid? ante hunc praetores non fuerunt?
quis autem hic est, qui emendet publicos mores?' alii contra 'rectissime
fecit: initurus magistratum iura cognouit, senatus consulta legit, re-
primit foedissimas pactiones, rem pulcherrimam turpissime uenire non
7 patitur.' tales ubique sermones, qui tamen alterutram in partem ex
euentu praeualebunt. est omnino iniquum, sed usu receptum, quod
honesta consilia uel turpia, prout male aut prospere cedunt, ita uel
probantur uel reprehenduntur. inde plerumque eadem facta modo di-
ligentiae modo uanitatis, modo libertatis modo furoris nomen acci-
piunt. uale.

De ordine epist. 9—21 in codd. **Doux** *u. supra p. 119 in app. crit.*
1 Adsemproniumrufum *ind.* **B** RVFO RVFFO o) **Douxa**, *om.* **M** 4 decemuiri **MDoux** centumuiri ça 5 obuersabant **a** aduocati **Ma** aduocatis **Doux** 6 ·c· uiri **ux** ·C·V·o cu **D** 7 mora laeter **Mia** moraliter **Doux** preter **M** 8 qui legi de muneribus praeposuerat *Sichardus* qui lege de muneribus quaerit *coni. Modius et Casaubon* praeposuerat **oux** 9 exsecuturum *corr. m*^{2} *ex* exsecutorum **M** continentur **x** senatus consulto — 10 edicto *om.* **D** 10 senatuus **M** hoc omnes — 11 obaduoca- *om. in lac. uersuum duorum et tertiae partis* **M** qui quid negotii **a** quisque negotium **oux** quisquis negotium **D** 11 haberent **oa** haberet **Dux** iurare **oa** iuuare **ux** agerent **ia** agere **Doux** iubebantur **Doa** uidebantur **ux** ob *om.* **u** aduocatione **u** 12 millae **o** nulle **ux** 13 aduocationis **Doux** et emi **Da** set emi **M** et enim **r** et enim emi **oux** uetebatur **r** uetabatur ça peractis — 14 permittebatur *om.* **Doux** 14 permittebatur **M** permittebantur **a** 15 praesidet **Douxa** praesidebat **M** 17 (multi i) 18 curua i) (corrigeret i) quid] quod **M** 19 ali **D** 20 iura recognouit *Cat.* 21 foedissimas **Ma** nouissimas **Doux** 22 exuentu **u** ex euentu *corr. ex* ex uentu **x** 23 iniquum (*corr. ex* iniquom **M**) **Ma** inimicum **Doux** *et Flor. Mor. Auct.* 24 aut] aũ **D** 25 probantur **Mia** procedunt **Douxpr** *et Flor. Mor. Auct.* reprehenduntur *corr. ex* reprehendentur **M** modo diligentiae modo uanitatis *om.* **Doux** *et Flor. Mor. Auct.* 27 uale *om.* **D**

10.

C. PLINIVS SVETONIO TRANQVILLO SVO S.

Libera tandem hendecasyllaborum meorum fidem, qui scripta tua 1
communibus amicis spoponderunt. appellantur cotidie, efflagitantur,
ac iam periculum est ne cogantur ad exhibendum formulam accipere.
sum et ipse in edendo haesitator, tu tamen meam quoque cunctationem 2
tarditatemque uicisti. proinde aut rumpe iam moras aut caue ne eos-
dem istos libellos, quos tibi hendecasyllabi nostri blanditiis elicere
non possunt, conuicio scazontes extorqueant. perfectum opus absolu- 3
tumque est, nec iam splendescit lima, sed atteritur. patere me uidere
titulum tuum, patere audire describi, legi, uenire uolumina Tranquilli
mei. aequum est nos in amore tam mutuo eandem percipere ex te uo-
luptatem, qua tu perfrueris ex nobis. uale.

11.

C. PLINIVS CALPVRNIO FABATO PROSOCERO SVO S.

Recepi litteras tuas, ex quibus cognoui speciosissimam te porticum 1
sub tuo filiique tui nomine dedicasse, sequenti die in portarum orna-
tum pecuniam promisisse, ut initium nouae liberalitatis esset consum-
matio prioris. gaudeo primum tua gloria, cuius ad me pars aliqua pro 2
necessitudine nostra redundat; deinde quod memoriam soceri mei pul-
cherrimis operibus uideo proferri; postremo quod patria nostra floresci t,
quam mihi a quocumque excoli iucundum, a te uero laetissimum est.
quod superest, deos precor ut animum istum tibi, animo isti tempus 3
quam longissimum tribuant. nam liquet mihi futurum ut peracto quod
proxime promisisti incohes aliud. nescit enim semel incitata liberali-
tas stare, cuius pulchritudinem usus ipse commendat. uale.

---

1 Adsueton · tranquillum *ind.* B SVETONI M TRANQVILLO Douxa 4 spo-
sponderunt u efflagitantur M et flagitantur Douxa 6 sum et ipse Ma summe
ipse Doux haesitator tu tamen Ma haesita tortuosa tortuose x tamen Doux
haesitator tu mora tamen *Sichardus* 7 iam *om.* Dux eosdem Ma eos de me
ou eosdeme Dx 8 istos MDoux illos a elicere] dicere ux 9 conuicio Ma
conuitiosius D cum uitiosius uiciosius o, oux extorqueant Ma extorquent Doux
perfectum *corr.* m^2 *ex* perfectam M 10 est *om.* ux lima *om.* M patere
corr. m^2 *ex* pater x 11 uenire i 12 aequum *corr.* m^2 *ex* aequom M nos]
non x uoluptante u

15 Adcalpurn · fabat · pros *ind.* B FABATO PROSOCERO MDouxa 16 recepi
MDouxa praecepi *corr.* m^2 *ex* praecipi *ind.* B accepi p *Cat.* speciosissimam
(speciosis sam u; te Douxa te speciosissimam M 17 filique D 18 nouae Ma,
om. Doux sequentis *Sichardus* esset] est ux 20 nostra *om.* Doux 25 pro-
xime Ma maxime Doux

12.

C. PLINIVS TERENTIO SCAVRO SVO S.

1 Recitaturus oratiunculam, quam publicare cogito, aduocaui aliquos, ut uererer, paucos, ut uerum audirem. nam mihi duplex ratio recitandi, una, ut sollicitudine intendar, altera, ut admonear, si quid
2 forte me ut meum fallit. tuli quod petebam, inueni qui mihi copiam consilii sui facerent. ipse praeterea quaedam emendanda adnotaui. emen-
3 daui librum, quem misi tibi. materiam ex titulo cognosces, cetera liber explicabit, quem iam nunc oportet ita consuescere, ut sine praefatione
4 intellegatur. tu uelim quid de uniuerso, quid de partibus sentias scribas mihi. ero enim uel cautior in continendo uel constantior in edendo, si huc uel illuc auctoritas tua accesserit. uale.

13.

C. PLINIVS VALERIANO SVO S.

1 Et tu rogas et ego promisi, si rogasses, scripturum me tibi, quem habuisset euentum postulatio Nepotis circa Tuscilium Nominatum.

Inductus est Nominatus, egit ipse pro se nullo accusante. nam legati Vicetinorum non modo non presserunt eum, uerum etiam sub-
2 leuarunt. summa defensionis, non fidem sibi in aduocatione, sed constantiam defuisse; descendisse ut acturum atque etiam in curia uisum, deinde sermonibus amicorum perterritum recessisse: monitum enim ne desiderio senatoris non iam quasi de nundinis, sed quasi de gratia, fama, dignitate certantis tam pertinaciter, praesertim in senatu, repu-
3 gnaret, alioqui maiorem inuidiam quam proxime passurus. erat sane prius, tamen a paucis, acclamatum exeunti. subiunxit preces multumque lacrimarum: quin etiam tota actione homo in dicendo exercitatus

---

2 Adscaurum *ind.* B *(alibi index epistt. libri quinti nomen et cognomen semper adscripsit; u. ad epistulae insequentis inscriptionem)* SCAVRO MDouxa 4 uererer *corr. ex* uereret u) Duxpra reuererer *corr. m² ex* reuerirer M uerer o audire D mihi MDa hic oux ratione ux 5 intendar MDo incendar *corr. m² ex* incendat u) uxa si quid — 6 meum Ma si quia forte (fortem D) me ut (et ut o) me cum Doux 6 mihi copiam *corr. m² ex* copiam mihi o 7 consuli sui D 8 librumque misi *Mommsen* 9 explicauit D ita *om.* a conlucescere *Kukula* 12 illud u

14 VALERIANO MDouxa Adterentium scaurum *ind.* B *(perperam ex epistula praecedenti: cf. epp. V. 4 Iulio Valeriano et II. 15 Valeriano uel Valerio inscriptas)* 16 Tustilium ux Nomminatum i 17 Nomminatus i nam Mo etenim Da et enim ux 18 uicetinorum M Veicetinorum a uicentinorum oux uincentinorum D praesenserunt o non presserunt i subleuauerunt Da 19 aduocationem D 21 perterritum *om.* Doux 22 desideras M non iam quasi Da nimiam quasi oux non quasi M denum dinis M 23 repugnaret *corr. ex* repug ret x 24 quam *om.* Doux passurus Douxa passurum M 25 tamen a paucis *Cat.* a a paucis tamen M tamen paucis Doux exeuntis oux 26 quin] quoniam u

operam dedit ut deprecari magis (id enim et fauorabilius et tutius) quam defendi uideretur.

Absolutus est sententia designati consulis Afrani Dextri, cuius haec 4
summa, melius quidem Nominatum fuisse facturum, si causam Vice-
tinorum eodem animo quo susceperat pertulisset; quia tamen in hoc
genus culpae non fraude incidisset nihilque dignum animaduersione
admisisse conuinceretur, liberandum, ita ut Vicetinis quod acceperat
redderet. adsenserunt omnes praeter Flauium Aprum. is interdicendum 5
ei aduocationibus in quinquennium censuit, et quamuis neminem aucto-
ritâte traxisset, constanter in sententia mansit: quin etiam Dextrum,
qui primus diuersum censuerat, prolata lege de senatu habendo iurare
coëgit e re publica esse quod censuisset. cui quamquam legitimae 6
postulationi a quibusdam reclamatum est. exprobrare enim censenti
ambitionem uidebatur.

Sed prius quam sententiae dicerentur, Nigrinus, tribunus plebis, 7
recitauit libellum disertum et grauem, quo questus est uenire aduo-
cationes, uenire etiam praeuaricationes, in lites coiri et gloriae loco
poni ex spoliis ciuium magnos et statos reditus. recitauit capita legum,
admonuit senatus consultorum: in fine dixit petendum ab optimo prin-
cipe ut, quia leges, quia senatus consulta contemnerentur, ipse tantis 8
uitiis mederetur. pauci dies, et liber principis seuerus et tamen mo-
deratus: leges ipsum, est in publicis actis.

Quam me iuuat quod in causis agendis non modo pactione, dono, 9
munere uerum etiam xeniis semper abstinui! oportet quidem quae
sunt inhonesta non quasi inlicita, sed quasi pudenda uitare: iucundum
tamen, si prohiberi publice uideas quod numquam tibi ipse permiseris.
erit fortasse, immo non dubie huius propositi mei et minor laus et 10
obscurior fama, cum omnes ex necessitate facient quod ego sponte

---

2 uidetur oux 3 es u designato D africani o dextra oux 4 uice-
tinorum M Veicetiorum a uicentinorum oux uincentinorum D 5 eodem] edem
o pertulisse u protulisse x 6 genus *corr. m*^{2} *ex* genius, *ut uidetur* u 7 con-
uiceretur D liberam dum ox ita ut uicetinis Veicetinis a) Ma ut *om.* Doux
uicentinis ux uincentinis D 8 reddent u asserunt o praeter Flauium Aprum
is a praeter fabium aprum is M praeter lacrimis lacrumis D) Doux· *cf. Prosop.
Imp. Rom. II. p. 63* interdicendum *corr. m*^{1} *ex* inter | interdicendum M 9 ad-
uocationibus Ma aduocationi Doux 11 primum a prolata Ma perlata Doux
12 erep. esse Ma eripuisse Doux legitime a legiptime u 13 exprobare MD
censenti — 15 quam *om.* Doux 15 sententiam Doux nigrius M 17 coire M
18 spoliis *in ras.* D statos reditus Ma statutos reditus reditus D statutos red-
ditus oux 19 consultorum Douxa consulti M optimo *corr. m*^{2} *ex* optimos M
21 uitiis *om.* Doux moderatus Douxa moratus M 22 legis M 23 non modo
om. oux pactione Ma pactionem Doux dono] do o 24 minuere x xenis
D quidem me quae o 25 inlicita sed quasi *om* M pudenda Mia in-
benda Doux 26 puplice *corr. m*^{2} *ex* pulice M 27 erit *om.* M 28 fa-
ciens x

faciebam. interim fruor uoluptate, cum alii diuinum me, alii meis rapinis, meae auaritiae occursum per ludum ac iocum dictitant. uale.

14.

C. PLINIVS PONTIO ALLIFANO SVO S.

1 Secesseram in municipium, cum mihi nuntiatum est Cornutum Ter-
2 tullum accepisse Aemiliae uiae curam. exprimere non possum, quanto sim gaudio adfectus et ipsius et meo nomine; ipsius, quod, sit licet, sicut est, ab omni ambitione longe remotus, debet tamen ei iucundus honor esse ultro datus; meo, quod aliquanto magis me delectat man-
3 datum mihi officium, postquam par Cornuto datum uideo. neque enim augeri dignitate quam aequari bonis gratius.

Cornuto autem quid melius? quid sanctius? quid in omni genere laudis ad exemplar antiquitatis expressius? quod mihi cognitum est non fama, qua alioqui optima et meritissima fruitur, sed longis magnis-
4 que experimentis. una diligimus, una dileximus omnes fere quos aetas nostra in utroque sexu aemulandos tulit; quae societas amicitiarum
5 artissima nos familiaritate coniunxit. accessit uinculum necessitudinis publicae; idem enim mihi, ut scis, collega quasi uoto petitus in praefectura aerarii fuit, fuit et in consulatu. tum ego qui uir et quantus esset altissime inspexi, cum sequerer ut magistrum, ut parentem ue-
6 rerer; quod non tam aetatis maturitate quam uitae merebatur. his ex causis ut illi sic mihi gratulor, nec priuatim magis quam publice, quod tandem homines non ad pericula, ut prius, uerum ad honores uirtute perueniunt.

7 In infinitum epistulam extendam, si gaudio meo indulgeam. prae-
8 uertor ad ea quae me agentem hic nuntius deprehendit. eram cum prosocero meo, eram cum amita uxoris, eram cum amicis diu desideratis, circumibam agellos, audiebam multum rusticarum querellarum, rationes legebam inuitus et cursim (aliis enim chartis, aliis sum litteris

---

1 ali *utroque loco* **D** 2 ac iocum **Mia** acceptum **Doux** dictant **u** 4 Adpontium · allifan' *ind.* **B** PONTIO **MDouxa** 5 secesseram *corr. m²* *ex* secesserim *ind.* **B** 6 accipisse **M** uiae] uitae **a** etprimere **M** 7 et ipsius et meo nomine licet abomni **M** quod sit licet **a** quod scilicet **Do** scilicet quia **ux** quod *Cat.* 8 ei **Doxa** et **Mu** 9 honor esse **MDoux** esse honor **a** 11 augere **x** dignitate **Ma** dignitatem **Doux** 12 autem *om.* **ux** quid sanctius quid melius **ux** in *om.* **a** 13 ad *om.* **ux** exemplar **Douxa** exemplum **M** quid **u** 14 inertissima **u** sed **Ma** et **Doux** 16 in *om.* **a** 18 mihi] nihil **ox** 19 aerarii fuit fuit et **Ma** aerarii aerari **D**) fuit et **Doux** tum ego] cum eo **M** 20 inspexi **Douxa** inspexeram **M** cum] tum **o** ut magistrum *corr. ex* magistrum ut **D** ut parentem uererer quod **Douxa** aut parentem uererer quod **M** 21 merebatur *corr. m²* *ex* merebamur **M** 22 illis **o** mi **M** gratuler **u** quod *om.* **Doux** 25 meo indulgeam gaudio *Hofacker* praeuertam **Dux** 28 circuibam **oux** 29 cursim *corr. m²* *ex* cursum **M**) — aliis sum **Ma** causis malis enim chartis sum (sunt **x**) **Doux**

initiatus), coeperam etiam itineri me praeparare. nam includor angustiis 9
commeatus eoque ipso, quod delegatum Cornuto audio officium, mei
admoneor. cupio te quoque sub idem tempus Campania tua remittat,
ne quis, cum in urbem rediero, contubernio nostro dies pereat. uale.

15.

C. PLINIVS ARRIO ANTONINO SVO S.

Cum uersus tuos aemulor, tum maxime quam sint boni experior. 1
ut enim pictores pulchram absolutamque faciem raro nisi in peius effin-
gunt, ita ego ab hoc archetypo labor et decido. quo magis hortor ut 2
quam plurima proferas quae imitari omnes concupiscant, nemo aut
paucissimi possint. uale.

16.

C. PLINIVS AEFVLANO MARCELLINO SVO S.

Tristissimus haec tibi scribo Fundani nostri filia minore defuncta. 1
qua puella nihil umquam festiuius, amabilius, nec modo longiore uita,
sed prope immortalitate dignius uidi. nondum annos tredecim imple- 2
uerat, et iam illi anilis prudentia, matronalis grauitas erat, et tamen
suauitas puellaris cum uirginali uerecundia. ut illa patris ceruicibus 3
inhaerebat! ut nos amicos paternos et amanter et modeste complecte-
batur! ut nutrices, ut paedagogos, ut praeceptores pro suo quemque
officio diligebat! quam studiose, quam intellegenter lectitabat! ut parce
custoditeque ludebat! qua illa temperantia, qua patientia, qua etiam
constantia nouissimam ualetudinem tulit! medicis obsequebatur, so- 4
rorem, patrem adhortabatur ipsamque se destitutam corporis uiribus
uigore animi sustinebat. durauit hic illi usque ad extremum nec aut 5
spatio ualetudinis aut metu mortis infractus est, quo plures grauiores-
que nobis causas relinqueret et desiderii et doloris. o triste plane acer 6
bumque funus! morte ipsa mortis tempus indignius! iam destinata

---

1 coeperam — nam *om.* ux etiam initineri **M** indudor **M** 4 ne quisquam cum **M** conturbernio **M** uale *om.* **D**

6 Adarrium antonin' *ind.* **B** ANTONINO **MDouxa** 7 emuler **x** 8 nisi impeius **M** 9 ab] ob **Dx** archetepo **D** labor et decido rg laboro et decido **MDoux** labore decido **a** 10 aut (a- *m*[1] *in ras.*) **u** 11 possunt **ux** uale *om* **M**

13 Adaefulanmarcellinum *ind.* **B** MARCELLINO **MDouxa** 14 filia minore **Da** filiam inore **M** filia minor **oux** filia minor est *edit. Elzeu. 1640 et al.* 15 longiori **D** 16 prope **Ma** paene **Doux** ima mortalitate **M** annos quatuordecim a annos (anno **M**) · xiiii · **MDoux**: *cf. autem C. I. L. VI. 16631 (= Dessau 1030)* V · A · XII · M · XI · D · VII impleuerat **Mua** expleuerat **Dox** 17 anilis **Ma** talis **Doux** motronalis **D** 19 modeste *m*[2] *in ras.* **u** complectabatur **D** 20 ut pedagogos (paed- **D**) **MDox** et pedagogos **ua** 21 intellegenter] diligenter **u** ut — 22 ludebat *om.* **M** 22 custodireque **u** laudebat **D** qua patientia *om.* **Doux** 24 patrem **Ma** partim **Doux** -que *om.* **ux** corporis *corr. m*[1] *ex* corporibus *incepto* **x** corporis sui uiribus **a** 26 pluris **ox** 27 nobis causas **MDa** causas nobis **oux** relinquent **ux** 28 morte **Douxa** o morte **M**

7 erat egregio iuueni, iam electus nuptiarum dies, iam nos uocati. quod gaudium quo maerore mutatum est!

Non possum exprimere uerbis, quantum animo uulnus acceperim, cum audiui Fundanum ipsum, ut multa luctuosa dolor inuenit, praecipientem, quod in uestes, margaritas, gemmas fuerat erogaturus, hoc 8 in tura et unguenta et odores impenderetur. est quidem ille eruditus et sapiens, ut qui se ab ineunte aetate altioribus studiis artibusque dediderit; sed nunc omnia quae audiit saepe, quae dixit aspernatur ex- 9 pulsisque uirtutibus aliis pietatis est totus. ignosces, laudabis etiam, si cogitaueris quid amiserit. amisit enim filiam quae non minus mores eius quam os uultumque referebat totumque patrem mira similitudine 10 exscripserat. proinde si quas ad eum de dolore tam iusto litteras mittes, memento adhibere solacium, non quasi castigatorium et nimis forte, sed molle et humanum. quod ut facilius admittat multum faciet medii 11 temporis spatium. ut enim crudum adhuc uulnus medentium manus reformidat, deinde patitur atque ultro requirit, sic recens animi dolor consolationes reicit ac refugit, mox desiderat et clementer admotis adquiescit. uale.

17.

C. PLINIVS VESTRICIO SPVRINNAE SVO S.

1 Scio quanto opere bonis artibus faueas, quantum gaudium capias, si nobiles iuuenes dignum aliquid maioribus suis faciant: quo festi- 2 nantius nuntio tibi fuisse me hodie in auditorio Calpurni Pisonis. recitabat καταστερισμῶν eruditam sane luculentamque materiam. scripta elegis erat fluentibus et teneris et enodibus, sublimibus etiam, ut po-

---

1 iam electus nuptiarum dies *om.* **M** delectus **o** uocati **MDa** aduocati **oux** 2 merorem **D** more **o** imitatum **u** 4 audiui **Ma** audi **Doux** fundanum **Ma** fundanium **Doux** ipsum *om.* **Doux** 5 margaritas **Douxa** margarita **M** 6 in tura et unguenta **a** in tura et in unguenta **Doux** in tus et unguenta **M** impederentur **ux** illi **M** 7 abtioribus **D** artibusque **Ma** altiusque **Doux** 8 dederit **ux** quae audiit **Ma** quaerit **Doux** saepe quae **MDoux** saepeque **a** 9 aliis pietatis est totus ignosces **Ma** et talis pietas est cui signos **Doux** aliis: pietatis est totus: et talis est pietas: cui ignoscas *Cat.* 10 mores **Ma** formam oris **Doux** 11 reuerebat **D** si | similitudine **M** 12 de dolore tam iusto litteras **Ma** de dore tan ius litteras **D** de dolore tam litteras **o** de dolore damus litteras **ux** de dolore litteras **pr** mittes *corr. ex* mites **x** 13 adhibere **Ma** habere **Doux** solatium **Mx** castigatorium **M** castigatorum **a** castigaturum **Doux** 14 faciet **Ma** fauet **Doux** medi **D** 17 consulationes **M** reicit *add. supra* m^2 **M** et clementer **MDa** et (*om.* **u**) uehementer **oux** ad mortis **D**

20 Aduestric spurinna *ind.* **B** SPVRINNAE **MDa** Spurinae **oux** 21 quanto opere **MDa** quantopere **oux** 23 adiutorio **D** Calphurnii **ux** 24 ΚΑΤΑCΤΕΡΙCΜΩΝ **Ma** tactae (tacte **x**) pigmon **Doux** apte ·. περινομων *(et in marg.* ἐρωτοπαίγνιον alias καταστερισμῶν*)* i ερωτοπαιγνιον *Cat.* apte πεινίον *(an errore typothetae pro* πειγνίον? *cf. adnot. Catanaei) Pomp. Laet.* scripta elegis erat *Cat.* i² scriptae (scripte **u**) legis erat **Douxa** scripta leges erant **M** 25 fluentibus et teneris **Ma** fluentibus teneris **oux** fluentibus itineris **D** poposcit locus **Ma** poscit loco **Doux**

poscit locus. apte enim et uarie nunc attollebatur, nunc residebat: excelsa depressis, exilia plenis, seueris iucunda mutabat, omnia ingenio pari. commendabat haec uoce suauissima, uocem uerecundia: multum sanguinis, multum sollicitudinis in ore, magna ornamenta recitantis. etenim nescio quo pacto magis in studiis homines timor quam fiducia decet. ne plura, quamquam libet plura, quo sunt pulchriora de iuuene rariora de nobili: recitatione finita multum ac diu exosculatus adulescentem, qui est acerrimus stimulus monendi, laudibus incitaui, pergeret qua coepisset lumenque, quod sibi maiores sui praetulissent, posteris ipse praeferret. gratulatus sum optimae matri, gratulatus et fratri, qui ex auditorio illo non minorem pietatis gloriam quam ille alter eloquentiae tulit: tam notabiliter pro fratre recitante primum metus eius, mox gaudium eminuit.

Di faciant ut talia tibi saepius nuntiem! faueo enim saeculo, ne sit sterile et effetum, mireque cupio ne nobiles nostri nihil in domibus suis pulchrum nisi imagines habeant, quae nunc mihi hos adulescentes tacite laudare, adhortari, et quod amborum gloriae satis magnum est, agnoscere uidentur. uale.

18.

C. PLINIVS CALPVRNIO MACRO SVO S.

Bene est mihi, quia tibi bene est. habes uxorem tecum, habes filium; frueris mari, fontibus, uiridibus, agro, uilla amoenissima. neque enim dubito esse amoenissimam, in qua se composuerat homo felicior, ante quam felicissimus fieret. ego in Tuscis et uenor et studeo,

1 apte **Ma** alte **Doux** ex cella u 3 suauissima *corr. ex* suasuissima **M** uocem uerecundia **Ma** uoce uerecunda **oux** uoce uerecundia **D** 4 magna ortam (ortam *deleto*) ornamenta **M** recitatis **D** 5 magnis in studiis homines *corr. m*^{2} *ex* homines magnis in studiis o homines *om. Flor. Mor. Auct.* timore **D** 6 docet **D** sunt] sum **D** pulchriora (pluchriora **M** de iuuene rariora de nobili (nobis **M**) recitatione finita **Ma** pulchriora de ui ueneratione de nobili recitatione finita o pulchriora de ui ueneratione de nobiii recitatione fine frui fini x) de uiueratiora (uiueratioria x) de nobili (ratione *post* nobili *del.* x recitatione finita **ux** pulchriora de iuueneratione de nobile recitatione fine fini de iuuene ratiora de nobile recitatione finita **D** pulchriora de ueneratione de nobili recitatione finita c pulchriora haec uerecunda recitatione amabiliora fieri t pulchriora de iuuene nobili rariora de nobis recitatione finita ς, nobili *del.*, nobis *corr. in* nobili i) 7 exosculatus] es osculatus **oux** 8 monendi **Douxa** monendis **M** 9 cepisset **Mx** sui maiores sibi x 10 ipse *om.* **Douxa**, *add.* **M** ipsis *edit. Elzev. 1640 et al.* 11 fratris **D** ex **Ma** in **oux**, *om.* **D** 12 tulit **Ma** rettulit **D** retulit **oux** tam **MDoux** iam a notabiliter **MD** nobiliter **ouxa** 14 di **D** dii **Mouxa** ut talia *corr. m*^{2} *ex* utalia **M** ut tali o 15 sterile et effetum (effoetum a) **Ma** sterile effectum **Dou** sterile effectum **x** 16 nisi] nihil o adolescentis **ux** 17 tacite **ouxa** tacitae **D** tacitos **M** 18 agnoscere **Mia** adcognoscere **D** accognoscere (-rem o) **oux**

20 Adcalpurn' macrum *ind.* **B** MACRO **Douxa** SPVRINNAE **M** 21 bene *poster. loco* (be- *m*^{1} *in ras.*) u 22 fontibus *corr. ex* frontibus **M** uiridibus **Ma** uiribus **Du** uitibus **x** ruribus o neque — 23 amoenissimam *om.* **Mu** 24 fieret *corr. m*^{2} *ex* fieres **x**

quae interdum alternis, interdum simul facio; nec tamen adhuc possum pronuntiare utrum sit difficilius, capere aliquid an scribere. uale.

19.

C. PLINIVS VALERIO PAVLINO SVO S.

1 Video quam molliter tuos habeas, quo simplicius tibi confitebor
2 qua indulgentia meos tractem. est mihi semper in animo et Homericum illud πατὴρ δ' ὡς ἤπιος ἦεν et hoc nostrum 'pater familiae'. quod si essem natura asperior et durior, frangeret me tamen infirmitas liberti mei Zosimi, cui tanto maior humanitas exhibenda est, quanto
3 nunc illa magis eget. homo probus, officiosus, litteratus; et ars quidem eius et quasi inscriptio comoedus, in qua plurimum facit. nam pronuntiat acriter, sapienter, apte, decenter etiam; utitur et cithara perite, ultra quam comoedo necesse est. idem tam commode orationes et historias et carmina legit, ut hoc solum didicisse uideatur.

4 Haec tibi sedulo exposui, quo magis scires quam multa unus mihi et quam iucunda ministeria praestaret. accedit longa iam caritas ho-
5 minis, quam ipsa pericula auxerunt. est enim ita natura comparatum, ut nihil aeque amorem incitet et accendat quam carendi metus, quem
6 ego pro hoc non semel patior. nam ante aliquot annos, dum intente instanterque pronuntiat, sanguinem reiecit atque ob hoc in Aegyptum missus a me post longam peregrinationem confirmatus rediit nuper; deinde dum per continuos dies nimis imperat uoci, ueteris infirmitatis tussicula admonitus rursus sanguinem reddidit.

7 Qua ex causa destinaui eum mittere in praedia tua, quae Foro Iuli possides. audiui enim te saepe referentem esse ibi et aëra salubrem et
8 lac eius modi curationibus accommodatissimum. rogo ergo scribas tuis

---

1 interdum alternis interdum simul **M** interdum alternis et interdum simul **a** interdum simul **Doux** alternis interdum *add.* **i** adhuc] et huc **M**

4 Adualerium paulinum *ind.* **B** PAVLINO **MDouxa** 6 et *om.* **Doux** 7 πατὴρ — hoc **Da** itΑΤΗΡΑΩCITTIOCHENET hoc **M** et hoc *Graecis in lac. omissis* (*add. in lac.* m^2 **o**) **oux**: *Hom. Od. II. 47, 234* familiae **MDoux** familias **a** 8 dubior **Do** frangeretque me **o** 9 mei *om.* **ux** Zozimi **ux** humanitatis **u** quanto nunc (nunc *om.* **a**) illa magis eget homo **Ma** quanto (quanta **ux**) nunc utilior humanitas iam agisse (agisse *corr.* m^2 *ex* egisse **o** agi se **ux**) et homo **Doux** quanto nunc maior uenit debilitas aegrotanti. est homo *Cat.* quanto nunc utilior humanitas aegrotanti. est homo *Schardius* 10 probus et officiosus **oux** et *om.* **oux** 13 comoedo] commede **D** commode] comode **D** orationes] rationes **M** 16 praestarent **D** accedit huc longa **a** cartas **D** 17 ita natura **M** a natura **a** natura **Doux** 18 quem] que **u** 19 nam] non **D** aliquot **a** aliquod **MD** aliquos **oux** intente] mente **ux** 20 periecit **u** proiecit **x** egiptum **u** 21 rediit **Moa** redit **Dux** 22 deinde *om.* **o** continuos **ouxa** cotinuos **D** cotidianos **M** nimis *om.* **Doux**, *add.* **Mia** imperat **Ma** imperatus **Doux** 23 admonitus **Ma** admonetur (*corr.* m^2 *ex* admouetur **x**) **Doux** rursus] ausus **Dux** reddit **Dux** 24 Iuli] uili **u** 25 possides] possi sed **M** audi **D** ibi aera **oux** et lac eius modi **MDo** et lac huiusmodi **ux** et in huius modi **a** 26 ac commoditatissimum **M** accommodissimum **D**

ut illi uilla, ut domus pateat, offerant etiam sumptibus eius, si quid opus erit: erit autem opus modico. est enim tam parcus et continens, 3 ut non solum delicias uerum etiam necessitates ualetudinis frugalitate restringat. ego proficiscenti tantum uiatici dabo, quantum sufficiat eunti in tua. uale.

20.

C. PLINIVS CORNELIO VRSO SVO S.

Iterum Bithyni: breue tempus a Iulio Basso, et Rufum Varenum 1 proconsulem detulerunt. Varenum, quem nuper aduersus Bassum aduocatum et postularant et acceperant, inducti in senatum inquisitionem 2 postulauerunt. Varenus petiit ut sibi quoque defensionis causa euocare testes liceret: recusantibus Bithynis cognitio suscepta est. egi pro Vareno non sine euentu: nam bene an male, liber indicabit. in actioni- 3 bus enim utramque in partem fortuna dominatur: multum commendationis et detrahit et adfert memoria, uox, gestus, tempus ipsum, postremo uel amor uel odium rei: liber offensis, liber gratia, liber et secundis casibus et aduersis caret. respondit mihi Fonteius Magnus, 4 unus ex Bithynis, plurimis uerbis, paucissimis rebus. est plerisque Graecorum, ut illi, pro copia uolubilitas: tam longas tamque frigidas periodos uno spiritu quasi torrente contorquent. itaque Iulius Candi- 5 dus non inuenuste solet dicere aliud esse eloquentiam, aliud loquentiam. nam eloquentia uix uni aut alteri, immo, si M. Antonio credimus, ne-

---

1 ut domus MDa ut illi domus oux si quod Do 2 tam *om.* oux 3 frugalitatem D 4 sufficiat eunti M sufficit eunti a sufficit et eunti Doux 5 uale *om.* D

7 Adcornelium ursum *ind.* B VRSO MDouxa 8 Iterum bithyni (Iterum b- *om. in init. fol.* u breue tempus Douxa Fieret inbytheni breui tempus M Iterum Bythini post breue tempus *Cat.* Feriati Bithyni breue tempus: a Iulio Basso Rufum *Mommsen* et) etiam *Cat.* rufium MDoa 9 proconsulem detulerunt a proconsule tetulerunt M quem proconsulem detulerunt oux quem proconsulem detulerunt proconsulem detulerunt D nuper *om* Doux aduocatum *om.* oux 11 postulauerunt uarenus Ma postulauerunt tum uarenus Doux petiit *edd.* petit MDouxa quoque Douxa undique M inuicem *uel* utique *com. Stangl. cf. VI 29. 11* causa euocare Ma causae uocare o cause uocare Dux 12 bythinis *(aliter alibi)* u egi M egi ego a ei Doux 13 sine Ma nisi Doux euentu *corr. m²* ex euento M indicabit u iudicabit Moxa iudicauit D 15 detrahit Douxa *et Flor. Mor. Auct.* deicit M affert i 16 amor Moa amorem Dux gratia liber et secundis casibus Ma liber et i et liber secundis gratia casibus o gratia casibus (*om.* liber et secundis) ux gratia et liber et secundis gratia casibus D *et Flor. Mor. Auct.* 17 aduersis caret et respondit (et o) Dox aduersistaret et respondit u 18 plurimis Ma pluribus Doux uerbis *in ras.* u paucissimis Ma sanctissimis oux suauissimis D est) et x 19 illi pro Ma cito oux citro D uolubilis Doux frigidas Mrg rigidas Douxa 20 periodos MDo uno) imo u torrente contorquent Da (contorquent i) torrente contorqueret o torrentem contorquent u torrentem contorquens x torrente torquente M 21 aliud loquentiam nam eloquentia *om.* M 22 uni aut alteri immo si Marco Antonio credimus a uni aut alteri notam immo notam si M Antonino credimus M uni aut alteri iam non sumus Antonii credamus oux unis aut alteri iam non simus antonii credamus D: *cf. Cic. De Or. I. 94, Orat. 18* memini hic u

mini, haec uero quam Candidus loquentiam appellat multis atque etiam impudentissimo cuique maxime contingit.

6 Postero die dixit pro Vareno Homullus callide, acriter, culte, contra Nigrinus presse, grauiter, ornate. censuit Acilius Rufus, consul designatus, inquisitionem Bithynis dandam; postulationem Vareni silentio
7 praeteriit. haec forma negandi fuit. Cornelius Priscus consularis et accusatoribus quae petebant et reo tribuit uicitque numero. impetrauimus rem nec lege comprehensam nec satis usitatam, iustam tamen.
8 quare iustam, non sum epistula exsecuturus, ut desideres actionem. nam si uerum est Homericum illud,

τὴν γὰρ ἀοιδὴν μᾶλλον ἐπικλείουc' ἄνθρωποι
ἥ τιc ἀκουόντεccι νεωτάτη ἀμφιπέληται,

prouidendum est mihi ne gratiam nouitatis et florem, quae oratiunculam illam uel maxime commendat, epistulae loquacitate praecerpam. uale.

21.

C. PLINIVS POMPEIO SATVRNINO SVO S.

1 Varie me adfecerunt litterae tuae. nam partim laeta partim tristia continebant: laeta, quod te in urbe teneri nuntiabant ('nollem' inquis, sed ego uolo); praeterea quod recitaturum statim ut uenissem pollice-
2 bantur; ago gratias, quod exspector. triste illud, quod Iulius Valens grauiter iacet: quamquam ne hoc quidem triste, si illius utilitatibus aestimetur, cuius interest quam maturissime inexplicabili morbo libe-
3 rari. illud plane non triste solum uerum etiam luctuosum, quod Iulius Auitus decessit, dum ex quaestura redit, decessit in naue, procul a

---

1 multum a 2 contingit **Douxa** contigit **M** 3 callide **oxa** calide **M** calidei **u** calde **D** acriter **et** culte **o** 4 presse] prae se **o** posse **x** censu **ita** cilius **M** ruffus **o** 6 praeteriit **Ma** praeterit **Doux** Cornelius Priscus consularis et accusatoribus **a** cornelius sertorius consularis accusatoribus **M** cornelius priscus actoribus **Doux** 7 petebat **ux** uicitque] nec cuique **M** impetrauimus **ouxa** imperauimus **D** impetraueram **M** 8 nec lege **ia** negligenter **oux** negleget **D** lege **M** usitatam **Mia** suis tantum **Doux** subsistentem *Ber.* iustam *om. spatio post* tantum *relicto* **u** 9 quare *corr. m*^{2} *ex* quia **o** sum] summa **D** consecuturus **x** 10 illum **x** 11 τὴν — 12 ἀμφιπέληται (ἥ τιc] ἥ περ **a**) **ia** ΤΗΝΓΑΡΑΟΙΑΗΔΙΖΑΜΩΝΕΠΤΙΚΛΕΙΟΥΟΛΝΘΡΩΠΟΥCΛΤΗΛΜΦΙΠΤΕΝΙΤΑΙ **M**, *om. in lac.* **Doux**: *Hom. Od. I. 351* τω ουτι χρη μυθον οφελλειν *Cat. (Hom. Il. XVI. 631)* 13 prouidendum **a** prodendum **M** a te prouidendum **Doux** apud te prouidendum *Cat.* florem illum quae **o** quae] quē **D** 14 illam **MDoux** meam **a** commendant **Du** praecerpam **Mia** praetereram **Doux** 15 uale *om.* **D**

17 Adpompeium saturn *ind.* **B** SATVRNINO **MDouxa** 18 uariaeadfecerunt *ind.* **B** Variae **D** laeta partim *om.* **D** 19 mollem **Mo** 20 praeterea] al' propterea *add. supra m*^{2} **x** propterea *Cat.* 21 Iulius] siluius **M** 22 si illius — 24 triste *om.* **ux** 23 cuius interest *om.* **Do** 24 etiam] et **ux** uerum etiam *corr. m*^{1} *ex* etiam uerum **D** 25 aiutus **u** decessit decessit dum *(sed* decessit *priore loco in fine paginae del.)* **M** rediit **ux** in naue **M** in nauem **Doux** autem in naui **a**

fratre amantissimo, procul a matre, a sororibus. nihil ista ad mortuum 4
pertinent, sed pertinuerunt, cum moreretur, pertinent ad hos qui super-
sunt: iam quod in flore primo tantae indolis iuuenis exstinctus
est, summa consecuturus, si uirtutes eius maturuissent. quo ille stu- 5
diorum amore flagrabat! quantum legit, quantum etiam scripsit! quae
nunc omnia cum ipso sine fructu posteritatis abierunt. sed quid ego 6
indulgeo dolori? cui si frenos remittas, nulla materia non maxima
est. finem epistulae faciam, ut facere possim etiam lacrimis, quas
epistula expressit. uale.

C. PLINI CAECILI SECVNDI EPISTVLARVM

LIBER SEXTVS

1.

C. PLINIVS TIRONI SVO S.

Quam diu ego trans Padum, tu in Piceno, minus te requirebam: 1
postquam ego in urbe, tu adhuc in Piceno, multo magis, seu quod
ipsa loca in quibus esse una solemus acrius me tui commonent, seu
quod desiderium absentium nihil perinde ac uicinitas acuit, quoque
propius accesseris ad spem fruendi, hoc impatientius careas. quidquid 2
in causa, eripe me huic tormento: ueni, aut ego illuc unde inconsulte
properaui reuertar uel ob hoc solum, ut experiar an mihi, cum sine
me Romae coeperis esse, similes his epistulas mittas. uale.

---

1 ad mortem u 2 pertinet ad ux 3 quod MDoux quidem ra 4 summa — maturuissent Douxa maxima consecutus amabam uirtutes eius maturitatemque M si uirtutes] seruitutes x quo Ma quod Doux 5 amore (*corr.* m^2 *ex* amare) flagrabit M quantum legit *om.* o 6 nunc omnia *corr.* m^2 *ex* omnia nunc o abierunt Ma adierunt D aruerunt ouxpr 7 cui] qui Doux 8 etiam a lachrimis oux 9 epistula expressit Ma expressit epistula Doux

10 EPISTVLARVM EXPLICIT LIB · V · INCIPIT · LIBER · VI · M · C · PL · SECVNDI VERONENSIS ORATORIS EPISTVLARVM LIBER SEXTVS INCIPIT FELICITER o Caii (C · x) Plinii Secundi Epistolarum liber quintus explicit. Eiusdem Liber Sextus Incipit feliciter (*litt. mauisculis* x) ux C · PL · SECVNDI EPISTOLARVM LIBER SEXTVS a C · PLINII · SECVNDI · NOVOCOMENSIS · EPISTOLARVM · LIBER · QVINTVS · EXPLICIT · INCIPIT · LIBER · SEXTVS D 14 Tyroni x 15 tu] tum x 16 seu quod Ma ex quo Dou ex auo x 17 me tui Ma metus Doux commouent Dux mentem commouent *Sichardus* 18 nihil] mihi M 19 accesserit Doux careas Ma cupias oux capias D 20 causa] eam u inconsulte Ma consulte D consul te m^2 *continuxit* u` oux 21 ut aut o experiar *corr.* m^2 *ex* experia u

2.

C. PLINIVS ARRIANO SVO S.

1 Soleo non numquam in iudiciis quaerere M. Regulum: nolo enim
2 dicere desiderare. cur ergo quaero? habebat studiis honorem, timebat, pallebat, scribebat. quamuis non posset ediscere. illud ipsum, quod oculum modo dextrum modo sinistrum circumlinebat, dextrum si a petitore, alterum, si a possessore esset acturus, quod candidum spleni-um in hoc aut in illud supercilium transferebat, quod semper haru-spices consulebat de actionis euentu, a nimia superstitione, sed tamen
3 et a magno studiorum honore ueniebat. iam illa perquam iucunda una dicentibus, quod libera tempora petebat, quod audituros corro-gabat. quid enim iucundius, quam sub alterius inuidia quam diu uelis et in alieno auditorio quasi deprehensum commode dicere?

4 Sed utcumque se habent ista, bene fecit Regulus quod est mortuus; melius, si ante. nunc enim sane poterat sine malo publico uiuere sub
5 eo principe, sub quo nocere non poterat. ideo fas est non numquam eum quaerere. nam postquam obiit ille, increbruit passim et inualuit consuetudo binas uel singulas clepsydras, interdum etiam dimidias, et dandi et petendi. nam et qui dicunt egisse malunt quam agere, et qui audiunt finire quam iudicare. tanta neglegentia, tanta desidia, tanta
6 denique inreuerentia studiorum periculorumque est. an nos sapientiores maioribus nostris, nos legibus ipsis iustiores, quae tot horas, tot dies, tot comperendinationes largiuntur? hebetes illi et supra modum tardi, nos apertius dicimus, celerius intellegimus, religiosius iudicamus, qui paucioribus clepsydris praecipitamus causas, quam diebus explicari so-
7 lebant? o Regule, qui ambitione ab omnibus obtinebas quod fidei paucissimi praestant!

Equidem quotiens iudico, quod uel saepius facio quam dico,
8 quantum quis plurimum postulat aquae do. etenim temerarium existimo

---

3 iudicis **D** · M · **M** Marcum a meum **Doux** 5 posset ediscere **Doux** posse te discere **M** posset dediscere *(coniungens cum sequentibus) Cat.* a (dediscere i) 6 circum cum (cum *del. m*²) linebat **M** 7 spenium **Doux** 8 in *altero loco* **Mo**, *om.* **Duxa** transferebam **Doux** 9 actiones **M** a nimia *corr. m*² *ex* animi **M** animi **Douxa** anili *Casaubon* 10 a **Ma** ex *Cat.* i, *om.* **Doux** iam **Ma** tam **Doux** 11 quod *poster. loco om.* **oux** 12 enim **Ma** enimque **D** denique **oux** sub alterius inuidia quam *om.* **D** 13 commodo **x** 14 facit **x** quod **MDoa** quia **ux** 15 antea **o** uiuere] dicere **D** 17 abiit illa **Doux** (obiit, *relicto* illa **i**) increbuit **xa** passim *corr. ex* passem **u** 18 clepsybras **D** etiam **MD** et **ouxa** 19 nam et qui dicunt egisse **MDa** nam qui egisse **o** nam qui dicuntur egisse **ux** 20 (finire **i**) tanta *poster. loco om.* **Doux**, *add.* **Ma** 21 periculorumque *corr. ex* periculorum **x** est *om.* **D** 22 nos] non **ux** quae tot horas quae tot dies **a** 23 tot perendinationes **oux** 24 qui **Doux** quia **Ma** 25 clepsydra **Doux** praecitamus **D** quam **MDa** quae **oux** 26 Regule **Ma** o Regulus **Doux** qui iam ambitione **a** fidem **Doux** 28 quotiens] quat|s **x** iudicio **D** 29 quantum] quam tu **ox** quis **Ma** qui **Doux** aquae do etenim **Ma** atque docet enim **Doux**

diuinare, quam spatiosa sit causa inaudita, tempusque negotio finire cuius modum ignores, praesertim cum primam religioni suae iudex patientiam debeat, quae pars magna iustitiae est. at quaedam superuacua dicuntur. etiam: sed satius est et haec dici quam non dici necessaria. praeterea an sint superuacua, nisi cum audieris, scire non possis. sed de his melius coram, ut de pluribus uitiis ciuitatis. nam tu quoque amore communium soles emendari cupere quae iam corrigere difficile est.

Nunc respiciamus domos nostras. ecquid omnia in tua recte? in mea noui nihil. mihi autem et gratiora sunt bona, quod perseuerant, et leuiora incommoda, quod adsueui. uale.

3.

C. PLINIVS VERO SVO S.

Gratias ago, quod agellum quem nutrici meae donaueram colendum suscepisti. erat, cum donarem, centum milium nummum: postea decrescente reditu etiam pretium minuit, quod nunc te curante reparabit. tu modo memineris commendari tibi a me non arbores et terram, quamquam haec quoque, sed munusculum meum; quod esse quam fructuosissimum non illius magis interest, quae accepit, quam mea, qui dedi. uale.

4.

C. PLINIVS CALPVRNIAE SVAE S.

Numquam sum magis de occupationibus meis questus, quae me non sunt passae aut proficiscentem te ualetudinis causa in Campaniam prosequi aut profectam e uestigio subsequi. nunc enim praecipue simul esse cupiebam, ut oculis meis crederem, quid uiribus, quid corpusculo apparares, ecquid denique secessus uoluptates regionisque abundantiam inoffensa transmitteres. equidem etiam fortem te non

---

2 primum *Sichardus* religioni **Mia** religionis **Doux** *et Flor. Mor. Auct.* 3 iustitiae **oxa** *et Flor. Mor. Auct.* uistitie **u** iustitia **M** at] et *Flor. Mor. Auct.* 4 sed *om. Flor. Mor. Auct.* 7 amore communium **MDouxa** amore communi ciuium (ciuiuum **r**) **rς** amore communi *Sichardus* in more communi *Casaubon* amore communium morum *Gierig* amore communi omnium *Mommsen* ardore communi mecum *Kukula, cruce notauit C. F. W. Müller* emendare **ox** 9 domos **Ma**, *om.* **Doux** ecquid **Mia** et quid **Doux** 11 quod adsueui **Ma** sed adsueui **Doux**

13 Vezo **x** 14 nutrice **M** 15 suscepi **D** erat **MDa** et erat **oux** donarem *corr. fortasse* m^1 *ex* darem **D** 16 redditu **ox** etiam] et **ux** pretiam **M** reparabat **D** recuperabit **x**

22 Calphurniae **ux** SVAE *om.* **ux** 24 sunt passe sunt pas- m^2 *in ras* **u** proficisciscentem **D** campania **D** 25 profectam *corr.* m^2 *ex* profecta **u** profecta **Dox** 26 esse simul **ux** 27 adparares **M** adpareres **a** adquireres **D** acquireres **oux** ecquid **M** ecqui **D** et qui **ouxa** uoluptates **Douxa** uoluptatis **M** regionis quae **D** 28 pro offensa **u** professa **x** inoffensa ualetudine *coni. Sichardus* (equidem **i**) etiam non fortem **ux**

sine cura desiderarem: est enim suspensum et anxium de eo quem
4 ardentissime diligas interdum nihil scire: nunc uero me cum absentiae
tum infirmitatis tuae ratio incerta et uaria sollicitudine exterret. uereor
omnia, imaginor omnia, quaeque natura metuentium est, ea maxime
5 mihi quae maxime abominor fingo. quo impensius rogo ut timori meo 5
cotidie singulis uel etiam binis epistulis consulas. ero enim securior,
dum lego, statimque timebo, cum legero. uale.

5.

C. PLINIVS VRSO SVO S.

1 Scripseram tenuisse Varenum ut sibi euocare testes liceret; quod 10
pluribus aequum, quibusdam iniquum et quidem pertinaciter uisum,
maxime Licinio Nepoti, qui sequenti senatu, cum de rebus aliis refer-
retur, de proximo senatus consulto disseruit finitamque causam retrac-
2 tauit. addidit etiam petendum a consulibus ut referrent sub exemplo
legis ambitus de lege repetundarum, an placeret in futurum ad eam 15
legem adici ut, sicut accusatoribus inquirendi testibusque denuntiandi
3 potestas ex ea lege esset, ita reis quoque fieret. fuerunt quibus haec
eius oratio ut sera et intempestiua et praepostera displiceret, quae
omisso contra dicendi tempore castigaret peractum cui potuisset occur-
4 rere. Iuuentius quidem Celsus praetor tamquam emendatorem senatus 20
et multis et uehementer increpuit. respondit Nepos rursusque Celsus:
5 neuter contumeliis temperauit. nolo referre quae dici ab ipsis moleste
tuli. quo magis quosdam e numero nostro improbaui, qui modo ad
Celsum modo ad Nepotem, prout hic uel ille diceret, cupiditate audien-
di cursitabant, et nunc quasi stimularent et accenderent, nunc quasi re- 25
conciliarent componerentque, frequentius singulis, ambobus interdum
6 propitium Caesarem, ut in ludicro aliquo, precabantur. mihi quidem illud
etiam peracerbum fuit, quod sunt alter alteri quid pararent indicati.

---

2 me cum **Ma** aequm **D** cum **oux** 3 uariae **D** exterret] exercet *Markland* 4 imaginor omnia **M**, *om.* **Douxa** naturam etuentum **M** 5 maxime (*corr.* m^1 *ex* maxme **M**) **Ma**, *om.* **Doux** fingor **M** impensius *corr.* m^2 *ex* impensus **u** 6 singulis quotidie **oux** consulis **D** 7 legam **oux**

10 (tenuisse **i**) timuisse **o** testis **oux** 11 aequum *corr.* m^1 *ex* aequom **M** iniquum *corr.* m^1 *ex* iniquom **M** 12 de *om.* **o** refertur **Dou** 13 (retractauit **i**) retractanit *corr. fortasse ex* retractanii **u** 14 etiam] et **ux** referretur **ux** 15 ambitum **M** in futurum] institutum **x** 16 legem] ·l· **u** L^a **x** accusatoribus *corr.* m^2 *ex* accusationibus **x** testibus qui **M** 18 intempestina **u** 20 Iuuentius] uiuentium **ou** uiuentem **x** Iubentius *Cat.* 21 uehementer *corr. ex* uehementis **M** increpuit] incre **D** resp̄ *in fine uers.* **M** 23 *&* *inter* quosdam *et* e *del.* **x** nostro] isto **M** 25 cursitabant **Ma** cursitatem **D** cursitantem **oux** cursitarent *Cat.* reconciliarent componerentque **Douxa** reconciliarent ac recomponerent (recomponerent *corr. ex* reomponerent) **M** 26 interdum *corr.* m^2 *ex* indum **x** indum **Dou** 27 ludrico **Do** peccabantur **D** precarentur **a** 28 quod] quid **o** quid] quod **Du**

nam et Celsus Nepoti ex libello respondit et Celso Nepos ex pugillaribus. tanta loquacitas amicorum, ut homines iurgaturi id ipsum in uicem scirent, tamquam conuenisset. uale.

6.

C. PLINIVS FVNDANO SVO S.

Si quando, nunc praecipue cuperem esse te Romae, et sis rogo. opus est mihi uoti, laboris, sollicitudinis socio. petit honores Iulius Naso, petit cum multis, cum bonis, quos ut gloriosum sic est difficile superare. pendeo ergo et exerceor spe, adficior metu et me consularem esse non sentio: nam rursus mihi uideor omnium quae decucurri candidatus.

Meretur hanc curam longa mei caritate. est mihi cum illo non sane paterna amicitia (neque enim esse potuit per meam aetatem); solebat tamen uixdum adulescentulo mihi pater eius cum magna laude monstrari. erat non studiorum tantum uerum etiam studiosorum amantissimus, ac prope cotidie ad audiendos quos tunc ego frequentabam, Quintilianum, Niceten Sacerdotem uentitabat, uir alioqui clarus et grauis et qui prodesse filio memoria sui debeat. sed multi nunc in senatu quibus ignotus ille, multi quibus notus, sed non nisi uiuentes reuerentur. quo magis huic omissa gloria patris, in qua magnum ornamentum, gratia infirma, ipsi enitendum, ipsi elaborandum est. quod quidem semper, quasi prouideret hoc tempus, sedulo fecit: parauit amicos, quos parauerat coluit, me certe, ut primum sibi iudicare permisit, ad amorem imitationemque delegit. dicenti mihi sollicitus adsistit, adsidet recitanti: primis etiam et cum maxime nascentibus opusculis meis interest, nunc solus, ante cum fratre, cuius nuper amissi

---

2 purgaturi **M** id ad ipsum u 3 scirent **Douxa** scierint **M** conuenisset **Ma** conuenissent **Doux**

5 FVNDANO **Muxa** FVNDANIO **Drς** fundamio o 6 nunc *corr. m*^{2} *ex* minc. *ut uidetur* u sis] si **ux** 7 uoti *corr. ex* uotis **x** petit honores iulius naso petit cum (cum *om.* o) multis **Douxa** honores *delere uoluit Kortte* petit naso cum multis **M** 8 cum *poster. loco*] tum **x** gloriosus **D** 9 spe *corr. ex* spei **x** spe atque adficior *Cat.*^{2} et me *om.* **oux** 10 nam *om.* **Doux** omnium quae] omniumque **oux** decucurri **Da** decurri **Moux** 12 hanc *corr. m*^{1} *ex* han u longa mei caritate **a** longam ei caritate **M** longam ei caritatem **Doux** 13 potuit esse **a** 14 laude monstrare **Doux** laudet nonstrari **M** 15 non studiosorum tantum uerum etiam studiorum **a** studiosorum] studio suorum **D** 16 frequentabat **Doux** 17 Quintilianum — uentitabat *om.* **Doux** clarus ac grauis **oux** 19 notus *corr. statim ex* notis u, *om.* **M** uiuentis **Doux** 20 reuerenter **ux** 21 ipsi enitendum ipsi elaborandum **M** ipsi enitendum et laborandum **a** ipsi elaborandum **Doux** 22 prouidetur **ux** parauerat *corr. statim ex* parauit *incepto* o 23 sibi aetas iudicare **ia** *et* (*corr. m*^{1} *ex* etas sibi iudicare) *cod. Parisinus 8620* 24 amorem rem imitationemque **Doux** sollicitus **MD** sollicite **ouxa** 25 primis **Moux** primus **Dpra** et *om.* **oux** 26 fratre **Ma** patre **Doux** amisi u amissi ego *corr. ex* ego amisi **x**

7 ego suscipere partes, ego uicem debeo implere. doleo enim et illum immatura morte indignissime raptum et hunc optimi fratris adiumento destitutum solisque amicis relictum.

8 Quibus ex causis exigo ut uenias et suffragio meo tuum iungas. permultum interest mea te ostentare, tecum circumire. ea est auctoritas tua, ut putem me efficacius tecum etiam meos amicos rogaturum.

9 abrumpe, si qua te retinent: hoc tempus meum, hoc fides, hoc etiam dignitas postulat. suscepi candidatum, et suscepisse me notum est: ego ambio, ego periclitor: in summa, si datur Nasoni quod petit, illius honor; si negatur, mea repulsa est. uale.

7.

C. PLINIVS CALPVRNIAE SVAE S.

1 Scribis te absentia mea non mediocriter adfici unumque habere solacium, quod pro me libellos meos teneas, saepe etiam in uestigio

2 meo colloces. gratum est quod nos requiris, gratum quod his fomentis adquiescis: in uicem ego epistulas tuas lectito atque identidem in manus quasi nouas sumo; sed eo magis ad desiderium tui accendor.

3 nam cuius litterae tantum habent suauitatis, huius sermonibus quantum dulcedinis inest! tu tamen quam frequentissime scribe, licet hoc ita me delectet, ut torqueat. uale.

8.

C. PLINIVS PRISCO SVO S.

1 Atilium Crescentem et nosti et amas. quis enim illum spectatior paulo aut non nouit aut non amat? hunc ego non ut multi, sed ar-

2 tissime diligo. oppida nostra unius diei itinere dirimuntur: ipsi amare in uicem, qui est flagrantissimus amor, adulescentuli coepimus. mansit hic postea nec refrixit iudicio, sed inualuit. sciunt qui alterutrum nostrum familiarius intuentur. nam et ille amicitiam meam latissima praedicatione circumfert, et ego prae me fero, quantae sit mihi curae

3 modestia, quies, securitas eius. quin etiam cum insolentiam cuiusdam

---

1 partos o et in illum ux 5 mea te ostentare **Douxa** me adeos tentare **M** tecum circum irae est **M** et tum (tamen ux) circumire ea est **Douxa** et mecum circuire. ea est *Sichardus* 6 me] ne **Dox** meos *om.* x 9 in summam **M** detur o

12 Calphurniae (*corr. ex* Caplphurniae u) ux CALPVRNIAE *corr.* m^1 *ex* CALPVRINIAE **D** 14 etiam Mς enim **Douxa** 15 est — gratum **M**, *om.* **Douxa** requires **M** gratum *poster. loco om. Cat.*^{2} 16 identem x 17 summo **Du** accendor *corr.* m^2 *ex* accendos u 19 quam **M**, *om.* **Douxa** 20 me ita **D**

23 attilium ox illum **Ma** illo **Doux** (spectatior i) spetatior a 24 multis o ardentissime *coni. Kortte* 25 ipse **D** 26 qui **Ma** cum **Doux** adulescentuli *om.* **M** 27 hic postea nec refrixit **Ma** hic postea hic neque frixit **Doux** 28 latissime a 29 quantae **MDux** quanta o quam a

tribunatum plebis inituri uerereturidque indicasset mihi, respondi οὔ τις ἐμεῦ ζῶντος. quorsus haec? ut scias non posse Atilium me incolumi iniuriam accipere.

Iterum dices 'quorsus haec?' debuit ei pecuniam Valerius Varus: huius est heres Maximus noster, quem et ipse amo, sed coniunctius tu. rogo ergo, exigo etiam pro iure amicitiae, cures ut Atilio meo salua sit non sors modo uerum etiam usura plurium annorum. homo est alieni abstinentissimus, sui diligens, nullis quaestibus sustinetur, nullus illi nisi ex frugalitate reditus. nam studia, quibus plurimum praestat, ad uoluptatem tantum et gloriam exercet. grauis est ei uel minima iactura, quia reparare quod amiseris grauius est. exime hunc illi, exime hunc mihi scrupulum: sine me suauitate eius, sine leporibus perfrui. neque enim possum tristem uidere, cuius hilaritas me tristem esse non patitur. in summa nosti facetias hominis, quas uelim attendas ne in bilem et amaritudinem uertat iniuria. quam uim habeat offensus, crede ei quam in amore habet. non feret magnum et liberum ingenium cum contumelia damnum. uerum ut ferat ille, ego meum damnum, meam contumeliam iudicabo, sed non tamquam pro mea, hoc est grauius, irascar. quamquam quid denuntiationibus et quasi minis ago? quin potius, ut coeperam, rogo, oro des operam ne ille se, quod ualidissime uereor, a me, ego me neglectum a te putem. dabis autem, si hoc perinde curae est tibi quam illud mihi. uale.

9.

C. PLINIVS TACITO SVO S.

Commendas mihi Iulium Nasonem candidatum. Nasonem mihi? quid si me ipsum? fero tamen et ignosco. eundem enim commendassem tibi, si te Romae morante ipse afuissem. habet hoc sollicitudo, quod omnia necessaria putat. tu tamen censeo alios roges; ego precum tuarum minister, adiutor, particeps ero. uale.

---

1 iudicasset **D** ueretur id quod iudicasset (indicasset **x**) **ux** 2 οὔτις ἐμεῦ ζῶντος **D**ξ ΟΥΤΙCΕΜΕΥΡΩΟΝΤΟC **M** οὔτις ἐμεῦ ζῶντος καὶ ἐπὶ χθόνι δερκομένοιο coì κοίλης παρὰ νηυσὶ βαρείας χεῖρας ἐποίσῃ **a**, *om. in lac. (add. m²* **o**) **oux** (οὔτις **i**, *et in calce paginae distichon totum add., ut in* **a**): *Hom. Il. I 88* attilium **ox** 3 incolume iniumam **D** 4 ei] enim **ux** 6 tu rogo] turgo **D** iure **Doxa** une **u** tu re **M** attilio **ox** al' ilio **M** 7 uerum **MDoux** *sed* **pa** 9 illi nisi **Ma** illi **D**, *om.* **oux** reditur **D** 10 grauis **Ma** et grauis **Dux** et grauius **o** uel *om.* **o** 11 quia **Da** et quia **oux** quam **M** quoniam *Leithäuser, del. Mommsen* amiseris **Ma** amiserit **Dox** amiserat **u** est **Ma**, *om.* **Doux** 12 scrupulum i· siue *poster. loco corr. ex* sine **i** 14 nosci **u** facetias] facias **D** quas uel inadtendas **M** 15 et **MDa** aut **oux** habet *om.* **o** 17 damni **M** (ut **i**) 18 uindicabo *edit. Elzev. 1640 et al.* 21 ualdissime **Ma** nec lectum **M** 22 dabit **oux** dauit **D** autem **MDa** aut **oux** haec **oux** curae ꝑa cura **MDoux** 27 quid **Moa** quod **Dux** 28 afuissem **MDu** abfuissem **xa** affuissem **o** 29 precum] pretium **x** 30 particeps particeps **x**

10.

C. PLINIVS ALBINO SVO S.

1 Cum uenissem in socrus meae uillam Alsiensem, quae aliquando Rufi Vergini fuit, ipse mihi locus optimi illius et maximi uiri desiderium non sine dolore renouauit. hunc enim incolere secessum atque
2 etiam senectutis suae nidulum uocare consueuerat. quocumque me contulissem, illum animus, illum oculi requirebant. libuit etiam moni-
3 mentum eius uidere, et uidisse paenituit. est enim adhuc imperfectum, nec difficultas operis in causa modici ac potius exigui, sed inertia eius cui cura mandata est. subit indignatio cum miseratione, post decimum
mortis annum reliquias neglectumque cinerem sine titulo, sine nomine
4 iacere, cuius memoria orbem terrarum gloria peruagetur. at ille mandauerat caueratque ut diuinum illud et immortale factum uersibus inscriberetur,

hic situs est Rufus, pulso qui Vindice quondam
imperium adseruit non sibi sed patriae.

5 tam rara in amicitiis fides, tam parata obliuio mortuorum, ut ipsi nobis debeamus etiam conditoria exstruere omniaque heredum officia prae-
6 sumere. nam cui non est uerendum quod uidemus accidisse Verginio? cuius iniuriam ut indigniorem sic etiam notiorem ipsius claritas facit. uale.

11.

C. PLINIVS MAXIMO SVO S.

1 O diem laetum! adhibitus in consilium a praefecto urbis, audii ex diuerso agentes summae spei, summae indolis iuuenes, Fuscum Sali-
natorem et Vmmidium Quadratum, egregium par nec modo tempori-
2 bus nostris sed litteris ipsis ornamento futurum. mira utrique probitas, constantia salua, decorus habitus, os Latinum, uox uirilis, tenax memoria, magnum ingenium, iudicium aequale. quae singula mihi uoluptati fuerunt atque inter haec illud, quod et ipsi me ut rectorem,

---

3 aliquando **Douxa** aliquandiu **M** *Monac.* 4 ruffi uerginii **o** rufi uerginii **a** rufi uerginei **u** uirginei rufi **x** 5 hunc *corr. m*^{1} *ex* hanc *Monac.* incolere **oxa** in colore **Du** colere **M** *Monac.: cf. II. 17. 29* 6 nidulum **MDoa** nidum **ux** consuerat **a** 9 eius] cuius **o** 10 miseratione *corr. m*^{1} *ex* misericordia **x** 11 nec lectumque **M** sine titulo **Ma**, *om.* **Doux** 12 memoria *om. Monac.* 13 illud et **a** (et i) illum et **M** illud etiam **Do** etiam illud **ux** 18 etiam *om.* **oux** 19 non est] nomen **D** uideamus *Monac.*
24 audii **ouxa** audi **D** audiui **M** 25 agentis **Doux** 26 ummidium **D** Vmidium **ux** Vinidium **o** nummidium **M** Tummidium **a** 27 utrique **Ma** utriusque **oux** uteriusque **D** 28 latinum **Ma** planum (*corr. ex* lanum **D**) **Doux** 30 uoluptati mihi **ux** fuerint **Doux** atque] adque **M** et ipsi me **Ma** ipsum me **D** ipsum **oux**

ut magistrum intuebantur et iis qui audiebant me aemulari, meis instare uestigiis uidebantur. o diem (repetam enim) laetum notandumque mihi candidissimo calculo! quid enim aut publice laetius, quam clarissimos iuuenes nomen et famam ex studiis petere, aut mihi optatius, quam me ad recta tendentibus quasi exemplar esse propositum? quod gaudium ut perpetuo capiam deos oro: ab isdem teste te peto ut omnes qui me imitari tanti putabunt meliores esse quam me uelint. uale.

12.

C. PLINIVS FABATO PROSOCERO SVO S.

Tu uero non debes suspensa manu commendare mihi quos tuendos putas. nam et te decet multis prodesse et me suscipere quidquid ad curam tuam pertinet. itaque Bittio Prisco quantum plurimum potuero praestabo, praesertim in harena mea, hoc est apud centumuiros. epistularum quas mihi, ut ais, aperto pectore scripsisti obliuisci me iubes: at ego nullarum libentius memini. ex illis enim uel praecipue sentio, quanto opere me diligas, cum sic exegeris mecum, ut solebas cum tuo filio. nec dissimulo hoc mihi iucundiores eas fuisse, quod habebam bonam causam, cum summo studio curassem quod tu curari uolebas. proinde etiam atque etiam rogo ut mihi semper eadem simplicitate, quotiens cessare uidebor (uidebor dico, numquam enim cessabo) conuicium facias, quod et ego intellegam a summo amore proficisci, et tu non meruisse me gaudeas. uale.

13.

C. PLINIVS VRSO SVO S.

Vmquamne uidisti quemquam tam laboriosum et exercitum quam Varenum meum? cui quod summa contentione impetrauerat defendendum et quasi rursus petendum fuit. Bithyni senatus consultum apud consules carpere ac labefactare sunt ausi atque etiam absenti

1 et his qui **M** et ii qui a et (et m^1 *in ras., ut uidetur* o) qui **Doux** 2 uestigiis uidebantur *corr. ex* uidebantur uestigiis x repetam *corr.* m^1 *ex* reptam **D** 3 -que *om.* a quid] quod o 4 mihi] in u 5 me aut ad **M** exemplax u 6 gaudium *om.* oux canam **M** cupiam x ab iisdem teste te peto **Ma** adisdem testes peto **D** ab hisdem testes peto o ad hosdem (eosdem x) testes peto **ux** 7 omnes **oux** omnis **MD** omneis *(sic saepissime)* a

10 PROSOCERO *om.* o 11 supina *coni. Kukula* mihi] in x 12 te *om.* **Doux** et me **Ma** ad me **Doux** 13 tuam *om.* u Bittio a bettio **MDoux** uectio rς Vettio *edd.* 15 obliuisti **M** 16 nullarun a 17 quantopere ux exegerim x 19 hebam u curasse **Dux** curare u 20 atque etiam *om.* **Doux** 21 uidebor **MDoux** uideor a uidebor dico **M**, *om.* **Douxa** cessabo cessabo **M**

25 ursino o 26 quamquam u tam laboriosum et exercitum **Ma** tam laboriosum exercitum **oux** tam laboriosum *corr. ex* laboriosum tam exercitium **D** tam laboriosum tam exercitum rς 27 quod] quidem **ux** impetrauerat i 28 senatuconsultum a 29 ac **MDo** et **uxa** absente principe *Pomp. Lact.*

principi criminari: ab illo ad senatum remissi non destiterunt. egit Claudius Capito irreuerenter magis quam constanter, ut qui senatus
3 consultum apud senatum accusaret. respondit Fronto Catius grauiter et firme. senatus ipse mirificus: nam illi quoque qui prius negarant Vareno quae petebat, eadem danda, postquam erant data, censuerunt:
4 singulos enim integra re dissentire fas esse, peracta quod pluribus pla-
5 cuisset cunctis tuendum. Acilius tantum Rufus et cum eo septem an octo, septem immo, in priore sententia perseuerarunt. erant in hac paucitate non nulli quorum temporaria grauitas uel potius grauitatis
6 imitatio ridebatur. tu tamen aestima, quantum nos in ipsa pugna certaminis maneat, cuius quasi praelusio atque praecursio has contentiones excitauit. uale.

14.

C. PLINIVS MAVRICO SVO S.

1 Sollicitas me in Formianum. ueniam ea condicione, ne quid contra commodum tuum facias; qua pactione in uicem mihi caueo. neque enim mare et litus, sed te, otium, libertatem sequor: alioqui satius est
2 in urbe remanere. oportet enim omnia aut ad alienum arbitrium aut ad suum facere: mei certe stomachi haec natura est, ut nihil nisi totum et merum uelit. uale.

15.

C. PLINIVS ROMANO SVO S.

1 Mirificae rei non interfuisti: ne ego quidem; sed me recens fabula excepit. Passennus Paulus, splendidus eques Romanus et in primis eruditus, scribit elegos. gentilicium hoc illi: est enim municeps Pro-
2 perti atque etiam inter maiores suos Propertium numerat. is cum recitaret, ita coepit dicere, 'Prisce, iubes'. ad hoc Iauolenus Priscus

---

1 ab] ad **D** egit **Moa** tegit **Dux** 2 qui (qui per **ux**) senatus consultum apud senatum accusaret **Douxa** qui senatum accusaret **M** qui ipsum senatus consultum apud senatum accusaret *Sichardus* 3 (apud **i**) fronto (fronte **u**) catius **Douxa** catius fronto **M**: *cf. II. 11. 3, 18* 5 quaeque **oux** 6 dissentire] disserente **o** 7 Rufus] rusus **D** rursus **oux** rufus *corr. ex* rursus **i** an octo septem *om.* **ux** 8 priori **Doux** perseuerare **Doux** erant **Mia**, *om.* **Doux** 9 temporaria *corr. ex* tempraria **M** temporalia **D** uel potius grauitatis *om.* **o** 10 quantum — 11 maneat **Douxa** quantum proelium quanta pugna certamini maneat **M** 11 prolusio **i**

14 mauritio **o** 15 ea **Ma** ex **Doux** condictione **u** 16 pactine **D** 17 enim *om.* **ux** sed te otium libertatem **Ma** sed te ocium (otium **D**) et libertatem **Doux** sed otium et libertatem **p** 19 natura est haec **ux** 20 uale *om.* **D**

23 (mirificae **i**) rei] re **D** non *om.* **oux** (*add.* **i**) interfuistine? ego **o** sed me recens fabula excepit **Mia** fabula excepit *om.* **Doux** 24 passennus *ex titulo Asisinati Haupt Opusc. I. 283* passenius **Mouxa** passennius **D** imprimis **u** 25 elego (eligo **ux**) scentili (*corr. ex* scentuli **x** secentili **u**) cum hoc **oux** elegos centilicum **D** Propertii **a** 26 etiam *om.* **o** maiores **Ma** mares **Doux** pro partium **u** numeratus cum **D** 27 iauolenus **oa** Iabolenus **ux** iauolen/ **D** uolenus **M**

(aderat enim, ut Paulo amicissimus) 'ego uero non iubeo'. cogita qui risus hominum, qui ioci. est omnino Priscus dubiae sanitatis, interest 3 tamen officiis, adhibetur consiliis, atque etiam ius ciuile publice respondet: quo magis quod tunc fecit et ridiculum et notabile fuit. in- 4 terim Paulo aliena deliratio aliquantum frigoris attulit. tam sollicite recitaturis prouidendum est non solum ut sint ipsi sani, uerum etiam ut sanos adhibeant. uale.

16.

C. PLINIVS TACITO SVO S.

Petis ut tibi auunculi mei exitum scribam, quo uerius tradere 1 posteris possis. gratias ago: nam uideo morti eius, si celebretur a te, immortalem gloriam esse propositam. quamuis enim pulcherrimarum 2 clade terrarum, ut populi, ut urbes, memorabili casu quasi semper uicturus occiderit, quamuis ipse plurima opera et mansura condiderit, multum tamen perpetuitati eius scriptorum tuorum aeternitas addet. equidem beatos puto quibus deorum munere datum est aut facere scri- 3 benda aut scribere legenda, beatissimos uero quibus utrumque. horum in numero auunculus meus et suis libris et tuis erit. quo libentius suscipio, deposco etiam quod iniungis.

Erat Miseni classemque imperio praesens regebat. nonum Kal. 4 Septembres hora fere septima mater mea indicat ei apparere nubem inusitata et magnitudine et specie. usus ille sole, mox frigida, gusta- 5 uerat iacens studebatque: poscit soleas, ascendit locum ex quo maxime miraculum illud conspici poterat. nubes (incertum procul intuentibus ex quo monte, Vesuuium fuisse postea cognitum est) oriebatur, cuius similitudinem et formam non alia magis arbor quam pinus expresserit. nam longissimo uelut trunco elata in altum quibusdam ramis diffun- 6

---

2 qui ioci est omnino **MD** *Cat.* a quotiens omnino **oux** qui ioci quotiens omnino **rς** 3 adhibetur **Ma** adhibebitur **D** adhibitis **oux** 4 et ridiculum notabile **Doux** 5 alieno deleratio **M** aliquantulum **ux** 7 adhibebant **Du**

9 *Lectiones aliquot cod. Ambrosiani D 531 inf. (cont. Plin. N. H., an. 1433: = Amb.) teste R. Sabbadini huius epist. apparatui adscripsi* 12 propositum **Dou** 13 ut populi ut urbis *Casaubon* et populi et urbis *Kukula* 14 opera — 15 multum **Ma**, *om.* **Doux** *Amb.* (scripserit *in marg. add.* m^3 **x** *post* plurima *interponendum*) (et mansura *add.* i) 15 addit **u** 16 scribenda] legenda *(sed in marg.* al' scribenda *add.* m^1**)** **x** 20 miseni *corr.* m^1 *ex* miseui **u** nonum Kal. septembres **M** nono Kal. Sept. **a** nonum Kal. **D** nonum k$\overline{\text{tt}}$. **o** ix k$\overline{\text{t}}$. **x** nonum ·kl· **u** *et Amb. et cod. Harleianus 5288 Musei Britannici* nono $\overline{\text{kl}}$. *cod. Musei Britann. 20054* Nouember Calend' **r** Kl. nouembris **ς** *(quam lectionem reliquit intactam* **i**) a. d. VIIII. Kalend. Septembres *Schaefer: cf. ad IX. 39. 2* 21 hora fere **MDoux** hora diei fere **a** 22 inusitata *(corr. ex* inusitatam **x**) **Doxa** inusitate **u** inuisitatam **M** magnitudiniem **D** frigidam gustauerat *Sichardus: cf. autem III. 5. 11* 23 iacens enim studebat *corr.* m^2 *ex* iacens studebatque **x** poscit **Ma** poposcit **Doux** *Amb.* 24 nubes incertum **Ma** nubes (nube **D**) et incertum **Doux** *Amb.* 25 ueluuium **D** 27 elata **Mia** flata **Dou** *Amb.* eflata (*corr. ex* flata **x**) **xr** efflata **ς**

debatur, credo, quia recenti spiritu euecta, dein senescente eo destituta aut etiam pondere suo uicta in latitudinem uanescebat, candida interdum, interdum sordida et maculosa, prout terram cineremue sustulerat.

7 Magnum propiusque noscendum, ut eruditissimo uiro, uisum. iubet liburnicam aptari: mihi, si uenire una uellem, facit copiam: respondi
8 studere me malle, et forte ipse quod scriberem dederat. egrediebatur domo: accipit codicillos Rectinae † Tasci imminenti periculo exterritae (nam uilla eius subiacebat, nec ulla nisi nauibus fuga): ut se tanto
9 discrimini eriperet orabat. uertit ille consilium et quod studioso animo incohauerat obit maximo. deducit quadriremes, ascendit ipse non Rectinae modo sed multis (erat enim frequens amoenitas orae) laturus
10 auxilium. properat illuc unde alii fugiunt rectumque cursum, recta gubernacula in periculum tenet, adeo solutus metu, ut omnes illius mali motus, omnes figuras, ut deprenderat oculis, dictaret enotaretque.

11 Iam nauibus cinis incidebat, quo propius accederent, calidior et densior, iam pumices etiam nigrique et ambusti et fracti igne lapides, iam uadum subitum ruinaque montis litora obstantia. cunctatus paulum, an retro flecteret, mox gubernatori ut ita faceret monenti 'fortes'

---

1 quia **Ma** quod **D** et **oux** *Amb.* enecta **ux** dein **MDo** deinde **uxa** 2 aut **Mua** ut **Dox** latitudinem **Ma** altitudinem **Doux** *Amb.* euanescebat *Kortte* interdum *ter scriptum corr.* **x** 3 maculos **M** 4 ut] id *Casaubon* eruditissimo (-o *add. supra*) **M** 6 forte] torte **o** soste **D** egreditur *Casaubon* 7 accipit **Ma** accepit **Doux** *Amb.* recti netasci **M** Rectinae Nasci **a** recti necasci **D** reti nēc̄asci *(et in marg. duo puncta)* **o** retineccasci *Amb.* retine (Rectinae *corr. ex* Retinae **x**) casti (Caessii *corr. in marg. m*^{3} *ex* Casci *deleto* **x**) **ux** recti necasci *cod. Harleianus 5288 Musei Britann.* rectina (Tasci *om., sed in marg. manu eadem, ut uidetur* Caesia *add.*) *cod. Musei Britann. 23777* Rectinae (Tasci *om.*) *cod. Harleianus 2497 Musei Britann.* Recte negasti *cod. Musei Britann. 20054* retine irasci **p** Recine Itacesie **r** Rectina (Tasci *om.*) *cum* exterrita **ς** (Rectina *nota .ˉ signauit et in marg. notam repetiit sed postea subpunxit* **i**) Rectinae tam *Kukula* Rectinae Bassi *uel* Rectinae Caesii Bassi *edd. (cf. Schol. Persii Sat. 6. 1)* Retinae — classiarii — exterriti — orabant *Cat.* Retinae classis — exterrita — orabat *Kortte, alii alia; an* Rectinae Taxi? *cf. Bollettino Communale 1880. 327; 1881. 17; Rhein. Mus. 1894. 386* 8 nam uilla (uilla *corr. ex* uille **M**) **MDa** nauicula **oux** *Amb.* tanto] tanden **u** 9 discrimini **MDoux** discrimine *Cat.* **a** orabat uestit **D** orabat non uertit *corr. m*^{2} *ex* orabat uertit **x** (non *nota .ˉ signauit et in marg.* in aliis deest negatiua *add.* i^2) quod] quidem **u** 10 incohauerat **Moux** incohaueret **D** inchoabat **a** quadrariremes **M** rectinae modo **Ma** recti nemodum **D** rectine modum **o** *Amb.* Rectine modo **x** modo (Rectinae *in lac. om.*) **u** 11 orae *corr. ex* orat **x** orat **Dou** *Amb.* laturus] laurus **M** 12 illuc unde alii fugiunt **Ma** illuc alium defugiunt **D** alii unde fugiunt (fugunt **u**) **ou** *Amb.* unde alii (*corr. m*^{2} *ex* alii unde) fugiunt **x** recta **MDoa** rectaque **ux** *Amb.* 13 periculum] particulam **u** partem illam **x** omnes **o** oms **u** omnis **MDx** omneis **a** illius] illi **o** 14 deprenderat **Mu** deprehenderat **Doa** deprehenderet *corr. m*^{3} *ex* deprehenderat **x** dictare te notaret quae **M** 15 cicinis **D** incidebat **Ma** inciderat **Doux** accederent **a** accederet **Doux** accenderent **M** 16 punices **Mu** nigrique et ambusti **Ma** nigrique ambusti **Doux** 17 cunctatus **M** cunctatusque **a** cunctati **D** cunctanti **ou** *Amb.* cunctantus *corr. m*^{3} *ex* cunctanti **x** 18 retroflectetur **u** retro flecteretur **x** momenti **D**

inquit 'fortuna iuuat, Pomponianum pete.' Stabiis erat, diremptus 12
sinu medio (nam sensim circumactis curuatisque litoribus mare infunditur): ibi, quamquam nondum periculo appropinquante, conspicuo tamen et cum cresceret proximo, sarcinas contulerat in naues certus fugae, si contrarius uentus resedisset. quo tunc auunculus meus secundissimo inuectus complectitur trepidantem, consolatur, hortatur, utque timorem eius sua securitate leniret, deferri in balineum iubet: lotus accubat, cenat aut hilaris aut, quod aeque magnum, similis hilari.

Interim e Vesuuio monte pluribus locis latissimae flammae altaque 13
incendia relucebant, quorum fulgor et claritas tenebris noctis excitabatur. ille agrestium trepidatione ignes relictos desertasque uillas per solitudinem ardere in remedium formidinis dictitabat. tum se quieti dedit et quieuit uerissimo quidem somno. nam meatus animae, qui illi propter amplitudinem corporis grauior et sonantior erat, ab iis qui limini obuersabantur audiebatur. sed area ex qua diaeta adibatur 14
ita iam cinere mixtisque pumicibus oppleta surrexerat, ut, si longior in cubiculo mora, exitus negaretur. excitatus procedit seque Pomponiano ceterisque qui peruigilarant reddit. in commune consultant, intra 15
tecta subsistant an in aperto uagentur. nam crebris uastisque tremoribus tecta nutabant et quasi emota sedibus suis nunc huc nunc illuc abire aut referri uidebantur. sub dio rursus quamquam leuium exesorumque 16
pumicum casus metuebatur; quod tamen periculorum collatio elegit.

---

1 petit tr stabiis erat Mtʂa stabit erat Do *Amb.* stabit errat u stabiis errat *corr. m*^{3} *ex* stabit errat x Stabiis is erat *Mommsen* diremptus Mia diremitus D diremit oux *Amb.* deuenit c *Pomp. Laet. Ber.* peruenerat*que Cat.* deuemit t 2 circumactis (cir- *m*^{2} *in ras.*) u turbatisque littoribus maxima re infunditur Dou *Amb.* curuatisque littoribus mare infunditur *corr. m*^{3} *ex* turbatisque littoribus maxima re infunditur x 3 ibi *cum* infunditur *coniungere uoluit Mommsen* ubi ʂ ubi *corr. m*^{3} *ex* ibi x 4 naues MD naueis a nauis oux 6 consulatur M 7 deferri in balneum MD differri in balneum o deferri (se in *add. supra m*^{3} x) balineum ux deferri se in balineum ʂa iuuet D lotus] locus D 8 acubat M cenat aut hilaris MD cenat atque hilaris ouxa coenatque hilaris *Sichardus* cenatque aut hilaris *Otto* quod aeque magnum MDoux quod est aeque magnum ra quod aeque magnum est ʂ 9 euisuuio u pluribus locis Douxa pluribus in locis M altaque MD atque ouxa *Amb.* 10 reluctabant o tenebris noctis excitabatur MDa tenebras tenebris *corr. m*^{2} *ex* tenebras o) noctis excipiebat (pellebat *corr. m*^{3} *ex* excipiebat x) oux *Amb.* tenebras noctis pellebat ʂ 11 trepedatione a ignes relictos MD ignis relictos ui^2 (*et in marg.* igneis i^2) ignis relictas oxa igni relictas *Ber.* disertasque u 12 dictitabat Ma dictabat Doux *Amb.* 13 quieuit] quieto u quidem MDo equidem uxa *Amb.* somno u 14 iis Mxa his Dou 15 obseruabantur aliter obseruabantur *Amb.* area] circa u diaeta a dieta M zeta (diaeta *corr. m*^{3} *ex* zeta x) Doux (adibatur i) adhibatur u 16 mixtisque MDox mixtis de u missisque a 17 mora exitus MDoux mora esset exitus *Cat.* a 18 peruigilarant Douxa peruigilauerant M consultant an intra a 19 iustisque o 20 mutabant u nutabant *corr. ex* mutabant *Amb.* emotas edibus M huc] hunc M 21 subdior usus (sub dio rusus *corr. m*^{3} *ex* subdior usus x) oux *Amb.* sub diuo rursus a sub die rursus M sub deo rursus D quam ux 22 punicum a casum x metuebat oux *Amb.* periculorum (*statim corr. ex* pericil- M Ma malorum Doux *Amb.* collocatio Dou *Amb.* eligit M

et apud illum quidem ratio rationem, apud alios timorem timor uicit. ceruicalia capitibus imposita linteis constringunt: id munimentum aduersus incidentia fuit.

17 Iam dies alibi, illic nox omnibus noctibus nigrior densiorque, quam tamen faces multae uariaque lumina solabantur. placuit egredi in litus et ex proximo adspicere, ecquid iam mare admitteret, quod adhuc uastum
18 et aduersum permanebat. ibi super abiectum linteum recubans semel atque iterum frigidam poposcit hausitque. deinde flammae flammarumque praenuntius odor sulpuris alios in fugam uertunt, excitant illum.
19 innixus seruis duobus adsurrexit et statim concidit, ut ego coniecto, crassiore caligine spiritu obstructo clausoque stomacho, qui illi natura
20 inualidus et angustus et frequenter interaestuans erat. ubi dies redditus (is ab eo quem nouissime uiderat tertius), corpus inuentum integrum, inlaesum, opertumque ut fuerat indutus: habitus corporis quiescenti quam defuncto similior.

21 Interim Miseni ego et mater — sed nihil ad historiam, nec tu aliud
22 quam de exitu eius scire uoluisti. finem ergo faciam. unum adiciam, omnia me quibus interfueram quaeque statim, cum maxime uera memorantur, audieram persecutum. tu potissima excerpes. aliud est enim epistulam aliud historiam, aliud amico aliud omnibus scribere. uale.

17.

C. PLINIVS RESTITVTO SVO S.

1 Indignatiunculam, quam in cuiusdam amici auditorio cepi, non possum mihi temperare quo minus apud te, quia non contingit coram,

---

1 timorem timor *corr. ex* timorem timorem **x** 3 incidentia **MDoux** decidentia **a** 4 quam tamen **MDia** quam tam **ou** quantam (quamquam *corr.* m^3 *ex* quantam **x**) **x** *Amb.* 5 multae uariaque **Douxa** multa et uariaque **M** (uariaque **i**) solabantur *Kortte et cod. Laurentianus 47. 34 teste Keil* solebantur **MD** solebant (soluebant *corr.* m^3 *ex* solebant **x**) **oux** *Amb.* soluebant **ça** 6 e proximo **a** ecquid iam **a** (ecquid **i**) et quid iam **D** equidem iam (en quid iam *corr.* m^3 *ex* equidem iam **x**) **oux** *Amb.* et quid **M** 7 adiectum (abiectum *corr. ex* adiectum **x**) **Dux** *Amb.* recubasse mei atque (recubans sedit atque *corr.* m^3 *ex* sedit recubans atque *prius pro* recubasse mei atque *scriptis* **x**) **Doux** recubasse ineratque *Amb.* 8 frigidam **ça** frigidam aquam **MDoux** *Amb. fortasse recte* 9 sulphuri (sulpuri **D** sulfuri **o** sulphuris **x**) sed (sed *del.* m^3 **x**) alios **Doux** *Amb.* 10 innixus seruis **Doua** qui *(add. supra* m^3*)* innixus seruis **x** innitens seruolis **M** coniecto **Douxa** colligo **M** 12 interaestuans (*corr. ex* intus aestuans i^2, *ut uidetur* intus aestuans *corr.* m^3 *ex* interaestuans **x**) **Douxi²a** aestuans **M** 13 uiderat tertius **MDa** uiderat tertium **oux** uiderat erat tertius *Mommsen* inuentum est integrum **a** 14 habitus — 16 mater *om.* **o** 15 quam *om.* **M** defuncte **u** 16 nec *corr.* m^2 *ex* haec **x** 17 quam *corr.* m^2 *ex* quod **x** quid **u** de exitu eius **MDa** de eius exitu **ux** exitum eius **o** 18 me **Ma** e (me *corr.* m^3 *ex* e **x**) **Doux** *Amb.* interfuerat **o** interiuerat *Amb.* **p** 19 audieram **M** audiueram **a** audierat uera **Dou** *Amb.* audieram (*corr. ex* audierat) **p** (**p** *statim deleta*) uerba **x** audieram uere *edit. Elzeu. 1640 et al.* potissima **Ma** potissimum **Doux** *Amb.* 20 aliud *post* historiam *om.* **x**

23 indignatiunculam *corr.* m^1 *ex* indignatumulam **M** 24 contingit (*ante quod* gruit *del.* **x**) **Muxa** contigit **Do**

per epistulam effundam. recitabatur liber absolutissimus: hunc duo 2
aut tres, ut sibi et paucis uidentur, diserti surdis mutisque similes
audiebant. non labra diduxerunt, non mouerunt manum, non denique
adsurrexerunt, saltem lassitudine sedendi. quae tanta grauitas? quae 3
tanta sapientia? quae immo pigritia, adrogantia, sinisteritas ac potius
amentia, in hoc totum diem impendere, ut offendas, ut inimicum relin-
quas ad quem tamquam amicissimum ueneris? disertior ipse es? tanto 4
magis ne inuideris: nam qui inuidet minor est. denique siue plus siue
minus siue idem praestas, lauda uel inferiorem uel superiorem uel
parem: superiorem, quia, nisi laudandus ille, non potes ipse laudari:
inferiorem aut parem, quia pertinet ad tuam gloriam quam maximum
uideri quem praecedis uel exaequas.

Equidem omnes qui aliquid in studiis faciunt uenerari etiam mira- 5
rique soleo. est enim res difficilis, ardua, fastidiosa, et quae eos a quibus
contemnitur in uicem contemnat: nisi forte aliud iudicas tu. quamquam
quis uno te reuerentior huius operis, quis benignior aestimator? qua 6
ratione ductus tibi potissimum indignationem meam prodidi, quem
habere socium maxime poteram. uale.

18.

C. PLINIVS SABINO SVO S.

Rogas ut agam Firmanorum publicam causam; quod ego, quam- 1
quam plurimis occupationibus distentus, adnitar. cupio enim et orna-
tissimam coloniam aduocationis officio et te gratissimo tibi munere
obstringere. nam cum familiaritatem nostram, ut soles praedicare, ad 2
praesidium ornamentumque tibi sumpseris, nihil est quod negare de-
beam, praesertim pro patria petenti. quid enim precibus aut honestius
piis aut efficacius amantis? proinde Firmanis tuis ac iam potius nostris 3

1 obsolutissimus **M** 2 et] ex **M** 3 diduxerunt ouxa diduxere **D** de-
duxerunt **M** mouere **D** non denique **Ma** denique non **Doux** 4 assurrexerut
o assurrexere **D** lassitudinem **D** 5 quam immo x 7 ad quantam quam
o amicissimum **MDoux** amicissimus ia desertior o es **Ma** est **Doux** 8 in-
uidet] inuide u minor est **Ma** minorem **Doux** 9 praestas i uel superio-
rem uel parem superiorem m^2 *in ras.* u 10 parem] partem **M** nisi **MDa**
nihil o mihi ux mihi laudandus *corr. ex* laudandus mihi x ille non potes
ipse laudari **M** ille est non potes ipse laudari **D** ille (ille est ox) non potes ipse
laudare oux ille non potes ipse non laudari a 11 parem] partem **M** 12 vi-
deri *om.* o 13 omnis **D** etiam] et u, *om. Flor. Mor. Auct.* 14 a quibus —
16 benignior *om.* **M** 15 inuicem contemnat (contemnat u) **Doux** contemnatur
(*om.* inuicem) *Flor. Mor. Auct.* interit a interimit a^2 dedignatur *edit. Elzev. 1640*
et al. 16 quis **Ma** qui **Doux** aestimator a aestimatur **Mr** atestatur **D** attesta-
tur ox attestator u 17 perdidi *corr. ex* perdidis u 18 poteram] optaram
Markland

22 distentus **MDoxa** distemus u distractus r 23 ornatussimam **M** 23 tibi
mihi munere u tibi munere mihi x 25 est *om.* o 27 pii *Barth*
firmatus o

obliga fidem meam; quos labore et studio meo dignos cum splendor ipsorum tum hoc maxime pollicetur, quod credibile est optimos esse, inter quos tu talis exstiteris. uale.

19.

C. PLINIVS NEPOTI SVO S.

1 Scis tu accessisse pretium agris, praecipue suburbanis? causa subitae caritatis res multis agitata sermonibus: proximis comitiis honestissimas uoces senatus expressit, 'candidati ne conuiuentur, ne mittant 2 munera, ne pecunias deponant'. ex quibus duo priora tam aperte quam immodice fiebant, hoc tertium, quamquam occultaretur, pro comperto 3 habebatur. Homullus deinde noster, uigilanter usus hoc consensu senatus, sententiae loco postulauit ut consules desiderium uniuersorum notum principi facerent peterentque, sicut aliis uitiis huic quoque pro- 4 uidentia sua occurreret. occurrit: nam sumptus candidatorum, foedos illos et infames, ambitus lege restrinxit: eosdem patrimonii tertiam partem conferre iussit in ea quae solo continerentur, deforme arbitratus (et erat) honorem petituros urbem Italiamque non pro patria, sed pro 5 hospitio aut stabulo quasi peregrinantes habere. concursant ergo candidati: certatim quidquid uenale audiunt emptitant quoque sint plura 6 uenalia efficiunt. proinde si paenitet te Italicorum praediorum, hoc uendendi tempus tam hercule quam in prouinciis comparandi, dum idem candidati illic uendunt, ut hic emant. uale.

20.

C. PLINIVS TACITO SVO S.

1 Ais te adductum litteris quas exigenti tibi de morte auunculi mei scripsi cupere cognoscere, quos ego Miseni relictus (id enim ingressus

---

1 digno u splendore o 2 optimos esse **Ma** opismos esse **D** opis mos sese u opis innos sese o optimos esse *corr. m*^{3} *ex* opis mos sese x 3 extiteris **Douxa** moreris **M**

5 NERONI **D** 6 scin tu *Gierig* subitae] subire u 7 honestissimas uoces **Ma** honestissima uoce **Doux** 8 senatui a conuiuentur **Ma** conuicientur o contuentur ux nec conuenientur nec ne mittant **D** 10 immodice **Ma** modice **Doux** 11 ·C· Homullus *Pomp. Laet.* (·C· *om.* ct) Homulus x uigilanter usus **M** usus uigilanter a uigilat rursus **Dcoux** uigilans rursus t 13 uitiis] ut eis **M** 14 occurreret] occurrere **M** occurrunt x nam **M**ꝫa, *om.* **Doux** foedos **Ma** frigidos **Doux** 15 ambitus lege **Ma** habitus leges (leges *corr. ex* lege x) **Doux** ambitus *cum* foedos *et* infames *coniungere uoluit Mommsen* patrimonio **M** patrimoniorum *Gertz* 16 continenter **D** 17 et **MDoux** ut ꝫa sed pro] sed de **Dx** 18 sabulo ox fabulo u peregrinantis **Doux** 19 certatimque quid uenale o quoque (quaeque o) sint **MDoux** ut sint quoque a quo ut sint *Mommsen* utque sint *Kukula* plura] pluris ꝫ 20 officiunt u 21 hercules **D** quam] quasi x comparandis **D** idem **MDouxa** 22 ut hic emant **Ma**, *om.* **Doux** 26 cupere *corr. ex* capere x capere u quos ego *om.* u relictus **Ma** littus **Doux**, *om.* r

abruperam) non solum metus uerum etiam casus pertulerim. 'quamquam animus meminisse horret, incipiam'.

Profecto auunculo ipse reliquum tempus studiis (ideo remanseram) impendi: mox balineum, cena, somnus inquietus et breuis. praecesserat per multos dies tremor terrae minus formidolosus, quia Campaniae solitus. illa uero nocte ita inualuit, ut non moueri omnia sed uerti crederentur. inrumpit cubiculum meum mater: surgebam in uicem, si quiesceret, excitaturus. resedimus in area domus, quae mare a tectis modico spatio diuidebat. dubito constantiam uocare an imprudentiam debeam (agebam enim duodeuicensimum annum): posco librum Titi Liui et quasi per otium lego atque etiam, ut coeperam, excerpo. ecce amicus auunculi, qui nuper ad eum ex Hispania uenerat, ut me et matrem sedentes, me uero etiam legentem uidet, illius patientiam, securitatem meam corripit. nihilo segnius ego intentus in librum.

Iam hora diei prima, et adhuc dubius et quasi languidus dies: iam quassatis circumiacentibus tectis, quamquam in aperto loco, angusto tamen, magnus et certus ruinae metus. tum demum excedere oppido uisum: sequitur uulgus attonitum, quodque in pauore simile prudentiae, alienum consilium suo praefert ingentique agmine abeuntis premit et impellit. egressi tecta consistimus. multa ibi miranda, multas formidines patimur. nam uehicula quae produci iusseramus, quamquam in planissimo campo, in contrarias partes agebantur ac ne lapidibus quidem fulta in eodem uestigio quiescebant. praeterea mare in se resorberi et tremore terrae quasi repelli uidebamus. certe processerat litus multaque animalia maris siccis harenis detinebat. ab altero latere nubes atra et horrenda ignei spiritus tortis uibratisque discursibus rupta in longas flammarum figuras debiscebat: fulguribus illae et similes et maiores erant.

---

1 abrumpam o quamquam] *Verg. Aen. II. 12* 3 ideo enim remanseram **M**, enim *om.* **Douxa** 5 quia campaniae solitus illa (ille **Doux**) uero nocte ita (iam **D**) inualuit ut non moueri sed uerti (euerti a) crederentur **Douxa** quia campaniae non solum castella uerum etiam oppida non moueri omnia sed uerti credebantur **M** *uarie commiscuerunt cdd.* 7 irrumpit cubiculum **ouxa** inrupit cubiculum **D** inuasit in cubiculum **M** 8 rededimus **Doxa** residimus **u** residemus **M** area] archa **x** 9 uocare **MDa** rogare **oux** impudentiam **x** 10 posco] postea **o** titi **Moa** ·T· **Dux** 11 liui **M** liuii **Douxa** 13 sedentis **Doux** 14 segnius] secius *Heusinger* 15 iam **MDa**, *om.* **oux** 16 quassatis **Douxa** quassata omnia **M** 17 magnus et certus **MDa** certus et magnus **ux** certus et magnae **o** metus **Ma** motus **Doux** tum *corr. ex* tamen **x** tamen **u** 18 quodque **Ma** quoque **Doux** 20 aggressi **o** multas formidines **Doxa** multas ibi formidines **u** multa formidine **M** 22 in *om.* **o** partis **Do** 23 inseri sorberi **M** 24 reuelli **M** praecesserat (pre- **ux**) **Doux** 25 siccis **MDoux** in siccis **a** detinebant **o** altero] alto **u** 26 ignei *corr. ex* igneis **x** tortis **Ma** portis **Doux** porrectis r$ (porrectis *nota* ·/. *signauit et in marg.* ·/. tortis *add.* **i**, in aliis legitur *add.* i$) inbratisque **u** 27 fulguribus **Ma** fulgoribus **Doux** illae] ille **M**

Tum uero ille idem ex Hispania amicus acrius et instantius 'si
frater' inquit 'tuus, tuus auunculus uiuit, uult esse uos saluos; si periit,
superstites uoluit. proinde quid cessatis euadere?' respondimus non
commissuros nos ut de salute illius incerti nostrae consuleremus. non
moratus ultra proripit se effusoque cursu periculo aufertur. nec multo
post illa nubes descendere in terras, operire maria: cinxerat Capreas
et absconderat, Miseni quod procurrit abstulerat. tum mater orare,
hortari, iubere quoquo modo fugerem; posse enim iuuenem, se et an-
nis et corpore grauem bene morituram, si mihi causa mortis non
fuisset. ego contra, saluum me nisi una non futurum: dein manum
eius amplexus addere gradum cogo. paret aegre incusatque se, quod
me moretur. iam cinis, adhuc tamen rarus: respicio; densa caligo ter-
gis imminebat, quae nos torrentis modo infusa terrae sequebatur. 'de-
flectamus' inquam, 'dum uidemus, ne in uia strati comitantium turba
in tenebris obteramur'. uix consideramus, et nox, non qualis inlunis
aut nubila, sed qualis in locis clausis lumine exstincto. audires ululatus
feminarum, infantium quiritatus, clamores uirorum: alii parentes, alii
liberos, alii coniuges uocibus requirebant, uocibus noscitabant: hi suum
casum, illi suorum miserabantur: erant qui metu mortis mortem pre-
carentur: multi ad deos manus tollere, plures nusquam iam deos ullos
aeternamque illam et nouissimam noctem mundo interpretabantur. nec
defuerunt qui fictis mentitisque terroribus uera pericula augerent.
aderant qui Miseni illud ruisse, illud ardere falso, sed credentibus nun-
tiabant. paulum reluxit, quod non dies nobis, sed aduentantis ignis
indicium uidebatur. et ignis quidem longius substitit, tenebrae rursus,
cinis rursus multus et grauis. hunc identidem adsurgentes excutieba-
mus; operti alioqui atque etiam oblisi pondere essemus. possem glo-
riari non gemitum mihi, non uocem parum fortem in tantis periculis
excidisse, nisi me cum omnibus, omnia mecum perire misero, magno
tamen mortalitatis solacio credidissem.

1 ille idem ouxa idem ille **MD** 2 tuus *semel* Dx periit **MDa** perit ox parit u 4 illius **MDoux** eius a 6 Capreas] campas u 7 misen **M** 10 dein **Mo** deinde **Duxa** 11 incusaque **M** 12 me *om.* x moreretur ux tamen rarus **Douxa** rarus tamen **M** respicio **MDa** respicio *corr. in marg.* m^2 *ex* aspicio o prospitio u perspicio x 13 quae non torentis **D** sequebatur *corr. ex* sequebantur x sequebantur u 14 in *om.* x 15 obteramur **Dxpꝙa** ob terram u obruamur o operiamur **M** consideramus **MDu** consyderamus a consederamus ox 16 locis *corr. ex* lucis **M** 17 infantium **Doxa** infantum **Mu** parentis (*corr.* m^2 *ex* parentes o) ox 18 hii **M** 19 illi] alii **D** miserebantur ox 20 ullos *corr. ex* ullus **M** 21 aeternam quae **M** aeternumque **D** 22 mentisque **D** augerant u 23 iniitiabant **D** 24 paulum **MDa** paululum oux quod] quidem ux 25 subsistit (*corr. ex* susistit x) ux 26 cinis rursus multus et grauis **Ma** tumultus grauis **Doux** itentidem **M** excutiebamur oux 27 alioqui atque (adque, *ut saepissime* **M**) etiam **Ma** alioqui decima **D** alio quia decima oux (alioqui atque de caelo oblisi ꝙ, etiam *post* atque *add.* i) obliti **D** 29 magna o 30 credidisse *Mommsen*

Tandem illa caligo tenuata quasi in fumum nebulamue discessit: 18
mox dies uerus, sol etiam effulsit, luridus tamen, qualis esse, cum de-
ficit, solet. occursabant trepidantibus adhuc oculis mutata omnia alto-
que cinere tamquam niue obducta. regressi Misenum curatis utcumque 19
corporibus suspensam dubiamque noctem spe ac metu exegimus. metus
praeualebat: nam et tremor terrae perseuerabat, et plerique lymphati
terrificis uaticinationibus et sua et aliena mala ludificabantur. nobis 20
tamen ne tunc quidem, quamquam et expertis periculum et exspectan-
tibus, abeundi consilium, donec de auunculo nuntius.

Haec nequaquam historia digna non scripturus leges et tibi, scilicet
qui requisisti, imputabis, si digna ne epistula quidem uidebuntur. uale.

21.

C. PLINIVS CANINIO SVO S.

Sum ex iis qui mirentur antiquos, non tamen, ut quidam, temporum 1
nostrorum ingenia despicio. neque enim quasi lassa et effeta natura
nihil iam laudabile parit. atque adeo nuper audii Vergilium Romanum 2
paucis legentem comoediam ad exemplar ueteris comoediae scriptam
tam bene, ut esse quandoque possit exemplar. nescio an noris hominem. 3
quamquam nosse debes: est enim probitate morum, ingenii elegantia,
operum uarietate monstrabilis. scripsit mimiambos tenuiter, argute, 4
uenuste atque in hoc genere eloquentissime (nullum est enim genus
quod absolutum non possit eloquentissimum dici); scripsit comoedias
Menandrum aliosque aetatis eiusdem aemulatus: licet has inter Plau-
tinas Terentianasque numeres. nunc primum se in uetere comoedia, 5
sed non tamquam inciperet, ostendit. non illi uis, non granditas, non
subtilitas, non amaritudo, non dulcedo, non lepos defuit: ornauit uir-

1 discessit MDoux decessit a 2 uerus M uere a, *om.* Doux (uere *add.* i) deficit solet Mxa defecit (-ecit m^2 *in ras.* o) sol et ou defecit solet D 3 occursabant Dou occursabat M occurrebant xa trepidantibus *corr. ex* trepiidantibus u 4 ingressi D 5 noctem MDoux mentem a spem metu D exegimus M exigimus Douxa 6 praeseruabat D lyphati M limphati u 8 et expertis periculum et expectantibus Ma expertis periculum et ea spectantibus Doux 9 adeundi Dx nuntius ueniret haec a 10 digna *om* ux (non i^2, *ut uidetur*) nos Doux scripturas u scripturos D 11 uale *om.* D

13 Caminio o 14 sum ex iis eis Doux his M qui mirer MDouxa sum ex iis qui mirantur *Schaefer* sum ego is qui mirer *Gierig, coll. I. 2. 3* non] no u 15 respicio D quasi Ma, *om.* Doux effecta u affecta D 16 iam Ma tam Doux natura ut nihil iam laudabile pariat *Schardius* parit *corr. ex* perit x adeo] ideo M audii xa audi MDou uergilium Mo uirgilium ux Verginium a 17 ad exemplar ueteris comoediae *om.* M uetus o 18 quandoque] quoque o an noris Ma minoris D mireris oux 19 nosce Do debemus D 20 (operum i) scripsit mimiambos (mimmiabos *corr. ex* mimmiambos o) ouxia scribsit mimos i ambo M scribit enim iambos D te tenuiter D argutiae x 21 atque] utque *Barth* 23 menandram ux plantianas u 24 terenti nasque M se] si x uetere Ma ueteri Doux 25 illi uis Ma illius Doux non granditas non subtilitas *om.* M 26 lepus M defuit MDa desinit oux

tutes, insectatus est uitia, fictis nominibus decenter, ueris usus est apte.
5 circa me tantum benignitate nimia modum excessit, nisi quod tamen
7 poetis mentiri licet. in summa extorquebo ei librum legendumque, immo ediscendum, mittam tibi: neque enim dubito futurum ut non deponas, si semel sumpseris. uale.

22.

C. PLINIVS TIRONI SVO S.

1 Magna res acta est omnium qui sunt prouinciis praefuturi, magna
2 omnium qui se simpliciter credunt amicis. Lustricus Bruttianus cum Montanium Atticinum, comitem suum, in multis flagitiis deprendisset, Caesari scripsit. Atticinus flagitiis addidit ut quem deceperat accusaret.

Recepta cognitio est: fui in consilio: egit uterque pro se, egit autem
3 carptim et κατὰ κεφάλαιον, quo genere ueritas statim ostenditur. protulit Bruttianus testamentum suum, quod Atticini manu scriptum esse dicebat: hoc enim et arcana familiaritas et querendi de eo quem sic
4 amasset necessitas indicabatur. enumerauit crimina foeda manifesta, quae ille cum diluere non posset, ita regessit, ut, dum defenditur, turpis, dum accusat, sceleratus probaretur. corrupto enim scribae seruo interceperat commentarios intercideratque ac per summum nefas ute-
5 batur aduersus amicum crimine suo. fecit pulcherrime Caesar: non enim de Bruttiano, sed statim de Atticino perrogauit. damnatus et in insulam relegatus: Bruttiano iustissimum integritatis testimonium red-
6 ditum, quem quidem etiam constantiae gloria secuta est. nam defensus expeditissime accusauit uehementer nec minus acer quam bonus et sincerus apparuit.

---

1 aperte **D** 2 me **Ma** meum **Doux** benignitate tantum **D** nimia **Ma** nimium **Doux** tamen] tantum **D** 3 -que *om.* **o** 4 neque **Douxa** nec **M** 7 tyroni **x** 8 sunt in prouintiis **D** praefuturi *corr. ex* profuturi **D** profuturi **p** 9 lustricus **Doa** lustricius **M** lustirus **ux** bruttianus **Ma** bructianus (*corr.* m^2 *ex* brutianus **o**) **Do** brutianus **ux** 10 montanium **MDo** montanum **uxa** atticinum **Mouxa** acticinium **D** deprendisset **Mo** deprehendisset **uxa** depraehendisse **D** 11 caesari **Ma** caesar (cesar **u**) **Doux** atticinus **Ma** acticinium **D** atticinum **u** atticinium **o** athicinum *corr. ex nescio quo* **x** addidit **MDa** additis **oux** 12 cognitio est **Mouxa** cognitione **D** autem] aut **o** 13 κατὰ κεφάλεον **a** κατα κεφαλεα *Cat.* κατὰ κεσήλλιον **D** κατὰ κεσήλιον *Pomp. Laet., om.* **M** *et in lac.* **oux** (κατὰ σημεῖον *add, in lac.* m^2 **o**) (κεφάλαιον **i**) 14 bruttianus **MDa** brutianus **ux** brutinus **o** testamentum **MDa** ut testamentum **oux** atticini **ouxa** actinici **D** attici **M** 15 archana **ux** areana **Do** 16 indicabatur **Douxa** indicabat **M** enumerauit **Ma** et numerauit **Doux** crimina] termina **u** manifesta quae **M** manifestaque **Douxa** 17 possit **oux** regessit **o** regressit **ux** recessit **Ma** se gessit **D** 18 accusator **o** 19 intercideratque **Moa** inciderat-que **Dux** inspexeratque *Mommsen* 21 enim **Ma**, *om.* **Dux**, non enim *om.* **o** bruttiano **Ma** bructiano **o** brutiano **Dux** de aticino (acticino **D**) prorogauit **Dux** in *om.* **M** 22 bruttiano **Ma** bructiano **Do** brutiano **ux** iustissimum integritatis testimonium **Douxa** premium integritatis iustissimum **M** 23 gloriae **D**

Quod tibi scripsi, ut te sortitum prouinciam praemonerem, plurimum tibi credas nec cuiquam satis fidas, deinde scias, si quis forte te, quod abominor, fallat, paratam ultionem; qua tamen ne sit opus etiam atque etiam attende. neque enim tam iucundum est uindicari, quam decipi miserum. uale.

23.

C. PLINIVS TRIARIO SVO S.

Impense petis ut agam causam pertinentem ad curam tuam, pulchram alioqui et famosam. faciam, sed non gratis. 'qui fieri potest' inquis 'ut non gratis tu?'. potest: exigam enim mercedem honestiorem gratuito patrocinio: peto atque etiam paciscor ut simul agat Cremutius Ruso. solitum hoc mihi et iam in pluribus claris adulescentibus factitatum. nam mire concupisco bonos iuuenes ostendere foro, adsignare famae. quod si cui, praestare Rusoni meo debeo uel propter natales ipsius uel propter eximiam mei caritatem; quem magni aestimo in isdem iudiciis, ex isdem etiam partibus conspici audiri. obliga me, obliga ante quam dicat: nam cum dixerit, gratias ages. spondeo sollicitudini tuae, spei meae, magnitudini causae suffecturum. est indolis optimae, breui producturus alios, si interim prouectus fuerit a nobis. neque enim cuiquam tam clarum statim ingenium, ut possit emergere, nisi illi materia, occasio, fautor etiam commendatorque contingat. uale.

24.

C. PLINIVS MACRO SVO S.

Quam multum interest a quo quidque fiat! eadem enim facta claritate uel obscuritate facientium aut tolluntur altissime aut humillime deprimuntur. nauigabam per Larium nostrum, cum senior amicus ostendit mihi uillam atque etiam cubiculum, quod in lacum prominet: 'ex hoc' inquit 'aliquando municeps nostra cum marito se praecipitauit.' causam requisii. maritus ex diutino morbo circa uelanda corporis ul-

---

2 nec **Ma** ne **Doux** si quid **D** 3 uiltionem **u** opus] huius **Doux** 4 neque enim **Ma** quae **Doux** uindicari] iudicari **o**

7 TRIARIO **Mṣa** TRAIANO **Douxr** Friano **p** 8 imprense **u** 9 qui — 10 gratis *om.* **M** fieri potes **u** 10 tu? potest *Sichardus* tu potes **MDouxa** 11 agat *om.* **D** cremutius (*corr. ex* cremusius) rufo **x** 12 etiam **uxa** claris **Ma** gladiis **Doux** 15 magni *corr. m*^{2} *ex* magis **u** existimo et in hisdem etiam partibus **D** in isdem **M** in hisdem **u** in iisdem **x** in his **o** iisdem **a** 16 ex isdem **M** ex iisdem **oxa** ex hisdem **u** 17 dicat **Ma** dicam **Doux** dixerit **MDuxa** dixeris **o** sollicitudine **M** 19 prouectus **Mouxa** productus **Dr** nobis] nouis **u** 20 ingenium est ut **a** 21 illa **u** fauor **o** -que *om.* **D**

24 a quo quidque *Keil*^{1} quid a quoque **MDouxa** a quo quid *Keil*^{2} quid a quo *Casaubon* facta *om.* **u** 29 causam (-a- *poster. loco m*^{1} *in ras.* **u** requisii **ouxa** requisiui **MD** diutino corporis (at morbo *add. in marg. m*^{1}) **x** ualenda **u**

ceribus putrescebat: uxor ut inspiceret exegit; neque enim quemquam
4 fidelius indicaturum, possetne sanari. uidit, desperauit: hortata est ut
moreretur comesque ipsa mortis, dux immo et exemplum et necessitas
5 fuit. nam se cum marito ligauit abiecitque in lacum. quod factum ne
mihi quidem, qui municeps, nisi proxime auditum est, non quia minus
illo clarissimo Arriae facto, sed quia minor ipsa. uale.

25.

C. PLINIVS HISPANO SVO S.

1 Scribis Robustum, splendidum equitem Romanum, cum Atilio Scauro,
amico meo, Ocriculum usque commune iter peregisse, deinde nusquam
comparuisse: petis ut Scaurus ueniat nosque, si potest, in aliqua in-
2 quisitionis uestigia inducat. ueniet; uereor ne frustra. suspicor enim
tale nescio quid Robusto accidisse, quale aliquando Metilio Crispo,
3 municipi meo. huic ego ordinem impetraueram atque etiam proficis-
scenti quadraginta milia nummum ad instruendum se ornandumque do-
naueram, nec postea aut epistulas eius aut aliquem de exitu nuntium
4 accepi. interceptusne sit a suis an cum suis dubium: certe non ipse,
5 non quisquam ex seruis eius apparuit, ut ne Robusti quidem. experia-
mur tamen, arcessamus Scaurum: demus hoc tuis, demus optimi adu-
lescentis honestissimis precibus, qui pietate mira, mira etiam sagacitate
patrem quaerit. di faueant, ut sic inueniat ipsum, quem ad modum
iam cum quo fuisset inuenit! uale.

26.

C. PLINIVS SERVIANO SVO S.

1 Gaudeo et gratulor quod Fusco Salinatori filiam tuam destinasti.
domus patricia, pater honestissimus, mater pari laude; ipse est studio-

---

1 neque **Ma** nec **Doux** quicquam **ux** 2 indicaturum **MDoux** iudicaturum **p** *Cat.* **ia** *fortasse recte* possetne **Ma** posset nec **D** posse nec **oux** uidit **Ma**, *om.* **Doux** 4 secum] socium **u** ne] nec **o** 6 **a** (*incepto* arrie) *ante* clarissimo *del.* **x** ariae **D** minor est ipsa **a**

8 HISTANO **D** 9 scribis (scribit **D**) — romanum **MDa** scribit robustus splendidus eques romanus **oux** cum] tum **D** attilio **Dx** scauro **Dox** schauro **u** Caro **a** Scauro — usque *om.* **M** 10 peregisse **MDoux** fecisse **a** nunquam **D** 11 scaurus **M** carus **Douxa** inquisitiones **M** 12 ueniet **Ma** ueniat **Doux** suspicet **D** 13 qui **D** 14 ordinem **M** ordines **Douxa** 15 quadraginta **MDoux** quadringenta **a** 16 aut aliquem] aliquam **D** 17 interceptusne sit **MDa** interceptus nece sit **oux** a *corr. ex* an **M** suis non dubium **a** ipse (-se m^2 *in ras.*) **u** 18 non *om.* **a** quisque **o** ut ne robusti quidem experiamur (experamur **D**) tamen **MDoux** utinam ne in Robusto idem experiamur, tamen *Ber.* **a** utinam ne Robusto idem experiamur tamen **r** 19 arcessamus **a** arcersamus **M** accersamur **Doux** scaurum **MDo** schaurum **ux** Carum **a** 20 pietatem ira mira etiam **M** pietate mira etiam **a** pietatem mira etiam **Do** pietatem miram etiam **ux** pietate summa, mira etiam *Sichardus* 21 di **M** dii **Douxa** faueant] faciant *coni. Keil* inueniant **M** 22 inuenit] inueni **a** uale *om.* **D**

25 gaudeo *corr.* m^1 *ex* gadeo **u** distinasti **M** 26 est **Douxa**, *om.* **M**

sus, litteratus, etiam disertus, puer simplicitate, comitate iuuenis, senex grauitate. neque enim amore decipior. amo quidem effuse (ita officiis, 2 ita reuerentia meruit), iudico tamen, et quidem tanto acrius, quanto magis amo, tibique, ut qui explorauerim, spondeo habiturum te genе- rum, quo melior fingi ne uoto quidem potuit. superest ut auum te 3 quam maturissime similium sui faciat. quam felix tempus illud, quo mihi liberos illius, nepotes tuos, ut meos uel liberos uel nepotes, ex uestro sinu sumere et quasi pari iure tenere continget! uale.

27.

C. PLINIVS SEVERO SVO S.

Rogas ut cogitem, quid designatus consul in honorem principis 1 censeas. facilis inuentio, non facilis electio; est enim ex uirtutibus eius larga materia: scribam tamen uel, quod malo, coram indicabo, si prius haesitationem meam ostendero. dubito num idem tibi suadere quod mihi debeam. designatus ego consul omni hac, etsi non adulatione, 2 specie tamen adulationis abstinui; non tamquam liber et constans, sed tamquam intellegens principis nostri, cuius uidebam hanc esse praecipuam laudem, si nihil quasi ex necessitate decernerem. recordabar etiam 3 plurimos honores pessimo cuique delatos, a quibus hic optimus separari non alio magis poterat quam diuersitate censendi; quod ipsum non dissimulatione et silentio praeterii, ne forte non iudicium illud meum, sed obliuio uideretur. hoc tunc ego: sed non omnibus eadem 4 placent, nec conueniunt quidem. praeterea faciendi aliquid non faciendiue ratio cum hominum ipsorum tum rerum etiam ac temporum condicione mutatur. nam recentia opera maximi principis praebent facul- 5

1 etiam disertus (desertus **M**) puer **Ma** etiam disertus etiam puer **Doux** 2 amo] a me **x** equidem **u** effuse et ita **a** officiis **M** 3 iudico **u** iudicio **MDoxa** et quidem] equidem **D** 4 tibique **Ma** tibi quidem **Doux** te *om.* **D** 6 similium **M** simillimum **Douxa** 7 liberos *priore loco*] libros **u** 8 uestro] nostro **D** sinu sumere] sum summere **u** continget **M** contingat **a** contigerit **D** contingeret **oux** uale *om.* **o**

10 saeuero **o** 11 roges **u** 12 censeo **a** 13 scribam tamen uel quod malo (mallo **M**) coram indicabo **Mrς** tam uel quod malo quodam indicabo **Dx** tam quod (q*ſ* *in ras. trium fere litt.* **u**) malo indicabo **ou** tamen quod sentiam indicabo **a** 14 (dubito num i) suadere **Ma** suadebo **Doux** 16 specie] spem **o** tamquam *corr. m*^{1} *ex* tamen *incepto* **M** 17 principi **x** cuius **MDoxa** cui **u** uidebant **D** 18 decernerem **Mia** decerneret (*corr. m*^{3} *ex fortasse* decernent **u**) **Dou** decernent **x** 19 pessime **Dou** cuique *corr. ex* cui **M** seperari **o** 20 alio modo magis **a** (modo *add. et* **i**) 21 praeteriri **oux** 23 nec conueniunt quidem **MDouxa** ne *corr. ex* nec **i** ne conueniunt quidem *Gesner: cf. X. 51. 2; 54. 2* faciendi aliquid non faciendi ueratio **M** faciendi aliquid uel non faciendi uera ratio **a** faciendi faciendum **u** uera ratio **Doux** 24 conditione mutatur **Mr** *Cat.* conditionem (conditione ia) initur **Dia** conditio nuntiatur **o** conditio (condictio **u**) minantur **ux** condicione inmittitur *coni. Kuhula* 25 maxime **M**

tatem noua, magna, uera censendi. quibus ex causis, ut supra scripsi, dubito an idem nunc tibi quod tunc mihi suadeam. illud non dubito, debuisse me in parte consilii tui ponere, quid ipse fecissem. uale.

28.

C. PLINIVS PONTIO SVO S.

1 Scio, quae tibi causa fuerit impedimento quo minus praecurrere aduentum meum in Campaniam posses. sed quamquam absens, totus huc migrasti: tantum mihi copiarum qua urbanarum qua rusticarum 2 nomine tuo oblatum est, quas omnis improbe accepi tamen. nam me tui ut ita facerem rogabant, et uerebar ne et mihi et illis irascereris, si non fecissem. in posterum, nisi adhibueris modum, ego adhibebo; et iam tuis denuntiaui, si rursus tam multa attulissent, omnia rela- 3 turos. dices oportere me tuis rebus ut meis uti: etiam; sed perinde illis ac meis parco. uale.

29.

C. PLINIVS QVADRATO SVO S.

1 Auidius Quietus, qui me unice dilexit et, quo non minus gaudeo, probauit, ut multa alia Thraseae (fuit enim familiaris) ita hoc saepe referebat, praecipere solitum suscipiendas esse causas aut amicorum 2 aut destitutas aut ad exemplum pertinentes. cur amicorum, non eget interpretatione: cur destitutas? quod in illis maxime et constantia agentis et humanitas cerneretur: cur pertinentes ad exemplum? quia 3 plurimum referret, bonum an malum induceretur. ad haec ego genera causarum, ambitiose fortasse, addam tamen claras et inlustres. aequum

---

1 supra] scilicet **u** 2 quod] quid **D** 3 parte **M** partes **Douxa** quid] quod *Sichardus*

5 SVO *om.* **M** 6 praecurrere minus **D** 7 quamquam] umquam **M** 8 huc] hoc **D** qua urbanarum qua rusticarum **MD** quam urbanarum quam rusticarum **oux** tam urbanarum quam rusticarum **a** 9 omnes **Dx** improle **D** improbe quidem *Sichardus* nam me tui (metui **o**) **ouxpra** nam me tu **D** nam et tui **M** 10 et] ut **Doux** ne mihi **D** 11 fecissem *corr. ex* fecessem **M** imposterum **o** adhibueris **Douxa** adhibueritis **M** 12 et iam] etiam **a**, *om.* **oux** tam multa talis sent omnia relituros **M** multa m^1 *in ras. litterarum* attulis **u** 13 uti etiam *corr. ex* etiam uti **M**

16 suo suo salutem **u** 17 et] **a o** et cui non minimum gaudeo **a** 18 ut] et **M** gaudeo ut multa alia trasee probauit (fuit enim familiaris) *corr. ex* gaudeo probauit ut multa alia (fuit enim Thraseae familiaris) *(Ber.)* i^2 (probauit *in contextu Beroaldi perperam deletum fortasse serius non autem in proprium locum reposuit* i^2) hoc] hec **x** 19 praecipere (*corr.* m^2 *ex* praecipue **t**) solitum **Mta** praecipere solebat **coux** praecipere ferebat solebat **D** 20 aut ad exemplum *in ras.* m^1 **u** ad *om.* **M** pertinentes **D** pertinentis **Moux** pertinenteis **a** 22 pertinentis **MDoux** pertinenteis **a** 23 referret **MDu** referet **a** refert **ox** induceretur **MDa** duceretur **o** diceretur **ux** generes **D**

enim est agere non numquam gloriae et famae, id est suam causam. hos terminos, quia me consuluisti, dignitati ac uerecundiae tuae statuo.

Nec me praeterit usum et esse et haberi optimum dicendi magi- 4
strum: uideo etiam multos paruo ingenio, litteris nullis, ut bene agerent agendo consecutos. sed et illud, quod uel Pollionis uel tamquam 5
Pollionis accepi, uerissimum experior, 'commode agendo factum est ut saepe agerem, saepe agendo ut minus commode', quia scilicet adsiduitate nimia facilitas magis quam facultas, nec fiducia sed temeritas
paratur. nec uero Isocrati quo minus haberetur summus orator offecit, 6
quod infirmitate uocis, mollitia frontis ne in publico diceret impediebatur. proinde multum lege, scribe, meditare, ut possis, cum uoles, dicere; dices, cum uelle debebis.

Hoc fere temperamentum ipse seruaui. non numquam necessitati, 7
quae pars rationis est, parui. egi enim quasdam a senatu iussus, quo tamen in numero fuerunt ex illa Thraseae diuisione, hoc est ad exemplum pertinentes. adfui Baeticis contra Baebium Massam: quaesitum 8
est, an danda esset inquisitio; data est. adfui rursus isdem querentibus de Caecilio Classico: quaesitum est, an prouinciales ut socios
ministrosque proconsulis plecti oporteret; poenas luerunt. accusaui 9
Marium Priscum, qui lege repentundarum damnatus utebatur clementia legis, cuius seueritatem immanitate criminum excesserat; relegatus est. tuitus sum Iulium Bassum ut incustoditum nimis et incautum ita 10
minime malum; iudicibus acceptis in senatu remansit. dixi proxime 11
pro Vareno postulante ut sibi in uicem euocare testes liceret; impetratum est. in posterum opto ut ea potissimum iubear, quae me deceat uel sponte fecisse. uale.

---

1 enim est ouxa est enim **MD** famae — 2 dignitati (consuluisti *corr. ex* consoluisti) **M** famae idem dignitati **Douxa** 3 statuto **D** 4 usum et esse **M** id usum esse **Doux** usitatum esse **a** 6 illud — 7 accepi (polionis *utroque loco* **M**) **Ma** illos uel pollionis accepi **Doux** 7 (tanquam *ante* uerissimum *del.* **i**) 8 ut minus **Ma** tum est ut minus **D** tamen est ut minus **oux** 9 quam *ante* magis quam *del.* **x** 10 socrati *corr. ex* isocrati **M** offecit **ua** effecit **MDox** 12 scribe] scrib **D** uoles] uelis **x** 13 dices] dicas *Kortte* 14 seruauit **Doux** necessitate **Dou** 15 pars pars **M** egit **Do** 16 tamen] etiam *coni. Otto* quae tertio in numero fuerunt *Casaubon* exilia thraseae (traseae **D**) diuisiones (diuisionis **ux**) **Doux** 17 bethicis **ux** Bethycis **a** bebium (baebium **D**) bassum **Doux** 18 rursus isdem (iisdem **a**) **Ma** rursus idem **D** rursus rursus idem **oux** quaerentibus **MD** 19 cecilio **o** celio **ux** 20 paenas **M** luere **D** 21 Marium] marcum **M** 22 seueritate **ou** 23 nimis et incautum **Ma** nimis reatum **D** nimis et cautum **oux** 24 (accoeptis **i** *corr. ex* accoeptus *Ber.*) 25 euocare testes **Ma** uocare testes (testis **o**) **Doux** imperatum **Do** 26 imposterum **o** ut ea **Ma** ut inam **D** utinam **ux** ea **o** ut prȩ iubearque **D**

30.

C. PLINIVS FABATO PROSOCERO SVO S.

1 Debemus mehercule natales tuos perinde ac nostros celebrare, cum laetitia nostrorum ex tuis pendeat, cuius diligentia et cura hic hilares,
2 istic securi sumus. uilla Camilliana, quam in Campania possides, est quidem uetustate uexata; ea tamen quae sunt pretiosiora aut integra
3 manent aut leuissime laesa sunt. attendimus ergo ut quam saluberrime reficiantur. ego uideor habere multos amicos, sed huius generis, cuius
4 et tu quaeris et res exigit, prope neminem. sunt enim omnes togati et urbani. rusticorum autem praediorum administratio poscit durum aliquem et agrestem, cui nec labor ille grauis nec cura sordida nec
5 tristis solitudo uideatur. tu de Rufo honestissime cogitas: fuit enim filio tuo familiaris. quid tamen nobis ibi praestare possit ignoro, uelle plurimum credo. uale.

31.

C. PLINIVS CORNELIANO SVO S.

1 Euocatus in consilium a Caesare nostro ad Centum Cellas (hoc
2 loco nomen) magnam cepi uoluptatem. quid enim iucundius, quam principis iustitiam, grauitatem, comitatem in secessu quoque, ubi maxime recluduntur, inspicere? fuerunt uariae cognitiones et quae uirtutes iudicis per plures species experirentur.

3 Dixit causam Claudius Aristion, princeps Ephesiorum, homo munificus et innoxie popularis: inde inuidia et a dissimillimis delator immissus: itaque absolutus uindicatusque est.

4 Seqenti die audita est Gallitta adulterii rea. nupta haec tribuno militum honores petituro et suam et mariti dignitatem centurionis amore maculauerat: maritus legato consulari, ille Caesari scripserat.

---

2 FABATO *om.* o PROSOCERO *om.* Mpa 3 mehercules notales D celebrare celebrare M 4 tuis Ma suis Doux pondeat u et MDa ac oux 5 camilliana MD camiliana oux Camiliani a 6 ea a et Doux, *om.* M 7 attendimus Ma attendemus Doux quam] quasi x 8 cuius *om.* u 9 res *corr. ex* es x exigens Doux 11 neque labor a 12 solitudo MDua solicitudo ox honestissime Mxa honestissimo Dou 13 quid] quidem ux nobis ibi praestare possit M nobis ibi praestare poscit D noui sibi praestare poscit ouxa 14 credo Douxa scio M

16 CORNELLIANO D 17 in *om.* D concilium M hoc loco nomen magnam Ma hoc longo nomine maximam Doux hoc loco nomen longe maximam rς 19 gratuitatem u secussu M ubi haec maxime a ubi maxime animi *Reifferscheid* 20 cogitationes ox 21 reperirentur D 22 claudius aristion Duxa ·L· claudius Aristion o claudius ariston M 23 innoxie (innoxię o) popularis MDoux innoxiae popularitatis ça et ab dissimillimis delator a et ad dissimillimum delator Doux et dissimillimis dissimilis | delator (-ssimilis *in marg. infer., plane ex syllaba* di- *in fine paginae uerbi* dilator *deriuatum*) M 25 est *om.* ox gallitta D galitta ouxa gallitia M mulier adulterii ux 26 suum o 27 caesaris M

Caesar excussis probationibus centurionem exauctorauit atque etiam relegauit. supererat crimini, quod nisi duorum esse non poterat, reliqua pars ultionis. sed maritum non sine aliqua reprehensione patientiae amor uxoris retardabat, quam quidem etiam post delatum adulterium domi habuerat, quasi contentus aemulum remouisse. admonitus ut perageret accusationem peregit inuitus. sed illam damnari etiam inuito accusatore necesse erat: damnata et Iuliae legis poenis relicta est. Caesar et nomen centurionis et commemorationem disciplinae militaris sententiae adiecit, ne omnis eius modi causas reuocare ad se uideretur. "Tertio die inducta cognitio est multis sermonibus et uario rumore iactata, Iuli Tironis codicilli, quos ex parte ueros esse constabat, ex parte falsi dicebantur. substituebantur crimini Sempronius Senecio, eques Romanus, et Eurythmus, Caesaris libertus et procurator. heredes, cum Caesar esset in Dacia, communiter epistula scripta petierant ut susciperet cognitionem. susceperat: reuersus diem dixerat, et cum ex heredibus quidam quasi reuerentia Eurythmi omitterent accusationem, pulcherrime dixerat 'nec ille Polyclitus est nec ego Nero'. indulserat tamen petentibus dilationem, cuius tempore exacto consederat auditurus. a parte heredum intrauerunt duo omnino: postulauerunt, ut omnes heredes agere cogerentur, cum detulissent omnes, aut sibi quoque desistere permitteretur. locutus est Caesar summa grauitate, summa moderatione, cumque aduocatus Senecionis et Eurythmi dixisset suspicionibus relinqui reos, nisi audirentur, 'non curo' inquit, 'an isti suspicionibus relinquantur, ego relinquor'. dein conuersus ad nos, 'ἐπιστήσατε quid facere debeamus: isti enim queri uolunt,

1 excussis **Muxa** excussit **Do** 6 illam *om.* **M** 7 iulie legis penis *corr. ex* iulie pen legis penis **x** 9 ne **MDa** nec **oux** causas **Ma** causa **Doux** 10 tertia **D** uariorum ore **M** 11 Iulii Tyronis **a** Iuli tyronis **x** codicilli **MDouxi** codicillis **rça** de Iulii Tironis codicillis *Casaubon* 12 crimini *om.* **u** sempronius **Ma** semiro conius **D** se miro ronius **oux** senetio **ou** 13 Romanus] ·R· **M** ro· **x** eurithmus **D** Eurithinus (*corr.* m^1 *ex* Eurithmis **u**) **ux** (Eurythmus **i**) 14 caesar **Ma** caesare **Doux** in Dacia **ça** in dacta **D** indacta **ou** inducta **x** inde acta **p** inde data **r** inpatia **M** petierat **o** 15 cognitionem susceperat *om.* **M** dixerat (-ix- m^2 *in ras.* **u**) **Douxa** dederat **M** 16 ex *om.* **M** eurythmi omitterent **M** eurythmo (eurithmo **D** eurithmio **x** eurithinio **u**) mitterent **Doux** Eurythmi remitteret **a** (Eurythmo **i**) 17 polyclitus **Mx** Polycletus *Ber.* **a** policritus **D** poliphagus (-iphagus m^2 *in ras.*) **o** poly ditus (*in marg.* al' pollicitus) **u** incluserat **o** induxerat **D** 18 temporis **Dux** 19 a parte] aperte **Doux** postularunt **a** 20 ut **Douxpça**, *om.* **Mr** aut *Keil* ut aut *C. F. W. Müller* (aut **s**) 22 summa *om.* **u** senetionis **ou** senectionis **D** eurithmi **D** eurithymi **u** eurythimi **x** 23 relinqui reos **Douxa** relinquitur *uel fortasse* relinqui *corr. ex* relinquantur **M** audiretur **oux** 24 dein **Ma** deinde **Doux** relinquor *corr. ex* relinqor **M** 25 ἐπιστήσατε *Keil* ЄΠΙCΤΗ.ΑΤΑΙ **M** ἐπίστασθε **a** ἐνιστήσατε **Dç** ἔνστησασθε *al.* κατασταστήσατε **i** κατασταστησατε *Cat., om. in lac.* (ἐνεστήσατε *add. in lac.* m^2 **o**) **oux** queri uolunt **Doxpra** quaeri uolunt **Mu** quaeri nolunt *Keil* queri uolunt, quod sibi non licuerit non accusare *Gesner* queri uolunt, quod sibi non licuerit accusare *Schaefer* queri uolunt, quod illis licuerit non accusare *Kukula*

quod sibi licuerit non accusare'. tum ex consilii sententia iussit denuntiari heredibus omnibus, aut agerent aut singuli approbarent causas non agendi; alioqui se uel de calumnia pronuntiaturum.

13 Vides quam honesti, quam seueri dies, quos iucundissimae remissiones sequebantur. adhibebamur cotidie cenae: erat modica, si principem cogitares. interdum acroamata audiebamus, interdum iucundis-
14 simis sermonibus nox ducebatur. summo die abeuntibus nobis (tam diligens in Caesare humanitas) xenia sunt missa. sed mihi ut grauitas cognitionum, consilii honor, suauitas simplicitasque conuictus, ita locus ipse periucundus fuit.

15 Villa pulcherrima cingitur uiridissimis agris, imminet litori, cuius in sinu fit cum maxime portus. huius sinistrum brachium firmissimo
16 opere munitum est, dextrum elaboratur. in ore portus insula adsurgit, quae inlatum uento mare obiacens frangat tutumque ab utroque latere decursum nauibus praestet. adsurgit autem arte uisenda: ingentia saxa latissima nauis prouehit: contra haec alia super alia deiecta ipso pon-
17 dere manent ac sensim quodam uelut aggere construuntur. eminet iam et apparet saxeum dorsum impactosque fluctus in immensum elidit et tollit. uastus illic fragor canumque circa mare. saxis deinde pilae adicientur, quae procedente tempore enatam insulam imitentur. habebit hic portus et iam habet nomen auctoris eritque uel maxime salutaris. nam per longissimum spatium litus importuosum hoc receptaculo utetur. uale.

1 licuerit] placuerit x tum] tamen D consilii MDa consulis oux 2 aut agerent Drʂa ut agerent Mouxp ut aut agerent *coni. C. F. W. Müller* singulari u adprobarent Ma adpronocarent D approuocarent oux 4 iocundissime ux remissionis Doux 5 adhibebamur MDa adhibebamus x adhibeamus u addebamus o coena Do cena ux 6 cogitares MOo cogites a considerares ux acroamata Mia ἀκρόαματα a accromata u accroamata x arromata D iocundissimos u 7 adeuntibus ux tam Ma quam Doux 8 humanitas fuit xenia a 9 ₂cognitionum *corr. ex* cognitionem M coniunctus ox 10 periundus D 1 in sinu fit (fluit Doux) cum maxime portus MDouxp in sinu amphitheatrum r in sinu portus uelut amphitheatrum ʂa in sinu quam maximus portus uelut amphitheatrum *edit. Elzeu. 1640 et al.: cf. Rut. Nam. De red. I. 239* 13 opere remunitum D in ore] more ux portus *om.* ʂa 14 quae illatum a quae in lacum Dox quo in lacum u quem inlatum M quae inflatum *Mommsen* mare *om.* x 15 ingentia] ingenda D arcte *corr. m*² *uel m*³ *ex* arte o 16 contra] onera *Kukula, uncis inclusit Gesner* prouehit contra: haec *Kortte* super alia *om.* u deiecta Ma delecta (*corr. ex* deuecta o) oux deleta D 17 manet ac sensum (sensim x) ux manent ac sensum D uelut quodam D construunt u contruunt x eminet iam et Ma eminentia Dcoux eminetam et t 18 saxeum dorsum Douxa os saxeum M 19 ille D 20 adiiciuntur ʂa adiicientur x procedente Ma procedenti Doux imitentur] limitent *Mommsen* 21 et iam habet] habet etiam D iam habet *om.* a hic portus habet etiam nomen (*om.* habebit) ʂ 22 inportuosum Douxa inęstuosum M hoc *corr. ex* hocr x

32.

C. PLINIVS QVINTILIANO SVO S.

Quamuis et ipse sis continentissimus et filiam tuam ita institueris, 1
ut decebat filiam tuam, Tutili neptem, cum tamen sit nuptura honestissimo uiro, Nonio Celeri, cui ratio ciuilium officiorum neccessitatem quandam nitoris imponit, debet secundum condicionem mariti ueste, comitatu augeri; quibus non quidem augetur dignitas, ornatur tamen et instruitur. te porro animo beatissimum, modicum facultatibus scio 2
itaque partem oneris tui mihi uindico et tamquam parens alter puellae nostrae confero quinquaginta milia nummum, plus collaturus, nisi a uerecundia tua sola mediocritate munusculi impetrari posse confiderem ne recusares. uale.

33.

C. PLINIVS ROMANO SVO S.

'Tollite cuncta' inquit 'coeptosque auferte labores.' 1
seu scribis aliquid seu legis, tolli, auferri iube et accipe orationem meam, ut illa arma, diuinam (num superbius potui?), re uera ut inter meas pulchram: nam mihi satis est certare mecum.

Est haec pro Attia Viriola, et dignitate personae et exempli rari- 2
tate et iudicii magnitudine insignis. nam femina splendide nata, nupta praetorio uiro, exheredata ab octogenario patre intra undecim dies, quam ille nouercam ei amore captus induxerat, quadruplici iudicio bona paterna repetebat. sedebant iudices centum et octoginta (tot 3
enim quattuor consiliis conscribuntur): ingens utrimque aduocatio et numerosa subsellia, praeterea densa circumstantium corona latissimum iudicium multiplici circulo ambibat. ad hoc stipatum tribunal, atque 4

3 instituris u 4 filiam tuam Douxa tuam filiam M Tutilii a tutilli D tamen] tum D nuptura (-a m^1 *in ras.*) u 5 caeleri o 6 conditionem MD conditiones oxa condictiones u ueste — s instruitur (augeri *om.* M, instruit' M) Mrça ueste comitatu quibus non quidem agitur (quidem agitur *corr. ex* agitur quidem x) dignitas ornatus tamen instrui Doux ueste comitateque decorari quibus — s instruitur *cod. Pragensis (teste Keil)* uti ueste comitatu quibus — s instruitur *Mommsen* ueste comitatu quibus non quidem (quidem *om. Sichardus*) augetur dignitas, ornatur tamen instrui *Sichardus, Gruter e cod. Palatino* s scio *corr. ex* sio M 11 posses D

15 Tollite] *Verg. Aen. VIII. 439* certosque o 16 accipe *om.* o 17 illa MDo illi uxa diuinam *Sichardus et Casaubon* diuina MDouxa num Ma suum Doux 18 pulchra Doux 19 attia Mcux actia D accia a uiriola pr uirriola MDoux Variola a 21 praetorio Mx praetori Doua octoginario M undecim' ·xi· ux 22 ille nouercam ei amore Douxa illi nouercam amore M quadriplici M 23 iudices centum et octoginta (octuaginta u) Douxa centum et octoginta iudices M 24 conscribuntur Doupi *Cat.* a describuntur x colliguntur M aduocatio et numerosa subsellia praeterea densa circumstantium M aduocatorum et numerosa subsellia (subselia u) praestantium Douxa 25 praestantium *in contextu et in marg. nota dubitationis signauit* i

etiam ex superiore basilicae parte qua feminae qua uiri et audiendi, quod difficile, et, quod facile, uisendi studio imminebant. magna exspectatio patrum, magna filiarum, magna etiam nouercarum. secutus
5 est uarius euentus. nam duobus consiliis uicimus, totidem uicti sumus. notabilis prorsus et mira eadem in causa, isdem iudicibus, isdem ad- 5 uocatis, eodem tempore tanta diuersitas. accidit casu, quod non casus
6 uideretur. uicta est nouerca, ipsa heres ex parte sexta, uictus Suburanus, qui exheredatus a patre singulari impudentia alieni patris bona uindicabat, non ausus sui petere.

7 Haec tibi exposui, primum ut ex epistula scires quae ex oratione 10 non poteras; deinde (nam detegam artes) ut orationem libentius legeres, si non legere tibi, sed interesse iudicio uidereris: quam, sit licet
8 magna, non despero gratiam breuissimae impetraturam. nam et copia rerum et arguta diuisione et narratiunculis pluribus et eloquendi uarietate renouatur. sunt multa (non auderem nisi tibi dicere) elata, multa 15
9 pugnacia, multa subtilia. interuenit enim acribus illis et erectis frequens necessitas computandi ac paene calculos tabulamque poscendi,
10 ut repente in priuati iudicii formam centumuirale uertatur. dedimus uela indignationi, dedimus irae, dedimus dolori et in amplissima causa,
11 quasi magno mari, pluribus uentis sumus uecti. in summa solent 20 quidam ex contubernalibus nostris existimare hanc orationem, iterum dicam, ut inter meas ὑπὲρ Κτησιφῶντος esse: an uere, tu facillime iudicabis, qui tam memoriter tenes omnes, ut conferre cum hac, dum hanc solam legis, possis. uale.

---

2 quod difficile et quod facile uisendi a quod dificile et facile uisendi **M** quod difficile (dificile **D**) uisendi **Doux** quod erat difficile et uisendi *Sichardus* imminebat **M** 5 isdem **MDu** iisdem **oxa** isdem **Mou** iisdem **xa** isedem **D** 6 casu quod non (non quod **M**) casus uideretur **MDa** casu quidem non casus uideretur (uidetur **o**) **oux** casu quidem sed non ut casus uideretur *Sichardus, post* diuersitas *interpunxit Kukula* 7 heredes **M** Suburanus *Mommsen* Subarranus *Cat.* **i** suberinus **Ma** subberimus **D** suberrimus **o** saluberrimus **ux** 8 ex hereditatus **u** a **Mia**, *om.* **Douxr** *Ber.* patre] paree **u** imprudentia **o** bona *corr. ex* boni **x** 9 sui **Ma** suis **Doux** 10 haec] Nec **u** oratione] ratione **o** 12 uideris **Du** 13 breuissime **oxa** impetratura **D** 14 naraciuncula **D** narratiuncula **oux** plusibus et eloquentii **M** 16 pugnacia **x** pugnatia **M** pugnantia **Doua** 17 calculo stabulamque **M** 18 ut re presente in **ux** centumuirale **Ma** *et* **i**, *ut uidetur* centumuiralem **Doux** 19 in *om.* **D** 20 sumus] summus **u** 21 quidem **D** hanc orationem *corr. ex* hanc nostram orationem **x** 22 dicam ut inter meas ὑπὲρ Κτησιφῶντος esse **Dꝙa** *et* (*Graecis in lac. omissis; add. in lac* m^2 **o**) **oux** dicam praecipiam ut inter meas esse **M** dicam praecipuam, ut inter meas, ὡς ὑπὲρ Κτησιφῶντος esse *Cat.*^{2} an uere] annuere **D** 23 conferri **u**

34.

C. PLINIVS MAXIMO SVO S.

Recte fecisti quod gladiatorum munus Veronensibus nostris pro- 1
misisti, a quibus olim amaris, suspiceris, ornaris. inde etiam uxorem
carissimam tibi et probatissimam habuisti, cuius memoriae aut opus
aliquod aut spectaculum atque hoc potissimum quod maxime funeri
debebatur. praeterea tanto consensu rogabaris, ut negare non con- 2
stans sed durum uideretur. illud quoque egregie, quod tam facilis,
tam liberalis in edendo fuisti. nam per haec etiam magnus animus
ostenditur. uellem Africanae, quas coemeras plurimas, ad praefinitum 3
diem occurrissent: sed licet cessauerint illae tempestate detentae, tu
tamen meruisti ut acceptum tibi fieret, quod quo minus exhiberes non
per te stetit. uale.

C. PLINI CAECILI SECVNDI EPISTVLARVM

LIBER SEPTIMVS

1.

C. PLINIVS GEMINO SVO S.

Terret me haec tua tam pertinax ualetudo, et quamquam te tem- 1
perantissimum nouerim, uereor tamen ne quid illi etiam in mores tuos
liceat. proinde moneo patienter resistas: hoc laudabile, hoc salutare. 2

3 fecistis **M** gladiatorum **Douxpr** gladiatorium **M**^{2}**a** 4 amatis **o** susciperis **D** uxorem etiam **u** 5 et probatissimam *om.* **a** aut opus — 7 debebatur **Ma** aut opus (opud **x**) aliquod (aliquid **u**) maxime funebre debeatur (uideatur **D**) **Doux** aut *ante* opus *add.* **i**, **a** te *autem (Bur.) sine nota relicto* aut spectaculum atque hoc potissimum quod *in marg. add.* **i** quod *spq. obelo notauit C. F. W. Müller* aut opus aliquod aut spectaculum atque hoc potissimum, quod maxime funebre, debebatur *Kukula* 6 maxime *del.* **i** 7 (debebatur **i**) rogaueris **D** 8 egregium *Sichardus* 9 addendo **x** 10 affricane **u** commemoras **ux** 11 (occurrissent **i**) illa tempestate (*corr. ex* illa d tempestate **x**) detenta **oux** illae tempestate detenta **D** 13 *inter* per *et* te *ras. duarum litt.* **o**

EXPLICITVS LIB SEXTVS INCIP LIBER SEPTIMVS **M** C · PLINII · SECVNDI · NOVOCOMENSIS · EPISTOLARVM · LIBER · SEXTVS · EXPLICIT · INCIPIT · SEPTIMVS **D** C · PL · Secundi Veronensis Epistularum Liber Septimus incipit feliciter **o** Caii Plinii Scdi Epistolarum liber sextus explicit. Eiusdem liber septimus Incipit feliciter **u** C · PLINII SECVNDI EPISTOLARVM LIBER · VI · EXPLICIT · EIVSDEM LIBER · VII · INCIPIT · LEGE FELICITER · **x** C · PL · SECVNDI EPISTOLARVM LIBER SEPTIMVS **a**

18 GEMINO **Mo** GEMINIO **Dux** RESTITVTO **a** 19 te temperantissimum **Mx** te temperatissimum (*corr. ex* temperatissimum te **D**) **Doua** 20 etiam] et **ux** tuos **Ma** suos **Doux**

3 admittit humana natura quod suadeo. ipse certe sic agere sanus cum meis soleo, 'spero quidem, si forte in aduersam ualetudinem incidero, nihil me desideraturum uel pudore uel paenitentia dignum; si tamen superauerit morbus, denuntio ne quid mihi detis nisi permittentibus medicis sciatisque, si dederitis, ita uindicaturum, ut solent alii quae
4 negantur'. quin etiam cum perustus ardentissima febre, tandem remissus unctusque acciperem a medico potionem, porrexi manum utque
5 tangeret dixi admotumque iam labris poculum reddidi. postea cum uicensimo ualetudinis die balineo praepararer mussantesque medicos repente uidissem, causam requisiui. responderunt posse me tuto la-
6 uari, non tamen omnino sine aliqua suspicione. 'quid' inquam 'necesse est?' atque ita spe balinei, cui iam uidebar inferri, placide leniterque dimissa ad abstinentiam rursus non secus ac modo ad balineum ani-
7 mum uultumque composui. quae tibi scripsi, primum ut te non sine exemplo monerem, deinde ut in posterum ipse ad eandem temperantiam adstringerer, cum me hac epistula quasi pignore obligassem. uale.

2.

C. PLINIVS IVSTO SVO S.

1 Quem ad modum congruit ut simul et adfirmes te adsiduis occupationibus impediri et scripta nostra desideres, quae uix ab otiosis
2 impetrare aliquid perituri temporis possunt? patiar ergo aestatem inquietam uobis exercitamque transcurrere et hieme demum, cum credibile erit noctibus saltem uacare te posse, quaeram, quid potissimum
3 ex nugis meis tibi exhibeam. interim abunde est, si epistulae non sunt molestae; sunt autem, et ideo breuiores erunt. uale.

1 certe m^1 *in ras.* o 3 patientia a 4 detis **M** detur a desit **Doux** 5 iudicaturum o alii quae **MDa** aliquid u aliquod x aliquod *corr.* m^2 *ex* aliquid o 6 febri a demissus o 7 uictusque acciperem **D** uinctusque accipere **ux** porrexit **oux** utque rς ut quae **M** ut quem **Doux** ut a 8 intangeret **ux** reddidit x 9 uigesimo x praeparare o medicos repetente o medico repetente x medico reperente u 10 requisii a inquisiui **D** 11 aliqua] alia **Dux** 12 spe] saepe o leniterque **oxa** laniterque **D** leuiterque **Mu** 13 ad *priore loco* **Doxa**, *om.* **Mu** 14 uolutumque o 15 morientem x ipsi **M** 16 astringere ux cum me *om.* **Doux** (*una littera deleta* x), *add.* i obligassem **M** obligauissem a, *om.* **Doux**

20 simu **M** affirmares **D** 21 impedire ut scripta **D** 22 aliquod **Dox** petituri **D** possunt *om.* **Doux** patitur ux ergo *corr.* m^2 *ex* ego o 23 nobis a hiemem **Doux** (hyeme i) cum eum credibile ux 24 erit *om.* **ux** posses **D** 25 ex nugis si meis **Doux** non *om.* x 26 et ideo **MDa** et uel eo **oux** (erunt *add.* i)

3.

C. PLINIVS PRAESENTI SVO S.

Tantane perseuerantia tu modo in Lucania, modo in Campania? 1
'ipse enim' inquis 'Lucanus, uxor Campana'. iusta causa longioris absentiae, non perpetuae tamen. quin ergo aliquando in urbem redis? 2
ubi dignitas honor amicitiae tam superiores quam minores. quousque regnabis? quosque uigilabis cum uoles, dormies quam diu uoles? quosque calcei nusquam, toga feriata, liber totus dies? tempus est te 3
reuisere molestias nostras uel ob hoc solum, ne uoluptates istae satietate languescant. saluta paulisper, quo sit tibi iucundius salutari, terere in hac turba, ut te solitudo delectet. sed quid imprudens quem 4
euocare conor retardo? fortasse enim his ipsis admoneris ut te magis ac magis otio inuoluas, quod ego non abrumpi, sed intermitti uolo. ut enim, si cenam tibi facerem, dulcibus cibis acres acutosque mi- 5
scerem, ut obtusus illis et oblitus stomachus his excitaretur, ita nunc hortor ut iucundissimum genus uitae non nullis interdum quasi acoribus condias. uale.

4.

C. PLINIVS PONTIO SVO S.

Ais legisse te hendecasyllabos meos; requiris etiam, quem ad mo- 1
dum coeperim scribere, homo, ut tibi uideor, seuerus, ut ipse fateor non ineptus.

Numquam a poetice (altius enim repetam) alienus fui; quin etiam 2
quattuordecim natus annos graecam tragoediam scripsi. qualem? inquis. nescio; tragoedia uocabatur. mox, cum e militia rediens in 3
Icaria insula uentis detinerer, latinos elegos in illud ipsum mare ipsamque insulam feci. expertus sum me aliquando et heroo, hendecasyllabis nunc primum, quorum hic natalis, haec causa est. legebantur in Laurentino mihi libri Asini Galli de comparatione patris et Ciceronis: incidit epigramma Ciceronis in Tironem suum. dein, cum 4

---

5 perpetuo **x** 6 quousque regnabis (regna uis **a**) **Ma**, *om.* **Doux** 8 totus **MDoux** totos **a** te reuisere (tere uisere **M**) **MDo** te uisere **ux** uisere **a** 10 sit tibi **Ma** tibi sit **Doux** 11 terrere **x** tenere **u** in haec uerba **D** 12 euocare **MDouxa** reuocare *Pomp. Laet.* his] is **D** admoneris *om.* **D** 13 ego rumpi **D** 14 cenam tibi **Ma** tibi cenam (coenam **Do**) **Doux** (miscerem i) 15 obtunsus **a** 16 acoribus **D** *et cod. Palat. Gruteri* acrioribus **Moa** actoribus **ux** 21 fateor **Ma** patior **Doux** 23 alienis **o** fui *om.* **Doux** quin **Ma** qui **Doux** 24 ·xiiii· **ux** 25 uocatur **a** in icaria (iocaria **ux**) **Douxa** incaria **M** 26 detinerer *corr. ex* distinerer **x** elogos **o** 27 et heroo *corr. ex* et hero **M** etero **D** hetero **oux** et heroico **a** heroico at *Cat.* **i** (heroico *om. Ber.*) 28 hic] hinc **D** haec causae et **D** hae causae et **ox** haec causa et **u** 29 libri asini (Asinii **a**) galli **Ma** libri asiani galli **D** asiam galli libri **oux** 30 incidit epigramma ciceronis *add. in marg. m*[1] **M** in tyronem suum deinde **x** in Tironensium deinde **u**

meridie (erat enim aestas) dormiturus me recepissem, nec obreperet somnus, coepi reputare maximos oratores hoc studii genus et in oblectationibus habuisse et in laude posuisse. intendi animum contraque opinionem meam post longam desuetudinem perquam exiguo temporis momento id ipsum, quod me ad scribendum sollicitauerat, his uersibus exaraui:

6 cum libros Galli legerem, quibus ille parenti
ausus de Cicerone dare est palmamque decusque,
lasciuum inueni lusum Ciceronis et illo
spectandum ingenio, quo seria condidit et quo
humanis salibus multo uarioque lepore
magnorum ostendit mentes gaudere uirorum.
nam queritur, quod fraude mala frustratus amantem
paucula cenato sibi debita sauia Tiro
tempore nocturno subtraxerit. his ego lectis,
cur post haec, inquam, nostros celamus amores
nullumque in medium timidi damus atque fatemur
Tironisque dolos, Tironis nosse fugaces
blanditias et furta nouas addentia flammas?

7 Transii ad elegos; hos quoque non minus celeriter explicui: addidi alios facilitate corruptus. deinde in urbem reuersus sodalibus legi: 8 probauerunt. inde plura metra, si quid otii, maxime in itinere temptaui. postremo placuit exemplo multorum unum separatim hendecasyllabo- 9 rum uolumen absoluere, nec paenitet. legitur, describitur, cantatur etiam, et a Graecis quoque, quos latine huius libelli amor docuit, nunc cithara nunc lyra personatur.

10 Sed quid ego tam gloriose? quamquam poetis furere concessum est: et tamen non de meo, sed de aliorum iudicio loquor, qui siue

---

1 nec] ne ux 2 reputare **MDoa** cogitare ux maximos repuoratores *(expunx. m*[1]*)* **M** studii] studendi **D** 3 laudibus **D** -que *corr. ex* quae **x** 4 consuetudinem **D** 5 ad *om.* o his — 7 parenti *om.* **M** 8 ausus **Douxa** rursus **M** dare est *Casaubon* daret **MDoux** dare a plausus de Cicerone daret *Pontanus* uersu de Cicerone daret *Kortte* prorsus de Cicerone daret *Titze* d *post* daret *del.* **x** 9 lasciuium u inuenit usum **Doux** 10 serua **ux** 11 *post* multo *unum uerbum del.* **x** 12 mentis **oux** mirorum u 13 queritur **M** male *(-e m*[2] *in ras.* o*)* **Dou** frustratus (fr- *m*[2] *in ras.*) o frustatus **M** 14 cenatus **D** debita] deuia **ux** Tyro **oxa** 15 subtraxit **x** 17 nullique *Casaubon* timida **Doux** 18 Tyronisque **x** tyronis **x** nosce **a** fugacis *Baehrens* 20 transii **Mx** *Cat.* i transi **Doua** minus] mirum **oux** 21 alios **Ma** altos **Doux** iambos *Mommsen* 22 probauerunt **Ma** prona (-a *in ras., fortasse m*[2] u) uere **oux** pronauerunt **D** inde] dein **a** si quod otii o si qui doci u maxime in **oa** ac maxime in **M** maxime si in **Dux** 23 separatum o 25 etiam et **a MD** et tam et a (*corr. ex* et tam et in x) **oux** etiam et **a** etiam a *Cat. et* (*corr. ex* et tam a) *cod. Ottobon. 1537* quosque quos u quousque quos **x** amor huius libelli o docuit *om.* o 27 poetis furere **a** poetis fruere **M** poetis fuere **D** furere//poetis u furere poetis **x** fuere poetis o

iudicant siue errant, me delectant. unum precor, ut posteri quoque aut errent similiter aut iudicent. uale.

5.

C. PLINIVS CALPVRNIAE SVAE S.

Incredibile est quanto desiderio tui tenear: in causa amor primum, 1
deinde quod non consueuimus abesse. inde est quod magnam noctium partem in imagine tua uigil exigo, inde quod interdiu quibus horis te uisere solebam ad diaetam tuam ipsi me, ut uerissime dicitur, pedes ducunt, quod denique aeger et maestus ac similis excluso a uacuo limine recedo. unum tempus his tormentis caret, quo in foro et amicorum litibus conteror. aestima tu, quae uita mea sit, cui requies in labore, 2
in miseria curisque solacium. uale.

6.

C. PLINIVS MACRINO SVO S.

Rara et notabilis res Vareno contigit, sit licet adhuc dubia. Bithyni 1
accusationem eius ut temere incohatam omisisse narrantur. narrantur dico? adest prouinciae legatus, attulit decretum concilii ad Caesarem, attulit ad multos principes uiros, attulit etiam ad nos, Vareni aduocatos. perstat tamen idem ille Magnus; quin etiam Nigrinum, opti- 2
mum uirum, pertinacissime exercet. per hunc a consulibus postulabat ut Varenus exhibere rationes cogeretur.

Adsistebam Vareno iam tantum ut amicus et tacere decreueram. 3
nihil enim tam contrarium, quam si aduocatus a senatu datus defenderem ut reum, cui opus esset ne reus uideretur. cum tamen finita 4
postulatione Nigrini consules ad me oculos retulissent, 'scietis' inquam 'constare nobis silentii nostri rationem, cum ueros legatos prouinciae

1 delectant **Douxa** delectat **M**

4 Calphurniae **x** 5 desiderio *corr. m*[1] *ex* desidero **M** 6 deinde quo non **oux** magnam (-am *m*[1] *in ras.*) **u** magna **D** noctium partem **MDoux** partem noctium **a** 7 uigil **Ma** uigilem **Doux** honoris te uisere **x** hoñoris te uis ire *(nota ∴ in marg. repetita)* **o** honoris te uïs ire *(in marg.* ·· al' uisere *add. m*[2]*)* **u** 8 ad dictam **u** addi aetatem **o** 9 aeger et maestus **a** egeret maestus **M** egerer metus **Do** agerer metus **ux** aeger metu rs, metu *in* maestus *corr.* **i** aeger mente *Sichardus* aeger uictus *ed. 1483* ac] et rsa cedo **a** 10 foro et amicorum **Douxa** foro amicorum **M** 11 contereor **D** 12 solatium est uale **a** uale *om.* **D**

15 Ara **u** contigit Vareno **a** bithynii **D** bithini **x** 16 narrantur narrantur **M** narrantur **Douxa** 17 dico] de eo *Sichardus* abest **x** decretum — 18 attulit *om.* **o** 18 aduocatus **M** 19 perstat **MDo** praestat **uxa** idem *om.* **ux** Magius *Cat.* 20 pertinaciissimum **a** exercent **u** a *om.* **u** 21 rationes exhibere **ux** 23 defenderaem **M** 24 ut] et **Doux** esset etiam ne **Dr** esset tamen ne *Stangl (coll. Tac. Ann. XIII. 17)* 26 cum] sum **Doux** prouinciae] prout uitae **D** pro ut in te **oux**

audieritis'. contra Nigrinus 'ad quem missi sunt?'. ego 'ad me quo-
5 que; habeo decretum prouinciae'. rursus ille 'potest tibi liquere'. ad
hoc ego 'si tibi ex diuerso liquet, potest et mihi quod est melius li-
6 quere'. tum legatus Polyaenus causas abolitae accusationis exposuit
postulauitque ne cognitioni Caesaris praeiudicium fieret. respondit
Magnus iterumque Polyaenus. ipse raro et breuiter interlocutus mul-
7 tum me intra silentium tenui. accepi enim non minus interdum ora-
torium esse tacere quam dicere, atque adeo repeto me quibusdam ca-
pitis reis uel magis silentio quam oratione accuratissima profuisse.
8 mater amisso filio (quid enim prohibet, quamquam alia ratio scriben-
dae epistulae fuerit, de studiis disputare?) libertos eius eosdemque
coheredes suos falsi et ueneficii reos detulerat ad principem iudicem-
9 que impetrauerat Iulium Seruianum. defenderam reos ingenti quidem
coetu: erat enim causa notissima, praeterea utrimque ingenia claris-
sima.

Finem cognitioni quaestio imposuit, quae secundum reos dedit.
10 postea mater adiit principem, adfirmauit se nouas probationes inue-
nisse. praeceptum est Suburano ut uacaret finitam causam retrac-
11 tanti, si quid noui adferret. aderat matri Iulius Africanus, nepos illius
oratoris, quo audito Passienus Crispus dixit 'bene mehercule, bene:
sed quo tam bene?'. huius nepos, iuuenis ingeniosus, sed [non] pa-
rum callidus, cum multa dixisset adsignatumque tempus implesset,
12 'rogo' inquit, 'Suburane, permittas mihi unum uersum adicere'. tum
ego, cum omnes me ut diu responsurum intuerentur, 'respondissem'
inquam, 'si unum illum uersum Africanus adiecisset, in quo non du-

1 nigrinum oux 2 decretum] dicere tum **M** ad hoc ego si tibi *om.* **M** 3 et mihi quod x melius liquere tum legatus **Mia** melius causa liqueretur legatus oux melius causa loquetur legatus r melius causa (si causa ς) liqueret legatus (legamus **D**) **D**pς in causa liquere. tum legatus *Sichardus*, melius, †causa liquere'. Tum legatus *C. F. W. Müller* (quod est mei iuris) causa liquere'. Tum legatus *Kukula* 4 polienus **Doux** 5 cognitione oux (cognitioni i) 6 Magius *Cat.* iterunque a iterum quae **M** interdumque **D** polienus oux (Polyaenus i) 7 me intra silentium tenui **M** me in silentio tenui a intra silentium tenus **Doux** nominus x 8 esse **Mxa** est **D** est et ou quibusdam me a me quibus **D** 9 (uel i) accuratissime a 10 omisso u scribunde ux 11 liberto **D** 12 et] ut a detulerit a 13 seruianum **MDouxp** *Cat.* a suburanum r Semianum ς 14 clarissina a 16 quae *om.* **M** secundus x adit a 18 suburano **Mouxpra** suburano *corr. ex* suburbano **D** Semiano ς Seruiano *Cat.* retractandi **Doux** 19 noui *om.* u adderat a mater ux nepus **M** illius **Ma** iulius **D** iulii oux 20 quo] quae x mehercule] et hercules **D** 21 quo a quod **M** quid **D** quidem oux huius] Iulius a nepus **M** non *om. Cat.* 22 callidus] gallus **M** callus **D** cum uita **D** 23 suburane **Mra** suburano **Doux** Semiane ς Seruiane *Cat.* uersum **Douxpa** uerbum **Mr**ς adicere ou adiicere x dicere **Ma** negauit ille *uel simile quiddam post* adicere *excidisse Mommsen esse suspicatum testatus est Keil* 24 intuerentur — 25 unum *om.* oux 25 illum uersum **Douxpa** illud uerbum **Mr**ς africanus *om.* ux

bito omnia noua fuisse.' non facile me repeto tantum adsensum agendo consecutum, quantum tunc non agendo. similiter nunc et probatum et exceptum est, quod pro Vareno hactenus non tacui. consules, ut Polyaenus postulabat, omnia integra principi seruauerunt, cuius cognitionem suspensus exspecto. nam dies ille nobis pro Vareno aut securitatem et otium dabit aut intermissum laborem renouata sollicitudine iniunget. uale.

7.

C. PLINIVS SATVRNINO SVO S.

Et proxime Prisco nostro et rursus, quia ita iussisti, gratias egi, libentissime quidem. est enim mihi periucundum quod uiri optimi mihique amicissimi adeo cohaesistis, ut in uicem uos obligari putetis. nam ille quoque praecipuam se uoluptatem ex amicitia tua capere profitetur certatque tecum honestissimo certamine mutuae caritatis, quam ipsum tempus augebit. te negotiis distineri ob hoc moleste fero, quod deseruire studiis non potes. si tamen alteram litem per iudicem, alteram, ut ais, ipse finieris, incipies primum istic otio frui, deinde satiatus ad nos reuerti. uale.

8.

C. PLINIVS PRISCO SVO S.

Exprimere non possum, quam iucundum sit mihi quod Saturninus noster summas tibi apud me gratias aliis super alias epistulis agit. perge ut coepisti uirumque optimum quam familiarissime dilige, magnam uoluptatem ex amicitia eius percepturus, nec ad breue tempus. nam cum omnibus uirtutibus abundat, tum hac praecipue, quod habet maximam in amore constantiam. uale.

---

1 adsensum agendo consecutum **MD** consecutum adsensum agendo **a** 2 consecutum — agendo *om.* **oux** tunc *om.* **a** 3 hactenus non tacui **MDouxa** (non *nota dubitationis in contextu et in marg. signauit* i) hactenus tacui *Sichardus* hactenus non egi *Schaefer* hactenus tantum non tacui *Stangl* hactenus † non tacui *uel* hactenus me continui *C. F. W. Müller* 4 polienus **ux** plyenus **o** principes **M** seruauere **ux** 5 expeto **D** illa **o** 6 securitatem (-u- *in ras. unius uel duar. litt. add. miniator*) **M**

11 mihi *om.* **Doux** 12 mihique] uirique **Doux** potuetis **D** 15 negotiis distineri **MDa** negotiis detineri **ux** negotiis abstineri **o** 16 deseruire **MDa** desere **oux** potest **oux** 17 ais *om.* **Doux** primus **ux** 18 reuerti] reuertes *uel* reuerteris *uel* reuertere *coni. Kukula*

22 super alias *corr. ex* super aliis **x** epistulas **D** 25 abundet **a**

9.

C. PLINIVS FVSCO SVO S.

1 Quaeris, quem ad modum in secessu, quo iam diu frueris, putem te
2 studere oportere. utile in primis, et multi praecipiunt, uel ex graeco
in latinum uel ex latino uertere in graecum. quo genere exercitationis
proprietas splendorque uerborum, copia figurarum, uis explicandi,
praeterea imitatione optimorum similia inueniendi facultas paratur. si-
mul quae legentem fefellissent transferentem fugere non possunt. in-
tellegentia ex hoc et iudicium acquiritur.

3 Nihil offuerit quae legeris hactenus, ut rem argumentumque teneas,
quasi aemulum scribere lectisque conferre ac sedulo pensitare, quid tu,
quid ille commodius. magna gratulatio, si non nulla tu, magnus pudor,
si cuncta ille melius. licebit interdum et notissima eligere et certare
4 cum electis. audax haec, non tamen improba, quia secreta contentio:
quamquam multos uidemus eius modi certamina sibi cum multa laude
sumpsisse, quosque subsequi satis habebant, dum non desperant, ante-
cessisse.

5 Poteris et quae dixeris post obliuionem retractare, multa retinere,
6 plura transire, alia interscribere, alia rescribere. laboriosum istud et
taedio plenum, sed difficultate ipsa fructuosum, recalescere ex integro et
resumere impetum fractum omissumque, postremo noua uelut membra
peracto corpori intexere nec tamen priora turbare.

7 Scio nunc tibi esse praecipuum studium orandi; sed non ideo sem-
per pugnacem hunc et quasi bellatorium stilum suaserim. ut enim
terrae uariis mutatisque seminibus, ita ingenia nostra nunc hac nunc
8 illa meditatione recoluntur. uolo interdum aliquem ex historia locum
apprehendas, uolo epistulam diligentius scribas. nam saepe in oratione
quoque non historica modo sed prope poetica descriptionum necessitas
9 incidit, et pressus sermo purusque ex epistulis petitur. fas est et car-

---

2 FVSCO **MDca** Tusco **oux** Cornelio Fusco ς, *om.* t 3 iandiu a frueris **Ma** fueris **Doux** 4 utile in primis et multi praecipiunt **Mia** utile mihi primum et multis praecipue erit (erit *om.* **ux**) **oux** utili mihi primum et multi praeceperunt **D**, *unde* Vtile in primis (et multi praeceperunt) *C. F. W. Müller* 6 uerborum *om.* **ux** 7 paraturi **oux** simulque **ua** 8 intellegenti **Doux** 10 argumentum quae **o** 11 quasi erulum **D** 12 commodius *corr. ex* commodus **M** si *om.* **Dx** tu **M** tum **Douxa** 14 cum *om.* **D** 16 quousque **ox** quos **D** dum] diu **ux** 18 (retractare i) detinere **a** 19 plura **Ma** multa **Doux** 21 -que *om.* **ux** 23 tibi] te **Doux** orando **o** 24 bellorum **Doux** 25 nunc *poster. loco* (-ūc m^1 *in ras.*) **u** 26 illa **Mu** illac **Doxa**: *cf. II. 17. 18; VIII. 20. 7* 27 oratione **oux** orationes **MDa** 28 historica **MDa** historia **oux** historicae (historice r) rς historicarum *Gertz* poetica **MDouxa** poeticae (poetice r) rς poeticarum *Gertz* descriptionum **Ma** descriptione **Doux** descriptionis rς 29 petitur **MDa** petitus **oux** est ex carmine **o**

mine remitti, non dico continuo et longo (id enim perfici nisi in otio non potest), sed hoc arguto et breui, quod apte quantas libet occupationes curasque distinguit. lusus uocantur; sed hi lusus non minorem interdum gloriam quam seria consecuntur. atque adeo (cur enim te ad uersus non uersibus adhorter?)

ut laus est cerae, mollis cedensque sequatur 11
si doctos digitos iussaque fiat opus,
et nunc informet Martem castamue Mineruam,
nunc Venerem effingat, nunc Veneris puerum;
utque sacri fontes non sola incendia sistunt,
saepe etiam flores uernaque prata iuuant:
sic hominum ingenium flecti ducique per artes
non rigidas docta mobilitate decet.

itaque summi oratores, summi etiam uiri sic se aut exercebant aut 12
delectabant, immo delectabant exercebantque. nam mirum est ut his 13
opusculis animus intendatur, remittatur. recipiunt enim amores, odia, iras, misericordiam, urbanitatem, omnia denique quae in uita atque etiam in foro causisque uersantur. inest his quoque eadem quae aliis 14
carminibus utilitas, quod metri necessitate deuincti soluta oratione laetamur et quod facilius esse comparatio ostendit libentius scribimus.

Habes plura etiam fortasse quam requirebas, unum tamen omisi: 15
non enim dixi, quae legenda arbitrarer: quamquam dixi, cum dicerem quae scribenda. tu memineris sui cuiusque generis auctores diligenter eligere. aiunt enim multum legendum esse, non multa. qui sint hi, 16
adeo notum probatumque est, ut demonstratione non egeat; et alioqui tam immodice epistulam extendi, ut, dum tibi quem ad modum studere debeas suadeo, studendi tempus abstulerim. quin ergo pugillares resumis et aliquid ex his uel istud ipsum quod coeperas scribis? uale.

---

1 profici **ux** 2 quot (quod **D**) apte quanta libet occupationis curas quae (curasque **D** cura que **ux**) distinguit (distingui **ux**) **Doux** 3 uocatur **D** 6 cerae] caesare **Dx** cesare **u** caesar **o** 7 fiat] fingat **rς** 8 castamque **a** 10 non *om.* **ux** 11 etiam] et **u** praua **a** iuuant (-u- *priore loco subpuncta* **M**) **Mrς** luant **x** luent **u** lauant **oa** leuant *corr. ex* lauant **D** 12 hominem **o** homines **Dux** 13 rigida doctas *Baehrens* docet **ux** 14 sumi etiam **M** aut exercebant *om.* **ux** 17 in uita **Ma** ad uitam **Doux** quoque his **D** 18 quae *om.* **oux** 19 utilitas **x** deuincti **Doxa** deiuncti **u** deuinctis **M** defuncti *Barth* 21 requiras **x** 23 tummemineris **M** tu memineri **o** 24 elegere **M** enim non multum legendum esse sed multa **a** hi *om.* **o** 25 probatumque **M** prouocatumque **Douxa** prouocatumque *nota dubitationis in contextu et in marg. signauit* **i** prouulgatumque *Gierig* peruulgatumque *Schaefer* peruagatumque *Otto* 26 epistulam extendi **MDrς** epistola me extendi **a** epistula mea tendi **oux** 28 resumis **Doux** resumes **M** sumis **a** aliquod **Do** istud ipsum **MDa** istud studium **ux** illud studium **o**

10.

C. PLINIVS MACRINO SVO S.

1 Quia ipse, cum prima cognoui, iungere extrema quasi auulsa cupio,
te quoque existimo uelle de Vareno et Bithynis reliqua cognoscere.
2 acta causa hinc a Polyaeno, inde a Magno. finitis actionibus Caesar
'neutra' inquit 'pars de mora queretur: erit mihi curae explorare pro-
3 uinciae uoluntatem'. multum interim Varenus tulit. etenim quam du-
bium est, an merito accusetur qui an omnino accusetur incertum est?
superest ne rursus prouinciae quod damnasse dicitur placeat agatque
paenitentiam paenitentiae suae. uale.

11.

C. PLINIVS FABATO PROSOCERO SVO S.

1 Miraris quod Hermes, libertus meus, hereditarios agros, quos ego
iusseram proscribi, non exspectata auctione pro meo quincunce ex sep-
tingentis milibus Corelliae addixerit. adicis posse eos nongentis mili-
2 bus uenire ac tanto magis quaeris, an quod gessit ratum seruem. ego
uero seruo: quibus ex causis, accipe. cupio enim et tibi probatum et
coheredibus meis excusatum esse, quod me ab illis maiore officio iu-
bente secerno.
3 Corelliam cum summa reuerentia diligo, primum ut sororem Co-
relli Rufi, cuius mihi memoria sacrosancta est, deinde ut matri meae
4 familiarissimam. sunt mihi et cum marito eius, Minicio Iusto, optimo
uiro, uetera iura; fuerunt et cum filio maxima, adeo quidem, ut prae-
5 tore me ludis meis praesederit. haec, cum proxime istic fui, indicauit
mihi cupere se aliquid circa Larium nostrum possidere. ego illi ex prae-
diis meis quod uellet et quanti uellet obtuli exceptis maternis pater-

---

3 cum] tum u 4 bythinis x 5 hinc] huic D polyeno o polieno ux inde magno Doux inde a Magio *Cat.* caesar Ma coeterum D caeteris o eaetar *(et crucem supra add. m²)* x, *in lac. om. (cruce in marg. apposita)* u 6 inquit (inquid M) pars de mora queretur Ma inquis per isdem (hisdem u) ora (hora o) (queretur quęretur o) Doux 8 qui an omnino Mr quia nomino D qui quo nomine ça qui — accusetur *om.* oux incertus oux inertum D 9 quoddam nasse x quoddam nosse u 10 uale *om.* D

12 prosoceri o, *om.* a 14 quincunque x ex] et D 15 coreliae oux Corelliae — posse *om.* D adicis (adiicis a adducis ux) posse eos nongentis (nonagentis o) milibus (millibus a) uenire ouxa adicis hos nongentis milibus posse uenire M 16 gessit MDoux gesserit a 17 uero] uiro D 18 iubente secerno Ma uiuente secerno D uiuere secerno (socero *add. supra m²* x) ux uiuente socero o 20 coreliam Doux sororem] Sorereno u sororeno x coreli Dux corellii a 21 deinde mihi ut D ut *om.* M matri (-ri m^1 *in ras.*) u 22 minicio iusto M Minutio iusto a militio fusco Dx militio fusto u militio susto o 24 praesederis D fuit x 25 mihi] me ux larium fecisti nostrum possidere D nostrum larium possidere fecisti *corr. ex* nostrum possidere larium fecisti o larium nostrum possidere fecisti ux 26 maternis paternisque MDo paternis (*corr. ex* maternis *incepto* x) maternisque uxa

uisque: his enim cedere ne Corelliae quidem possum. igitur cum ob- 6
uenisset mihi hereditas, in qua praedia ista, scripsi ei uenalia futura.
has epistulas Hermes tulit exigentique ut statim portionem meam sibi
addiceret paruit.

Vides, quam ratum habere debeam quod libertus meus meis mo- 7
ribus gessit. superest ut coheredes aequo animo ferant separatim
me uendidisse quod mihi licuit omnino non uendere. nec uero co- 8
guntur imitari meum exemplum: non enim illis eadem cum Corellia
iura. possunt ergo intueri utilitatem suam, pro qua mihi fuit amici-
tia. uale.

12.

C. PLINIVS MINICIO SVO S.

Libellum formatum a me, sicut exegeras, quo amicus tuus, immo 1
noster (quid enim non commune nobis?), si res posceret, uteretur,
misi tibi ideo tardius, ne tempus emendandi eum, id est disperdendi,
haberes. habebis tamen, an emendandi nescio, utique disperdendi. 2
ὑμεῖς γὰρ οἱ εὔζηλοι optima quaeque detrahitis. quod si feceris, boni
consulam. postea enim illis ex aliqua occasione ut meis utar et bene- 3
ficio fastidii tui ipse laudabor, ut in eo quod adnotatum inuenies et
suprascripto alio explicitum. nam cum suspicarer futurum ut tibi 4
tumidius uideretur, quoniam est sonantius et elatius, non alienum
existimaui, ne te torqueres, addere statim pressius quiddam et exilius
uel potius humilius et peius, uestro tamen iudicio rectius. cur enim 5
non usquequaque tenuitatem uestram insequar et exagitem? haec, ut

---

1 coreliae (*et sic postea non notatum* u) **Dux** possum *om.* oux 2 noualia u 3 hermes *corr.* m^2 *ex* hermi o tulit *om.* **Doux** exigenti quae o 4 addiiceret **D** 5 habere debeam **Douxa** debeam habere **M** 6 ut quo heredes **Du** 7 uendicasse **D** quod mihi licuit omnino non uendere **Ma** quodam hi licuit omni (omnem **D**) non uendere (*supra* quodam *et* omni *bina puncta* o) **Doux** 8 enim *om.* o corelia **Dx** 9 iura sunt. possunt a mea possunt o pro] prae *Stangl* 12 MINICIO **Mux** MINVTO **D** MINVTIO oa 13 sicut (*corr.* m^1 *ex* excut) exegeras **M** sicut egeras **D** si est egeras oux 14 (enim non i) si reposceret a 15 tempus enim dandi u eum (eium **M**) id est disperdendi **Mta** nescio utique disperdendi **Dc** eum—16 emendandi *om.* oux 16 disperdendi] disperandi **D** 17 ὑμεῖς γὰρ (γὰρ *om.* a) οἱ εὔζηλοι (*pro* εὔζηλοι *in marg.* ἀεὶ ἰσχυοὶ i) **Dʒia** υμεις γαρ αει ισχυοι *Cat.*[1] (ὑμεῖς γὰρ κακόζηλοι) *Cat.*[2], *sine lacuna om.* **M**, *in lac. om.* oux (*add. in lac.* m^2 o) disperdendi si optima quaeque detraxeris **M** optima quaeque si detraxeris *Cat.*[2] 19 fastidi **M** ut in eo quod adnotatum inuenies **Ma** ut in eo quoque adnotatum inuenies **Douxp** ut in eo quod annotandum annotatum (annotantum r) quoque inuenies r$\bar{s}$ unumquodque annotatum inuenies *Gronov* tu meo, quod adnotatum inuenies *Barth* utique in eo quod adnotatum inuenies *coni. Keil, cruce notauit C. F. W. Müller* 20 supra scripto aliter explicitum **MD** suprascriptum aliter explicitum oux suprascripto aliter explicetur a suprascripto alio recte explicitum *Barth* cum *om.* u 21 tumidius *corr.* m^2 *ex* timidius x timidius **Du** uteretur ux est] et u elatus ux 22 torqueris **M** quoddam **D** 23 potius] potentius oux humilius *om.* x peius uel tamen **D** peius uos tamen ox penis uos tamen u 24 nostram **D** et *om.* **Doux**

6 ut inter istas occupationes aliquid aliquando rideres; illud serio, uide ut mihi uiaticum reddas, quod impendi data opera cursore dimisso. ne tu, cum hoc legeris, non partes libelli, sed totum libellum improbabis negabisque ullius pretii esse, cuius pretium reposceris. uale.

13.

C. PLINIVS FEROCI SVO S.

1 Eadem epistula et non studere te et studere significat. aenigmata
2 loquor. ita plane, donec distinctius quod sentio enuntiem. negat enim te studere, sed est tam polita, quam nisi a studente non potest scribi: aut es tu super omnes beatus, si talia per desidiam et otium perficis. uale.

14.

C. PLINIVS CORELLIAE SVAE S.

1 Tu quidem honestissime, quod tam impense et rogas et exigis ut accipi iubeam a te pretium agrorum non ex septingentis milibus, quanti illos a liberto meo, sed ex nongentis, quanti a publicanis par-
2 tem uicensimam emisti. in uicem ego et rogo et exigo ut non solum quid te, uerum etiam quid me deceat adspicias patiarisque me in hoc uno tibi eodem animo repugnare, quo in omnibus obsequi soleo. uale.

15.

C. PLINIVS SATVRNINO SVO S.

1 Requiris quid agam. quae nosti: distringor officio, amicis deseruio, studeo interdum, quod non interdum, sed solum semperque facere, non
2 audeo dicere rectius, certe beatius erat. te omnia alia quam quae uelis agere moleste ferrem, nisi ea quae agis essent honestissima. tam et rei publicae suae negotia curare et disceptare inter amicos
3 laude dignissimum est. Prisci nostri contubernium iucundum tibi fu-

---

1 uideo ut **Doux** 2 impendi data opera **Ma** impendit operam **Doux** *post* dimisso *ras. unius litt.* **o** 3 hoc cum **D** cum hec **x** legeres **a** improbares negaresque **a** 4 repoposceris **x** reposteris **u** reposceres **a**

7 et non studere te (te *om.* **oux**) et studere **Moux** et studere et non studere **a** et te studere et non studere **D** significata **a** 8 planae **M** 9 quam **Mu** quae **oxpa** quod **Dr**ς non *om.* **o** 10 es tu *corr. ex* est tu **o** estus **M** desidiam **D** proficis **x**

13 CORELLIAE **a** CORRELLIAE **M** CORELIAE **Doux** 15 accepi **o** nonigentis **o** 16 parte **M** 18 patiarisque me **Mouxa** patrisque **D** patiaris **r** patiaris me ς 19 eodem *corr. ex* eadem **M**

22 nosti **Ma** nostri **Doux** destringor **M** quo nosti distringor officio *Sichardus* 23 semper quae **o** 24 beatiusque (-que *postea eraso*) **i** te omnia alia **MDoux** et alia omnia **a** 25 uelis **Douxia** uellis **M** uelles ς ferre **pia** 26 negotia curare et disceptare **Ma** nego et disceptare **D** negotiis et disceptare **oux** rei publicae seruire negotiis et disceptare *cod. Palat. Gruteri* 27 tibi **Ma** mihi **Doux**

turum sciebam. noueram simplicitatem eius, noueram comitatem: eundum esse, quod minus noram, gratissimum experior, cum tam iucunde officiorum nostrorum meminisse eum scribas. uale.

16.

C. PLINIVS FABATO PROSOCERO SVO S.

Calestrium Tironem familiarissime diligo et priuatis mihi et publicis necessitudinibus implicitum. simul militauimus, simul quaestores Caesaris fuimus. ille me in tribunatu liberorum iure praecessit, ego illum in praetura sum consecutus, cum mihi Caesar annum remisisset. ego in uillas eius saepe secessi, ille in domo mea saepe conualuit. hic nunc pro consule prouinciam Baeticam per Ticinum est petiturus. spero, immo confido facile me impetraturum ut ex itinere deflectat ad te, si uoles uindicta liberare quos proxime inter amicos manumisisti. nihil est quod uerearis ne sit hoc illi molestum, cui orbem terrarum circumire non erit longum mea causa. proinde nimiam istam uerecundiam pone teque quid uelis consule. illi tam iucundum quod ego, quam mihi quod tu iubes. uale.

17.

C. PLINIVS CELERI SVO S.

Sua cuique ratio recitandi; mihi, quod saepe iam dixi, ut, si quid me fugit, ut certe fugit, admonear. quo magis miror quod scribis fuisse quosdam qui reprehenderent quod orationes omnino recitarem: nisi uero has solas non putant emendandas. a quibus libenter requisierim, cur concedant, si concedunt tamen, historiam debere recitari. quae non ostentationi, sed fidei ueritatique componitur, cur tragoediam, quae non auditorium, sed scaenam et actores, cur lyrica, quae non lectorem, sed chorum et lyram poscunt. at horum recitatio usu iam

---

2 quod **Ma** quo **Doux** cum tam *erasura unius uel duar. litt. insequente* **M**) **Ma** quo iam **Doux** 3 eum scribas **Moa** cum scribas **ux** conscribas **D** 5 FABATO SOCERO **a** fabato prosoceri **o** 6 familiarissimum **Dux** mihi etiam publicis **D** 8 caesarea **M** 9 constitutus **Doux** cum in cesar **u** 11 proconsule **M** proconsuli **Dux** proconsul **oa** est *corr.* m^3 *ex* es **u** 12 facile me] facillime **D** ut **Ma**, *om.* **Doux** 14 manumisti **u** illi molestium hoc **M** 15 nimiam **Ma** nimis **Doux** 16 quid] quod **o** iucundum quod ego quam mihi quod tu iubes **Ma** iucundum mihi quod tu iubes **oux** iucundum quam mihi quod tu iubes **Dpς** iucundum quod ego quasi mihi tu iubes **r**

20 Tua **oux** si qui **oux** 21 certe fugit **Ma** quurte fugit **D** cur te fugit **o** cur refugit **ux** certe me fugit *Cat.* admoneat **ux** 22 reprenderent **M** omnino *om.* **D** 23 uero **MDa**, *om.* **oux** non *om.* **u** requisierim **Mrς** requisieris **Doux** requisieram **a** 24 contendunt **x** 25 ostentationis **Doux** 26 actores **Ma** actor et **Doux** 27 poscunt at horum **a** poscunt ad horum **Doux** poscuntur ad horum **M** iam **Ma** nam **Doux**

recepta est. num ergo culpandus est ille qui coepit? quamquam orationes quoque et nostri quidam et Graeci lectitauerunt.

Superuacuum tamen est recitare quae dixeris. etiam, si eadem omnia, si isdem omnibus, si statim recites. si uero multa inseras, multa commutes, si quosdam nouos, quosdam eosdem, sed post tempus adsumas, cur minus probabilis sit causa recitandi quae dixeris quam 6 edendi? sed difficile est ut oratio, dum recitatur, satisfaciat. iam hoc 7 ad laborem recitantis pertinet, non ad rationem non recitandi. nec uero ego, dum recito, laudari, sed dum legor, cupio. itaque nullum emendandi genus omitto. ac primum quae scripsi mecum ipse pertracto; deinde duobus aut tribus lego; mox aliis trado adnotanda notasque eorum, si dubito, cum uno rursus aut altero pensito; nouissime 8 pluribus recito, ac si quid mihi credis, tunc acerrime emendo. nam tanto diligentius quanto sollicitius intendo. optime autem reuerentia, pudor, metus iudicant, idque adeo sic habe. nonne, si locuturus es cum aliquo quamlibet docto, uno tamen, minus commoueris, quam si 9 cum multis uel indoctis? nonne, cum surgis ad agendum, tunc maxime tibi ipse diffidis, tunc commutata, non dico plurima, sed omnia cupis? utique si latior scaena et corona diffusior: nam illos quoque sordidos 10 pullatosque reueremur. nonne, si prima quaeque improbari putas, debilitaris et concidis? opinor, quia in numero ipso est quoddam magnum collatumque consilium, quibusque singulis iudicii parum, omnibus plurimum.

11 Itaque Pomponius Secundus (hic scriptor tragoediarum), si quid forte familiarior amicus tollendum, ipse retinendum arbitraretur, dicere solebat 'ad populum prouoco', atque ita ex populi uel silentio uel ad- 12 sensu aut suam aut amici sententiam sequebatur. tantum ille populo dabat. recte an secus, nihil ad me. ego enim non populum aduocare, sed certos electosque soleo, quos intuear, quibus credam, quos denique

1 num **MDa** non **oux** coepit **Da** cepit **M** ceperit **o** ceperit **ux** 2 quoque **Ma** quanquam **D** quaeque **oux** quidam **MDa** quidem **oux** et *om.* **D** 3 est tamen **u** etiam **Mxa** eam **Dou** 4 omnia *om.* **M** si isdem (iisdem **o** hisdem **u**) **MDou** si idem **x** iisdem **a** omnibus statim **D** inferas **Da** infera *(cruce supra add.)* **x** 5 commutas **o** nouos **Mta** tuos **Douxc** 6 quae dixeris quam edendi *om.* **x** 7 ut *om.* **o** (iam **i**) 8 rationem recitandi **D** 10 ac] nunc **D** scripsi **MDa** scribis **oux** mecum mecum ipse **o** traclo *corr.* m^2 *ex* trado, *ut uidetur* **u** 11 adnotandasque eorum **M** 12 uno] immo **u** aut altero **MDa** aut cum altero **oux** 13 si quidem mihi **u** credis tunc *om.* **D** tunc *om.* **oux** 14 quanto sollicitius *om.* **M** 15 ad eos **oux** nonne] non me **ux** si locuturus esses **Doux** 16 quenlibet **D** quam si cum **Ma** quam cum **Dox** quantum **u** 17 nonne **Ma** ne **Doux** tunc] tum **a** 18 ipsi **D** diffides **M** tunc] tum **a** dico **Ma**, *om.* **Doux** 20 pollutosque **M** reuocamur **u** putas **Ma** putes **Doux** 21 est] es **D** 22 singuli **ux** 24 hic **Ma**, *om.* **Doux** hic scriptor tragoediarum *del. Birt* 25 tollendum **Mrga** tollet dum **D** tolleret dum **oux** 26 prouoto **u** 27 aut *alt. loco om.* **u** 29 denique etiam quam singulos **Doux**

et tamquam singulos obseruem et tamquam non singulos timeam. nam quod M. Cicero de stilo, ego de metu sentio. timor est, timor emendator asperrimus. hoc ipsum, quod nos recitaturos cogitamus, emendat; quod auditorium ingredimur, emendat; quod pallemus, horrescimus, circumspicimus, emendat. proinde non paenitet me consuetudinis meae, quam utilissimam experior, adeoque non deterreor sermunculis istorum, ut ultro te rogem monstres aliquid quod his addam. nihil enim curae meae satis est. cogito, quam sit magnum dare aliquid in manus hominum, nec persuadere mihi possum non et cum multis et saepe tractandum quod placere et semper et omnibus cupias. uale.

18.

C. PLINIVS CANINIO SVO S.

Deliberas mecum, quem ad modum pecunia, quam municipibus nostris in epulum obtulisti, post te quoque salua sit. honesta consultatio, non expedita sententia. numeres rei publicae summam: uerendum est ne dilabatur. des agros: ut publici neglegentur. equidem nihil commodius inuenio, quam quod ipse feci. nam pro quingentis milibus nummum, quae in alimenta ingenuorum ingenuarumque promiseram, agrum ex meis longe pluris actori publico mancipaui: eundem uectigali imposito recepi, tricena milia annua daturus. per hoc enim et rei publicae sors in tuto nec reditus incertus, et ager ipse propter id, quod uectigal large supercurrit, semper dominum, a quo exerceatur, inueniet. nec ignoro me plus aliquanto quam donasse uideor erogauisse, cum pulcherrimi agri pretium necessitas uectigalis infregerit. sed oportet priuatis utilitatibus publicas, mortalibus aeternas anteferre, multoque diligentius muneri suo consulere quam facultatibus. uale.

2 ego de me sentio **M** timor est timor emendator **MDa** timor est emendator **oux**: '*post* timor est *excidisse uidetur aliquid ex iis quae de stilo pluribus locis dixit Cicero, De Or. I. 150; Fam. VII. 25' Keil* 3 acerrimus *Cat.*² cogitamus emendo **Doux** 4 ingreditur **ux** emendet **u** 5 circumspicimur **D** poenitet et me **o** 6 detereor **u** 7 ut *om.* **x** 8 curae *corr. ex* curaeae **x** 9 cum] eum **u** 10 retractandum **i** et omnibus] rationibus **u** 12 canninio **o** 13 pecuniam **a** 14 epulum] opidum **x** post te quoque **MDia** post te est **o** post est **u** post te *corr. ex* post est **x** consalutatio **ux** 15 uerecundum **M** 16 delabatur **a** des agros **Mia** de sacris (-c- *corr. ex* -g- *incepto* **o**) **ouxr** ad sacros (saccos *Ber.*) **Dpς** publici **ia** publica **M** publice **Doux** 16 neglegentur **Mia** negligenter **Doux** 17 pro *om.* **Doux** (*add.* **i**) 18 ingenuorum ingenuarumque **Ma** (ingenuarumque *add.* **i**) ingenuorumque (quae **Do**, *del.* **x**) **Doux** 19 auctori **D** 20 praecepi **a** 21 redditus **Dox** tricena] ·ccc· **a** 22 uectigal **M** uectigali **Douxa** inuenit **D** 23 ignoro me plus **Doux** ignoro melius **a** ignoro romae plus **M** erogauisse **MDoux** cauisse **a** 24 pulcher mae rei praetium **M** 25 multosque **pa** 26 muneri **MDxa** munere **u** inueniri **o**

19.

C. PLINIVS PRISCO SVO S.

1 Angit me Fanniae ualetudo. contraxit hanc, dum adsidet Iuniae uirgini, sponte primum (est enim adfinis), deinde etiam ex auctoritate pon-
2 tificum. nam uirgines, cum ui morbi atrio Vestae coguntur excedere, matronarum curae custodiaeque mandantur. quo munere Fannia dum
3 sedulo fungitur, hoc discrimine implicita est. insident febres, tussis increscit, summa macies, summa defectio: animus tantum et spiritus uiget Heluidio marito, Thrasea patre dignissimus; reliqua labuntur me-
4 que non metu tantum uerum etiam dolore conficiunt. doleo enim feminam maximam eripi oculis ciuitatis nescio an aliquid simile uisuris

Quae castitas illi! quae sanctitas! quanta grauitas! quanta constantia! bis maritum secuta in exsilium est, tertio ipsa propter maritum relegata.
5 nam cum Senecio reus esset, quod de uita Heluidi libros composuisset, rogatumque se a Fannia in defensione dixisset, quaerente minaciter Mettio Caro, an rogasset, respondit 'rogaui', an commentarios scripturo dedisset, 'dedi', an sciente matre, 'nesciente'; postremo nullam uocem
6 cedentem periculo emisit. quin etiam illos ipsos libros, quamquam ex necessitate et metu temporum abolitos senatus consulto, publicatis bonis seruauit, habuit tulitque in exsilium exsilii causam.

7 Eadem quam iucunda, quam comis, quam denique, quod paucis datum est, non minus amabilis quam ueneranda! eritne quam postea uxoribus nostris ostentare possimus? erit a qua uiri quoque fortitudinis exemplа sumamus, quam sic cernentes audientesque miremur, ut illas
8 quae leguntur? ac mihi domus ipsa nutare conuulsaque sedibus suis ruitura supra uidetur, licet adhuc posteros habeat. quantis enim uirtutibus quantisque factis adsequentur ut haec non nouissima occiderit?
9 Me quidem illud etiam adfligit et torquet, quod matrem eius, illam (nihil possum inlustrius dicere) tantae feminae matrem, rursus uideor

2 PRISCO *corr. m*^{1} *ex* PRICO **M** 3 contraxit hanc dum **Ma** contraxit dudum **Doux** quam contraxit dudum **p** quam contraxit dum **r**$\bar{\varsigma}$ contraxit dum *Stangl* iuniae **MDxa** luuiae **o** suuie Iuuię̄ **u** 4 enim *om.* **D** 5 ui] in **u** discedere **D** 7 insident **Ma** insidens **Doux** ussis **x** increscit **Ma** increscis **D** increscis **oux** orexis (p$\bar{\varsigma}$) *in contextu et in marg. nota dubitationis signauit* **i** 9 heluuidio **D** dignissima **a** 10 non metu tantum **Douxa** non tantum cura **M** etiam] et **ux** feminam maximam **MDoux** maximam foeminam **a** 11 similі **ux** uisuris **Ma** uisurus **Doux** 12 illi D$\bar{\varsigma}$**a** illius **oux** illi quae sanctitas *om.* **M** 14 senetio **o** heluidi **M** heluidii **oua** eluidii **x** heluuidii **D** 15 querenter **x** 16 mettio **Ma** metio **Doux** an *priore loco om.* **oux** scripture **ux** 18 quamquam **Douxa** quos **M** 19 aditos *corr. ex* additos **x** consulto **Douxa** censuit **M** 22 erit, nequam **a** erat ne quam **Dox** erat ni (ni *corr. m*^{2} *ex* ne) quam **u** erit quam **M** erit sane quam *Sichardus* 23 nostris *om.* **M** 24 quam sic **M** quae sic **a** quam si **Doux** miramur *Sichardus* 25 nutare] mitare **u** conuolsa quae **D** 26 enim — 27 quantisque *om.* **u** 27 adsequenter **M** occiditur **x** 29 rursus] responsus **u**

amittere, quam haec, ut reddit ac refert nobis, sic auferet secum meque et nouo pariter et rescisso uulnere adficiet. utramque colui, utramque dilexi; utram magis, nescio, nec discerni uolebant. habuerunt officia mea in secundis, habuerunt in aduersis. ego solacium relegatarum, ego ultor reuersarum; non feci tamen paria atque eo magis hanc cupio seruari, ut mihi soluendi tempora supersint. in his eram curis, cum scriberem ad te; quas si deus aliquis in gaudium uerterit, de metu non querar. uale.

20.

C. PLINIVS TACITO SVO S.

Librum tuum legi et quam diligentissime potui adnotaui quae commutanda, quae eximenda arbitrarer. nam et ego uerum dicere adsueui et tu libenter audire. neque enim ulli patientius reprehenduntur, quam qui maxime laudari merentur.

Nunc a te librum meum cum adnotationibus tuis exspecto. o iucundas, o pulchras uices! quam me delectat quod, si qua posteris cura nostri, usquequaque narrabitur, qua concordia, simplicitate, fide uixerimus! erit rarum et insigne duos homines aetate, dignitate propemodum aequales, non nullius in litteris nominis (cogor enim de te quoque parcius dicere, quia de me simul dico), alterum alterius studia fouisse. equidem adulescentulus, cum iam tu fama gloriaque floreres, te sequi, tibi 'longo sed proximus interuallo' et esse et haberi concupiscebam. et erant multa clarissima ingenia; sed tu mihi (ita similitudo naturae ferebat) maxime imitabilis, maxime imitandus uidebaris. quo magis gaudeo quod, si quis de studiis sermo, una nominamur, quod de te loquentibus statim occurro. nec desunt qui utrique nostrum praeferantur. sed nos, nihil interest mea quo loco, iungimur: nam mihi primus qui a te proximus. quin etiam in testamentis debes adnotasse: nisi quis

1 hic u reddi **Doux** auferet **M** auferat **Douxa** meque] neque **ux** 2 rescisso **M** 4 secundis habuerunt in *om.* **M** solatium **Douxa** socius **M** relagatarum **M** relegaturum **D** 5 ultor **Douxa** ultro **M** reuersurum **u** tamen *om.* **u** atque] at **D** 6 super sint **M** 7 quas si **Ma** quae si **Doux** aliquid **u** aliquod **ox** 8 querar **Doxa** quaerar **M** querat **u**

15 hunc **x** a *om.* **Doux** o iucundas o pulchras **Douxa** o iucundas et pulchras **M** 16 delectant **o** 17 usquaque (usque quaque *in marg.* m^1) **x** 18 et *om.* **Doux** dignitate *om.* **Doux** 19 aequali **Dx** aequalis *corr.* m^2 *ex* aequales **o** equali **u** nullius in litteris nominis *(nota alicuius omissi apposita) om.* **M** 20 dicere] scribere **ux** alterium alterius **x** 21 adolescentibus **u** tu fama gloriaque floreres **Ma** tua (tum **D**) fama gloriaque floreret **Doux** 22 longo] *Verg. Aen. V. 320* 23 ita **Ma** ista **Doux** 24 maxime mutabilis maxime mutandus **u** imitabilis maxime *om.* **M** 25 unus **Dux** 26 occurro **Ma** occurris **Doux** nec] ne **D** uterque **ux** 27 sed non nihil *Ber. Cat.* sed nihil *Sichardus* me aquo loco **M** nam mihi primus qui a te proximus i^2 *(ut uidetur)* a nam in hoc primus quia te proximus **Doux** nam mihi primus *(rell. om.)* **M** 28 adnotas **M**

forte alterutri nostrum amicissimus, eadem legata et quidem pariter
7 accipimus. quae omnia huc spectant, ut in uicem ardentius diligamus, cum tot uinculis nos studia, mores, fama, suprema denique hominum iudicia constringant. uale.

21.

C. PLINIVS CORNVTO SVO S.

1 Pareo, collega carissime, et infirmitati oculorum, ut iubes, consulo. nam et huc tecto uehiculo undique inclusus quasi in cubiculo perueni, et hic non stilo modo uerum etiam lectionibus difficulter, sed abstineo
2 solisque auribus studeo. cubicula obductis uelis opaca nec tamen obscura facio. cryptoporticus quoque adopertis inferioribus fenestris tantum umbrae quantum luminis habet. sic paulatim lucem ferre condisco.
3 balineum adsumo, quia prodest, uinum, quia non nocet, parcissime ta-
4 men: ita adsueui, et nunc custos adest. gallinam, ut a te missam, libenter accepi; quam satis acribus oculis, quamquam adhuc lippus, pinguissimam uidi. uale.

22.

C. PLINIVS FALCONI SVO S.

1 Minus miraberis me tam instanter petisse ut in amicum meum conferres tribunatum, cum scieris quis ille qualisque. possum autem iam
2 tibi et nomen indicare et describere ipsum, postquam polliceris. est Cornelius Minicianus, ornamentum regionis meae seu dignitate seu moribus. natus splendide abundat facultatibus, amat studia ut solent pauperes. idem rectissimus iudex, fortissimus aduocatus, amicus fidelissi-
3 mus. accepisse te beneficium credes, cum propius inspexeris hominem omnibus honoribus, omnibus titulis (nihil uolo elatius de modestissimo uiro dicere) parem. uale.

---

1 alterutri **Doxa** alter uti **M** alteruter **u** eadem—2 accipimus *om.* **Doux** (*add.* **i**) 7 infirmati **MD** ut *om.* **D** 8 huc] tunc **a** undique inclusus quasi in cubiculo *om.* **D** in *ante* cubiculo *iterum inceptum del.* **x** 9 modo] meo **o** 10 obscurę **M** 11 fatio et yptoporticus **u** quaeque **Doux** 12 habet **MDoux** habent **ça** sic *om.* **a** luce fere **D** condisco *corr. m*^{2} *ex* cond sco **u** confido **o** 13 assumo et prodest **D** quia *poster. loco om.* **Doux** 14 ita *om.* **o** adest **Ma** adhesi **Doux** 15 adhaec **D** lippus **MDoux** lippis **rça** 20 quis] qui **D** 21 est *om.* **D** cornelius minicianus **Mux** cornelius minitianus **oa** cornelium minutianum **D** Cornelius Munitius Acilianus *Cat.* 22 sed dignitate **oux** 24 idem] id est **oux** iudex fortissimus *(nota alicuius omissi apposita) om.* **M** amicus fidelissimus **MDoux** fidelissimus amicus **pa** 26 omnibus *poster. loco om.* **D** uolo] ualeo **D** modessimo **u**

23.

C. PLINIVS FABATO PROSOCERO SVO S.

Gaudeo quidem esse te tam fortem, ut Mediolani occurrere Tironi 1
possis, sed ut perseueres esse tam fortis, rogo ne tibi contra rationem
aetatis tantum laboris iniungas. quin immo denuntio ut illum et domi
et intra domum atque etiam intra cubiculi limen exspectes. etenim cum 2
a me ut frater diligatur, non debet ab eo quem ego parentis loco ob-
seruo exigere officium, quod parenti suo remisisset. uale.

24.

C. PLINIVS GEMINO SVO S.

Vmmidia Quadratilla paulo minus octogensimo aetatis anno eces- 1
sit, usque ad nouissimam ualetudinem uiridis atque etiam ultra matro-
nalem modum compacto corpore et robusto. decessit honestissimo tes- 2
tamento: reliquit heredes, ex besse nepotem, ex tertia parte neptem.
Neptem parum noui, nepotem familiarissime diligo, adulescentem
singularem nec iis tantum quos sanguine attingit inter propinquos
amandum. ac primum conspicuus forma omnes sermones malignorum 3
et puer et iuuenis euasit: intra quartum et uicensimum annum maritus,
et si deus adnuisset, pater. uixit in contubernio auiae delicatae seueris-
sime et tamen obsequentissime. habebat illa pantomimos fouebatque 4
effusius quam principi feminae conueniret. hos Quadratus non in the-
atro, non domi spectabat; nec illa exigebat. audiui ipsam, cum mihi 5
commendaret nepotis sui studia, solere se, ut feminam in illo otio sexus,
laxare animum lusu calculorum, solere spectare pantomimos suos; sed
cum factura esset alterutrum, semper se nepoti suo praecepisse, abiret
studeretque; quod mihi non amore eius magis facere quam reuerentia
uidebatur.

Miraberis, et ego miratus sum: proximis sacerdotalibus ludis pro- 6
ductis in commissione pantomimis, cum simul theatro ego et Quadra-

---

2 PROSOCERO *om.* Dp 3 occurre M 5 quin *corr. ex* qui M illum *om.* o et comi M 6 etiam *om.* Doux expertes x
10 GEMINO Mo GEMINIO Duxa 11 Vmmidia ux nVmidia a Vimnidia c Valmidia D Commidia M: *cf. C. I. L. X. 5183 (= Dessau 5628)* quadratilia M 12 atque ultra matronale etiam modum D 13 cum pacto u compacido M 14 et tertia o et desse nepotem ex tertia parte nepotem parum D 15 neptem (-tem *in ras., ut uidetur, m*[1]) M parum] paruam a 16 his MD sanguine] sane D 17 amandum MDa amandus ou amandos x omnis Doux 18 annum *in marg. add. m*[1] x martius D 19 auiae delicatae Dux auiae delicate oa auia elica *(rasura duarum fere litt. insequente)* M 20 (-que *post* fouebat *add.* i) 21 quam] quem D conueniret Douxa conuenit M 22 domi Ma domo Doux illa] ulla x audiui M audii a audi oux aut D 23 commendares D loco *ante* ocio *del. statim* x 24 lusu] usu ux 25 facturus oux in facturis D semper *om.* x 26 facere *om.* ux

us egrederemur, ait mihi 'scis me hodie primum uidisse saltantem
7 auiae meae libertum?'. hoc nepos. at hercule alienissimi homines in
honorem Quadratillae (pudet me dixisse honorem) per adulationis of-
ficium in theatrum cursitabant, exsultabant, plaudebant, mirabantur ac
deinde singulos gestus dominae cum canticis reddebant; qui nunc exi-
guissima legata, theatralis operae corollarium, accipient ab herede, qu
non spectabat.

8 Haec, quia soles, si quid incidit noui, non inuitus audire; deinde, quia
iucundum est mihi quod ceperam gaudium scribendo retractare. gaudeo
enim pietate defunctae, honore optimi iuuenis, laetor etiam quod do-
mus aliquando C. Cassi, huius qui Cassianae scholae princeps et parens
9 fuit, seruiet domino non minori. implebit enim illam Quadratus meus
et decebit rursusque ei pristinam dignitatem, celebritatem, gloriam red-
det, cum tantus orator inde procedet, quantus iuris ille consultus. uale.

25.

C. PLINIVS RVFO SVO S.

1 O quantum eruditorum aut modestia ipsorum aut quies operit ac
subtrahit famae! at nos eos tantum dicturi aliquid aut lecturi timemus,
qui studia sua proferunt, cum illi qui tacent hoc amplius praestent,
quod maximum opus silentio reuerentur. expertus scribo quod scribo.

2 Terentius Iunior, equestribus militiis atque etiam procuratione
Narbonensis prouinciae integerrime functus, recepit se in agros suos
3 paratisque honoribus tranquillissimum otium praetulit. hunc ego inui-
tatus hospitio ut bonum patrem familiae, ut diligentem agricolam in-
tuebar, de his locuturus, in quibus illum uersari putabam; et coeperam,

---

1 ait] a te **M** scin *coni. Kukula* uidisse *om.* ux 2 hoc] hec x at hercule (herculę **M**) **Ma** ad hercule oux at hercules **D** alienissime *corr. ex* alienissimii x in honore **D** 3 per] pro x quod est *Gronov* 4 plaudebant **Mꝫa**, *om.* **Douxctpr** 5 domino u red|bant o 6 opere o corollarium oa corolarium (*corr. ex* corelarium x) **Dux** coroliarium **M** ad heredes **D** 8 haec quia **MDoux** haec scripsi quia a hec scripsi primum quia rꝫ quorsum haec? quia '*cod. Modii*' quorsum scribebam haec? quia *Sichardus* soles— 9 mihi *om.* x 8 inuitus] intuitus **M** 9 mihi quod ceperam (coeperim **D**) **MDa** in hoc quod ceperim oup mihi in hoc quod ceperim (coeperim ꝫ) rꝫ quod ceperim *(omnibus inde ab* 8 soles *omissis)* x (retractare *pro* retrectare i, *non posthac adnot.*) 10 honore defunctae **D** defuncti honore x 11 demus x ·c· cassii **Douxa** ·C· cassi **M** cassianae *corr. m*^{1} *ex* cassione **M** princeps] particeps x 12 fuit *om.* **Doux** serui et domino **Moux** inplebit enim illam **Mꝫa** impleuit enim illam **D** impleuit enim nullam oux 13 decebit **Ma** decedit oux decessit **D** ei] et **Doux** celebritatemque reddet **M** 14 ille uiris ille x 16 ruffo o 17 aut quies ipsorum *Kukula* ac **MDoux** et a 18 at] ad **D** lectituri **M** 20 reuerenter **D** quod scribo *om.* **D** 21 militis oux 22 prouintia **D** fucctus **M** recipit **M** se *om.* x 23 paratisque **Douxpr** speratisque a spiratisque **M** tulit *primo paginae et fasciculi loco in contextu.* praetulit *autem in calce fasciculi praecedentis adnot.* a uitatus **D** nunc u 24 tuebar x

cum ille me doctissimo sermone reuocauit ad studia. quam tersa om- 4
nia! quam latina! quam graeca! nam tantum utraque lingua ualet, ut
ea magis uideatur excellere, qua cum maxime loquitur. quantum ille
legit! quantum tenet! Athenis uiuere hominem, non in uilla putes.
quid multa? auxit sollicitudinem meam effecitque ut illis quos doctis- 5
simos noui non minus hos seductos et quasi rusticos uerear. idem sua- 6
deo tibi: sunt enim ut in castris sic etiam in litteris nostris plures
cultu pagano, quos cinctos et armatos, et quidem ardentissimo ingenio,
diligentius scrutatus inuenies. uale.

26.

C. PLINIVS MAXIMO SVO S.

Nuper me cuiusdam amici languor admonuit optimos esse nos, dum 1
infirmi sumus. quem enim infirmum aut auaritia aut libido sollicitat?
non amoribus seruit, non appetit honores, opes neglegit et quantulum- 2
cumque ut relicturus satis habet. tunc deos, tunc hominem esse se me-
minit, inuidet nemini, neminem miratur, neminem despicit ac ne ser-
monibus quidem malignis aut attendit aut alitur: balinea imaginatur
et fontes. haec summa curarum, summa uotorum, mollemque in poste- 3
rum et pinguem, si contingat euadere, hoc est innoxiam beatamque de-
stinat uitam. possum ergo quod plurimis uerbis, plurimis etiam uolumi- 4
nibus philosophi docere conantur ipse breuiter tibi mihique praecipere,
ut tales esse sani perseueremus, quales nos futuros profitemur infir-
mi. uale.

27.

C. PLINIVS SVRAE SVO S.

Et mihi discendi et tibi docendi facultatem otium praebet. igitur per- 1
quam uelim scire, esse phantasmata et habere propriam figuram numen-
que aliquod putes, an inania et uana ex metu nostro imaginem accipere.

2 qua Latina qua Graeca *coni. C. F. W. Müller* 3 qua **Muxa** quam **Do** loquitur *corr. ex* sequitur x 5 illis] illos **D** 6 quasi] quam u 8 pagani x cinctos **Ma** cunctos **Dux** quidem o et quidem *om.* o ardentissimo *corr. ex* ardentissime x 9 diligentius **Douxa** diligenter **M** scruptatus **ux** 12 amici ηθικως *Ber.* (ηθικως *notam dubitationis in contextu et in marg. add.* i) nos esse u 13 simus **D** aut auaritia aut ambitio aut libido *Gierig* 14 moribus u opes] spes **M** quantulumcumque *corr. ex* quamtumlumcumque x 15 esse se *corr. ex* se esse x 17 malignus a 18 fontis o 19 contingat o beatamque] deo tamquam **D** 20 ergo **MDoux** ego **ra** plurimis uerbis plurimis **MDux** pluribus uerbis plurimis o pluribus uerbis pluribus **rga** 22 profiteamur x infirmi *om.* **M**

25 SVRE **ux** SVRRAE **Do** SVAE **D** 26 Et x discedi u *ante* igitur *unam litt. del.* x 27 fantasmata x phasmata *Casaubon* et **Ma** sed **Doux** nomenque **M** 28 putes an inania et uana **Ma** putes inane sed uanam **Dux** putes inane sed uariam o an inania et uana i an inanem et uanam i[2] putes an inanem et uariam *Sichardus*

2 Ego ut esse credam in primis eo ducor, quod audio accidisse Curtio Rufo. tenuis adhuc et obscurus obtinenti Africam comes haeserat: inclinato die spatiabatur in porticu: offertur ei mulieris figura humana grandior pulchriorque: perterrito Africam se, futurorum praenuntiam, dixit; iturum enim Romam honoresque gesturum atque etiam cum summo imperio in eandem prouinciam reuersurum ibique moriturum. 3 facta sunt omnia. praeterea accedenti Carthaginem egredientique naue eadem figura in litore occurrisse narratur. ipse certe implicitus morbo, futura praeteritis, aduersa secundis auguratus, spem salutis nullo suorum desperante proiecit.

4 Iam illud nonne et magis terribile et non minus mirum est, quod 5 exponam ut accepi? erat Athenis spatiosa et capax domus, sed infamis et pestilens. per silentium noctis sonus ferri et, si attenderes acrius, strepitus uinculorum longius primo, deinde e proximo reddebatur: mox apparebat idolon, senex macie et squalore confectus, promissa barba, horrenti capillo: cruribus compedes, manibus catenas gerebat quatie- 6 batque. inde inhabitantibus tristes diraeque noctes per metum uigilabantur: uigiliam morbus et crescente formidine mors sequebatur. nam interdiu quoque, quamquam abscesserat imago, memoria imaginis oculis inerrabat, longiorque causis timoris timor erat. deserta inde et damnata solitudine domus totaque illi monstro relicta; proscribebatur tamen, seu quis emere, seu quis conducere ignarus tanti mali uellet.

7 Venit Athenas philosophus Athenodorus, legit titulum auditoque pretio, quia suspecta uilitas, percunctatus omnia docetur ac nihilo minus, immo tanto magis conducit. ubi coepit aduesperascere, iubet sterni sibi in prima domus parte, poscit pugillares, stilum, lumen; suos omnes in interiora dimittit, ipse ad scribendum animum, oculos, manum intendit, ne uacua mens audita simulacra et inanes sibi metus fingeret.

---

1 eo ducor] educor **M** 2 obscuris u obscurus quaestori obtinenti *Mommsen, coll. Tac. Ann. XI. 21* 3 dies patiabatur **M** die spatiebatur o offertur **Douxa** offerebatur **M** 4 praeterito o se *om.* o 5 iturum enim romam **Ma** et uenturum Romam **Doux** tirium enim uenturum Romam r et iturum enim et uenturum Romam ς gestorum **D** 7 pretereo x accedenti *om.* o naue **MDo** nauem **uxa** 8 certus u 9 secum dis auguratus **M** 12 accipi **M** spetiosa o 13 per—14 strepitus *(notam alicuius omissi add. fortasse m²) om.* **M** 14 iaculorum o longius *corr. ex* longe x e **M**, *om.* **Douxa** proxime i² *(ut uidetur)* 15 senex idolon a idolum *corr. ex* idolon *m², ut uidetur* **M** affectus **ux** promissa *corr. m² ex* prolissa o barba et horrenti o 16 cruribus *corr. m² ex* crinibus x crinibus u 17 diraeque **Ma** duraeque (dureque **ux**) **Doux** uigilabatur **oux** uigiliam *om.* a 18 morbus *corr. ex* moribus **D** 19 (memoria i) 20 inhaerebat **pa** longiorque (longior **D**) causis timoris timor erat **Doux** longiorque causis timor erat **M** longiorisque caussa timoris timor erat a 21 solitudini *Heinsius* seu] si **ux** 22 emere seu quis *om.* **Doux** 24 quia] et **D** suspectabilitas **M** omnia *corr. ex* oūa x 26 in *om.* **M** stelum **M** omnis o 27 animum oculos manum *corr. ex* manum oculos animum x

initio, quale ubique, silentium noctis, dein concuti ferrum, uincula mo- 8
ueri: ille non tollere oculos, non remittere stilum, sed offirmare animum
auribusque praetendere: tum crebrescere fragor, aduentare et iam ut in
limine, iam ut intra limen audiri: respicit, uidet agnoscitque narratam
sibi effigiem. stabat innuebatque digito similis uocanti: hic contra ut 9
paulum exspectaret manu significat rursusque ceris et stilo incumbit:
illa scribentis capiti catenis insonabat: respicit rursus idem quod prius
innuentem nec moratus tollit lumen et sequitur. ibat illa lento gradu, 10
quasi grauis uinculis: postquam deflexit in aream domus, repente di-
lapsa deserit comitem: desertus herbas et folia concerpta signum loco
ponit. postero die adit magistratus, monet ut illum locum effodi iube- 11
ant. inueniuntur ossa inserta catenis et implicita, quae corpus aeuo ter-
raque putrefactum nuda et exesa reliquerat uinculis: collecta publice
sepeliuntur. domus postea rite conditis manibus caruit.

Et haec quidem adfirmantibus credo; illud adfirmare aliis possum. 12
est libertus mihi non inlitteratus: cum hoc minor frater eodem lecto
quiescebat: is uisus est sibi cernere quendam in toro residentem ad-
mouentemque capiti suo cultros atque etiam ex ipso uertice amputan-
tem capillos. ubi inluxit, ipse circa uerticem tonsus, capilli iacentes
reperiuntur. exiguum temporis medium, et rursus simile aliud priori 13
fidem fecit. puer in paedagogio mixtus pluribus dormiebat: uenerunt
per fenestras (ita narrat) in tunicis albis duo cubantemque detonderunt
et qua uenerant recesserunt. hunc quoque tonsum sparsosque circa ca-
pillos dies ostendit. nihil notabile secutum, nisi forte quod non fui 14
reus, futurus, si Domitianus, sub quo haec acciderunt, diutius uixisset.
nam in scrinio eius datus a Caro de me libellus inuentus est: ex quo
coniectari potest, quia reis moris est summittere capillum, recisos meo-
rum capillos depulsi quod imminebat periculi signum fuisse.

---

1 initio quale ubique **Ma** initioque ubique *corr. ex* imitatioque ubique x) **Dox** imitatioque ubique u noctis *om.* **oux** dein **MDo** deinde **uxa** 2 offirmare *corr. m²* *ex* offermare **o** affirmare **u** 3 aeriusque pertendere *Markland* crebescere **x** et iam ut **MDoux** etiam ac iam ut **a**: *fortasse* ac iam ut, *cf. Classical Review XVII (1903), p. 54* in *om.* **Doux** 5 sibi *om.* **D** stabat niuebatque **o** 6 paululum **xpa** 7 catenis] eatenus **ux** 8 niuentem **o** gratu **x** 10 delapsa **i** sed *ante* desertus *del.* **x** concera **M** loro **u** 11 adid **M** effudi **u** 12 inueniunt **oux** implicata **D** aeno **u** aceruo **D** 13 nuda et *om.* **o** exeossa **D** reliquerant **M** relinquerat **D** 14 ma *ante* conditis *del.* **x** 16 non illitteratus (illitteratum **u**) · **M** · cum **Doux** Marcus non illitteratus cum *Cat.* lecto eodem **D** 17 residentemque capiti **D** residentem capiti **oux** 18 amputantes **x** 21 in praedagio **D** in paedagio **o** in predagio **u** in pedagio *corr. ex* in predagio **x** (paedagogio i) e paedagogio *Lipsius* do miebat *(post* do *ras. unius litt.)* **M** 22 in] u· **D** 25 futurus *om.* **Doux** haec acciderunt **Ma** haec acciderint **oux** hoc acciderit **D** 26 scrinio **Ma** scriniis **o** crine **Dux** a caro **Ma** acer **oux** acro **D** da *ante* inuentus *del.* **x** 28 depulsi quod **M** depulsis quid **Doux** depulsisse quod **a**

15 Proinde rogo eruditionem tuam intendas. digna res est quam diu
multumque consideres, ne ego quidem indignus cui copiam scientiae
16 tuae facias. licet etiam utramque in partem, ut soles, disputes, ex al-
tera tamen fortius, ne me suspensum incertumque dimittas, cum mihi
consulendi causa fuerit ut dubitare desinerem. uale.

28.

C. PLINIVS SEPTICIO SVO S.

1 Ais quosdam apud te reprehendisse, tamquam amicos meos ex omni
2 occasione ultra modum laudem. agnosco crimen, amplector etiam. quid
enim honestius culpa benignitatis? qui sunt tamen isti qui amicos
meos melius norint? sed ut norint, quid inuident mihi felicissimo er-
rore? ut enim non sint tales, quales a me praedicantur, ego tamen
3 beatus, quod mihi uidentur. igitur ad alios hanc sinistram diligentiam
conferant, nec sunt parum multi qui carpere amicos suos iudicium
uocant: mihi numquam persuadebunt ut meos amari a me nimium pu-
tem. uale.

29.

C. PLINIVS MONTANO SVO S.

1 Ridebis, deinde indignaberis, deinde ridebis, si legeris quod, nisi le-
2 geris, non potes credere. est uia Tiburtina intra primum lapidem (pro-
xime adnotaui) monimentum Pallantis ita inscriptum, 'huic senatus ob
fidem pietatemque erga patronos ornamenta praetoria decreuit et ses-
3 tertium centiens quinquagiens, cuius honore contentus fuit.' equidem
numquam sum miratus quae saepius a fortuna quam a iudicio profi-
ciscerentur; maxime tamen hic me titulus admonuit, quam essent mi-
mica et inepta quae interdum in hoc caenum, in has sordes abicerentur, quae denique ille furcifer et recipere ausus est et recusare atque

---

1 tuam *om.* oux tendas x 2 ne *om.* Doux sententiae D 3 (ut soles) disputes *corr. ex* disputes (ut soles) o 4 incertumque *om.* M 5 consulenda u 7 SEPTITIO Doux 8 quosdam me apud *Casaubon* respondisse oux tamquam M tamquam si Douxprꝫ quod a (si *del.* i) 10 qui sunt tamen isti Mꝫa qui sunt isti Douxctpr 11 melius me norint *Casaubon* me melius norint *Mommsen* sed ut norint *om.* Doux sed ut norint quid inuident i inuidet Doux felicissimo errore Ma felicissimo errorem Doux (felicissimum *corr. ex* felicissimo i) 12 quales Ma ut D, *om.* oux (praedicantur i) 13 uidetur Doux 14 multi *om.* Doux 15 nimium putem ra nimium autem M nimis unquam putem Doux

19 deinde ridebis (dein deridebis M) Ma, *om.* Doux 20 est] et D 21 ita inscriptum *om.* o obsidem pietatem quae Dox 22 praetaria M sextertium ox 23 honores u honoris ox 24 a *poster. loco om.* Doux iudice a 25 mimica Mi *et Budaeus in Pandectas (ed. Ascens. 1508) f. 145r. „quo in loco ex antiquis codicibus mimica legimus“* inimica Douxa 26 in hoc coenum in has sordeis a in hoc caenum has sordes M in caenum (cenum D) in has sordes Do mihi cenum in has sordes ux adiicerentur Doux 27 quae Mia quid (-i-m^1 *in ras.* u) Doux furcifer *corr. ex* furcirer M

etiam ut moderationis exemplum posteris prodere. sed quid indignor? 4
ridere satius, ne se magnum aliquid adeptos putent qui huc felicitate
perueniunt, ut rideantur. uale.

30.

C. PLINIVS GENITORI SVO S.

Torqueor quod discipulum, ut scribis, optimae spei amisisti. cuius 1
et ualetudine et morte impedita studia tua quidni sciam? cum sis om-
nium officiorum obseruantissimus, cumque omnes quos probas effusis-
sime diligas. me huc quoque urbana negotia persecuntur: non desunt 2
enim qui me iudicem aut arbitrum faciant. accedunt querellae rusti- 3
corum, qui auribus meis post longum tempus suo iure abutuntur.
instat et necessitas agrorum locandorum perquam molesta: adeo rarum
est inuenire idoneos conductores. quibus ex causis precario studeo, 4
studeo tamen: nam et scribo aliquid et lego. sed cum lego, ex compa-
ratione sentio, quam male scribam, licet tu mihi bonum animum facias,
qui libellos meos de ultione Heluidi orationi Demosthenis κατὰ Μει- 5
δίου confers, quam sane, cum componerem illos, habui in manibus, non
ut aemularer (improbum enim ac paene furiosum), sed tamen imitarer
et sequerer, quantum aut diuersitas ingeniorum, maximi et minimi, aut
causae dissimilitudo pateretur. uale.

31.

C. PLINIVS CORNVTO SVO S.

Claudius Pollio amari a te cupit, dignus hoc ipso, quod cupit, deinde 1
quod ipse te diligit. neque enim fere quisquam exigit istud, nisi qui
facit. uir alioqui rectus, integer, quietus ac paene ultra modum. si quis
tamen ultra modum, uerecundus. hunc, cum simul militaremus, non 2
solum ut commilito inspexi. praeerat alae miliariae: ego iussus a le-
gato consulari rationes alarum et cohortium excutere ut magnam quo-

---

1 proderet oux proderit **D** 2 reddere oux satius est ne **a** aliquod **a** adeptis **Doux** 3 rideant **o**

5 GENITORI] MONTANO **M** 6 amisi **ux** 7 et] etiam **u** quidni sciam **M** quid nesciam **Douxa** 9 huc **a** hoc **MDox** hec **u** desunt **Ma** debuit sunt **Doux** desunt sunt **ς** (sunt *del.* i) 10 me iudicem aut **MDox** me iudicem autem **u** me aut iudicem aut **a** faciant **Mia** faciunt **Doux** accendunt **M** 11 aducuntur **D** suo iure *om.* **o** 12 locandorum agrorum **ux** molestia **D** 13 ideneos **o** precario **Douxa** raro **M** 14 nam *om.* **M** 15 mihi *om.* **o** amicum **D** facis **Doux** 16 heluidi **ux** heluidii **MDoa** demoscenis **u**, *om.* **o** κατὰ Μειδίου **Da** ΚΑΤΑΜΕΙΛΟΣ **M**, *om. in lac.* *add. in lac.* m^2 **o** oux 18 furiosum] furto simile *coni. anonymus in Philol. Anz. XIII. 559* 19 quantum aut **Ma** tantum aut **D** tantum ut **oux** 20 peteretur **o**

23 polio **M** (quod **i**) 27 miliariae **a** militariae **Doux** militari **M** 28 rationes **Mox** rationis **Du** rationem **a**

rundam foedamque auaritiam, neglegentiam parem, ita huius summam
3 integritatem, sollicitam diligentiam inueni. postea promotus ad amplissimas procurationes, nulla occasione corruptus ab insito abstinentiae amore deflexit: numquam secundis rebus intumuit, numquam officiorum uarietate continuam laudem humanitatis infregit eademque firmitate
4 animi laboribus suffecit, qua nunc otium patitur. quod quidem paulisper cum magna sua laude intermisit et posuit, a Corellio nostro ex liberalitate imperatoris Neruae emendis diuidendisque agris adiutor adsumptus. etenim qua gloria dignum est summo uiro in tanta eligendi
5 facultate praecipue placuisse? idem quam reuerenter, quam fideliter amicos colat, multorum supremis iudiciis, in his Anni Bassi, grauissimi ciuis, credere potes, cuius memoriam tam grata praedicatione prorogat et extendit, ut librum de uita eius (nam studia quoque sicut alias bo-
6 nas artes ueneratur) ediderit. pulchrum istud et raritate ipsa probandum, cum plerique hactenus defunctorum meminerint, ut querantur.
7 hunc hominem adpetentissimum tui, mihi crede, complectere, apprehende, immo et inuita ac sic ama, tamquam gratiam referas. neque enim obligandus, sed remunerandus est in amoris officio qui prior coepit. uale.

32.

C. PLINIVS FABATO PROSOCERO SVO S.

1 Delector iucundum tibi fuisse Tironis mei aduentum: quod uero scribis oblata occasione proconsulis plurimos manumissos, unice laetor. cupio enim patriam nostram omnibus quidem rebus augeri, maxime
2 tamen ciuium numero: id enim oppidis firmissimum ornamentum. illud etiam me, non ut ambitiosum, sed tamen iuuat, quod adicis te meque et gratiarum actione et laude celebratos. est enim, ut Xenophon ait, ἥδιστον ἄκουσμα ἔπαινος, utique si te mereri putes. uale.

---

1 sumniam u 3 procurationis D 4 (deflexit i) intumnit u 5 continua laude D humanitatem ux 6 suffecit Ma sufficit Doux 7 correllio stro *(post* correllio *ras. duarum litt.)* M corellio non x libertate D 8 adiutor] auctor D adsumptus] at o 9 intantae legendi M 10 precipuae M placuit sed idem quam M idemque quam (*om.* placuisse) x lideliter M 11 iudicis D in his Annii Bassi a in his hanni bassi M musanni bassi Doux in his Musoni Bassi *edit. Elzeu. 1640 et al.* 12 ciliis *corr. ex* ciuis M potes MDa potest oux tam grata Ma tam gratam grata Doux 13 de uita eius MDa eius de uita oux quoque *om.* o bonas artes (artis o) MDoux arteis bonas a 14 istud et a studet Doux ediderit—15 querantur *om.* M 16 ad potentissimum D tui Ma tu Doux 17 et *om.* D ac sic sic ama o gratias D 18 sed remunerandus *om.* Doux

22 Tyronis x meis M uero] non u 23 occaxione u unie M 24 nrostram M, *om.* Doux 26 ut *om.* ux adicis te meque et M adiicis meque et a adicis se mequae et D adicisse (addicisse o) me que (quae ox) et oux 27 actione et laude Ma actionem ut laude Doux (ut] et i) ut Xenophon ait ἥδιστον ἄκουσμα ἔπαινος utique a ut ex enopho ait, nos utique M Xenophai

33.

C. PLINIVS TACITO SVO S.

Auguror, nec me fallit augurium, historias tuas immortales futuras; 1
quo magis illis, ingenue fatebor, inseri cupio. nam si esse nobis curae 2
solet ut facies nostra ab optimo quoque artifice exprimatur, nonne debemus optare ut operibus nostris similis tui scriptor praedicatorque contingat? demonstro ergo, quamquam diligentiam tuam fugere non 3
possit, cum sit in publicis actis, demonstro tamen, quo magis credas iucundum mihi futurum, si factum meum, cuius gratia periculo creuit, tuo ingenio, tuo testimonio ornaueris.

Dederat me senatus cum Herennio Senecione aduocatum prouinciae 4
Baeticae contra Baebium Massam damnatoque Massa censuerat ut bona eius publice custodirentur. Senecio, cum explorasset consules postulationibus uacaturos, conuenit me et 'qua concordia' inquit 'iniunctam nobis accusationem exsecuti sumus, hac adeamus consules petamusque ne bona dissipari sinant quorum esse in custodia debent'. respondi 5
'cum simus aduocati a senatu dati, dispice num peractas putes partes nostras senatus cognitione finita.' et ille 'tu quem uoles tibi terminum statues, cui nulla cum prouincia necessitudo nisi ex beneficio tuo, et hoc recenti; ipse et natus ibi et quaestor in ea fui.' tum ego 'si fixum tibi 6
istud ac deliberatum, sequar te, ut, si qua ex hoc inuidia, non tantum tua.'

Venimus ad consules, dicit Senecio quae res ferebat, aliqua subiungo. 7
uixdum conticueramus, et Massa questus Senecionem non aduocati fidem, sed inimici amaritudinem implesse, impietatis reum postulat. hor- 8

Ihaic τήλους ἰν ἔπαινος utique D xenophai utique (*lacuna post* xenophai *relicta*) oux *ante* επαινος *in marg.* ἥδιστον ἄκουσμα *inseruit* i, ἀκρόαμα *super* ἄκουσμα *et* ἔπανιος *post* ἄκουσμα *add.* i²: *Xen. Mem. II. 1. 31; Hier. 1. 14* 28 sit emereri oux sic emereri D

3 angor o 5 solet curae D facies] macies ou nostra *corr. m*¹ *ex* nostro, *ut uidetur* u 6 nostris M, *om.* Douxa *fortasse recte* 7 ergo MDoux itaque a 7 non possit cum sit in Ma non possum in Douxprς (cum sit *add.* i 8 actibus x 9 meum] inueni u gratio D credit suo Doux 10 ornaueris — 11 Herennio *om.* Doux 11 Herenio a senetione Dou senicione M 12 baeuium D Vebium o uerbium ux damnato quam est Massa consueuerat Doux 13 senetio Do 14 qua] quasi Dux 15 occasionem *ante* accusationem *del.* x 16 dissipari Mouxa discipari D dissipari sinant, quae iam in custodia esse deberent *Casaubon* 17 cum] cui a simus M sumus Douxa aduotati M a *subpunxit* o, *om.* Dux despice M partis oux 18 finitas Doux et ille et tu D tibi terminum *corr. ex* terminum tibi *m*¹, *ut u detur* M 20 fuit a 21 sequar te MDa sequare oux non tantum tua M erit non tua tantum sit a (sit *add.* i) non tua tantum sequar te Doux 23 senetio Dou ferebat *corr. m*² *ex* referebat o 24 quaestus Ma senetionem Do 25 inimici Ma inimicitia oux inimicitiam D impietatis impietatis ux reum] rerum D horror *corr. ex* hortor x

ror omnium: ego autem 'uereor' inquam, 'clarissimi consules, ne mihi Massa silentio suo praeuaricationem obiecerit, quod non et me reum postulauit.' quae uox et statim excepta et postea multo sermone cele-
9 brata est. diuus quidem Nerua (nam priuatus quoque attendebat his quae recte in publico fierent) missis ad me grauissimis litteris non mihi solum uerum etiam saeculo est gratulatus, cui exemplum (sic
10 enim scripsit) simile antiquis contigisset. haec, utcumque se habent, notiora, clariora, maiora tu facies: quamquam non exigo ut excedas actae rei modum. nam nec historia debet egredi ueritatem, et honeste factis ueritas sufficit. uale.

C. PLINI CAECILI SECVNDI EPISTVLARVM

LIBER OCTAVVS.

1.

C. PLINIVS SEPTICIO SVO S.

1 Iter commode explicui, excepto quod quidam ex meis aduersam
2 ualetudinem feruentissimis aestibus contraxerunt. Encolpius quidem lector, ille seria nostra, ille deliciae, exasperatis faucibus puluere sanguinem reiecit. quam triste hoc ipsi, quam acerbum mihi, si is cui omnis ex studiis gratia inhabilis studiis fuerit! quis deinde libellos meos
3 sic leget, sic amabit? quem aures meae sic sequentur? sed di laetiora

2 massa *corr. ex* massam x et *om.* Doux 3 postulet a uox et statim Ma uox est statim Doux 4 nerua—his Ma nerua iam priuatus attendebat his D nerua iam priuatusque attendebat his D nerua iam priuatusque attendebat is oux (iam i quasi priuatus i) 5 quae—me *om.* Doux rectae M in publico M in publicum a iis quae recte in publicum fierent i missus M 7 rescripsit ux similem x contigisset Ma contigisse Doux 8 tutu M excedas actae rei modum nam Ma excedat accera ei modum D excedat aetera (l'accera m^3 o etera ux) modum oux

11 EPISTOLARVM EXPLICIT · LIBER · VII · | G · PLINI · CAECILI INCIPIT LIBER · VIII · M C · PL · SECVNDI EPISTOLARVM LIBER OCTAVVS a C · Pli · Secundi Liber Octauus explicit Incipit Nonus · lege foeliciter · *(octauo libro post nonum posito)* r: *post inscriptionem huius libri, qui scilicet in editione Beroaldi, ut in* ctr, *post nonum positus et nonus pro octauo numeratus est,* in antiquis et emendatis exemplaribus hic liber octauus inscribitur *add.* i: *liber octauus omissus est in* Doux 15 Septio r 16 INTER M exceptoque quaedam r 17 (Encolpius i^2) Encolpus rς quidem lector ille Mca quidem ille tr quidem ille lector ille ς 18 pulueres M sanguinem Mcςa sanguine tr 19 aceruum M si is ia sit Mr si *Otto* 20 gratia inhabilis a gratia si inhabilis Mr (si *del.* i) gratia, es inhabilis *Otto* 21 quem aures meae sic sequentur a (meae i) quem aures sic sequentur M que aures meos sic sequentur c que aures meos subsequen-

promittunt: stetit sanguis, resedit dolor. praeterea continens ipse, nos solliciti, medici diligentes. ad hoc salubritas caeli, secessus, quies tantum salutis quantum otii pollicentur. uale.

2.

C. PLINIVS CALVISIO SVO S.

Alii in praedia sua proficiscuntur, ut locupletiores reuertantur, ego, 1
ut pauperior. uendideram uindemias certatim negotiatoribus ementibus.
inuitabat pretium, et quod tunc et quod fore uidebatur. spes fefellit. 2
erat expeditum omnibus remittere aequaliter, sed non satis aequum.
mihi autem egregium in primis uidetur ut foris ita domi, ut in mag-
nis ita in paruis, ut in alienis ita in suis agitare iustitiam. nam si pa-
ria peccata, pares etiam laudes. itaque omnibus quidem, ne quis mihi 3
non donatus abiret, partem octauam pretii quo quis emerat concessi;
deinde iis qui amplissimas summas emptionibus occupauerant separa-
tim consului. nam et me magis iuuerant et maius ipsi fecerant dam-
num. igitur iis qui pluris quam decem milibus emerant ad illam com- 4
munem et quasi publicam octauam addidi decimam eius summae, qua
decem milia excesserant.

Vereor ne parum expresserim; apertius calculos ostendam. si qui 5
forte quindecim milibus emerant, hi et quindecim milium octauam et
quinque milium decimam tulerunt. praeterea, cum reputarem quosdam 6
ex debito aliquantum, quosdam aliquid, quosdam nihil reposuisse, ne-
quaquam uerum arbitrabar, quos non aequasset fides solutionis, hos
benignitate remissionis aequari. rursus ergo iis qui soluerant eius quod 7
soluerant decimam remisi. per hoc enim aptissime et in praeteritum
singulis pro cuiusque merito gratia referri, et in futurum omnes cum
ad emendum tum etiam ad soluendum allici uidebantur. magno mihi 8
seu ratio haec seu facilitas stetit, sed fuit tanti. nam regione tota et
nouitas remissionis et forma laudatur. ex ipsis etiam, quos non una,

---

tur trς sed dii laetiora promittunt **Ma** sed dulciora promittunt ctr sed dulciora promittunt medici ς

5 Caluinio r 8 pretium — uidebatur *om.* **Mr**, *add.* ia fore *Cat.*[2] forte a 9 erat **Mcta** erit r 10 autem **Mcia** aut trς uideretur **M** 13 donatis **M**: *Verg. Aen. V. 305* 14 his **Mr** emtionibus **M** occpauerant r 15 consui **M** inuenerant **M** facerent r 16 his **M** communem rem et r (rem *del.* i) 17 decimam] decumauimus r (decumam i) qua **M** quam r quae i *Cat.* a 18 excesserant **Mr** excesserat i *Cat.* a 19 calculos a calculo **Mr** · XV · r 20 emerant hi et **Mia** emerant ii et c emerant duo et tr emerant et *Ber.* 21 quinque milium decimam tulerunt **Ma** · V · milium · X · tulerunt t quinque millium · x · tulerunt c · V · milium extulerunt r V milium decem extulerunt ς (decimam tulerunt i) 23 uerum] iustum *Cat.* i[2] equa fides r (aequasset i) 24 aequari a aequare **Mr** his **M** eius quod soluerant ctra, *om.* **M** 25 per] pro r 28 haec *om.* r

ut dicitur, pertica, sed distincte gradatimque tractaui, quanto quis melior et probior, tanto mihi obligatior abiit, expertus non esse apud me ἐν δὲ ἰῇ τιμῇ ἡμὲν κακὸc ἠδὲ καὶ ἐcθλόc. uale.

3.

C. PLINIVS SPARSO SVO S.

1 Librum quem nouissime tibi misi ex omnibus meis uel maxime
2 placere significas. est eadem opinio cuiusdam eruditissimi. quo magis adducor ut neutrum falli putem, quia non est credibile utrumque falli et quia tamen blandior mihi. uolo enim proxima quaeque absolutissima uideri, et ideo iam nunc contra istum librum faueo orationi quam nuper in publicum dedi, communicaturus tecum, ut primum diligentem
3 tabellarium inuenero. erexi exspectationem tuam, quam uereor ne destituat oratio in manus sumpta. interim tamen tamquam placituram, et fortasse placebit, exspecta. uale.

4.

C. PLINIVS CANINIO SVO S.

1 Optime facis quod bellum Dacicum scribere paras. nam quae tam recens, tam copiosa, tam lata, quae denique tam poetica et quamquam
2 in uerissimis rebus tam fabulosa materia? dices immissa terris noua flumina, nouos pontes fluminibus iniectos, insessa castris montium abrupta, pulsum regia, pulsum etiam uita regem nihil desperantem; super haec actos bis triumphos, quorum alter ex inuicta gente primus, alter nouissimus fuit.
3 Vna, sed maxima difficultas, quod haec aequare dicendo arduum, immensum, etiam tuo ingenio, quamquam altissime adsurgat et amplissimis operibus increscat. non nullus et in illo labor, ut barbara et fera
4 nomina, in primis regis ipsius, graecis uersibus non resultent. sed ni-
5 hil est quod non arte curaque, si non potest uinci, mitigetur. praeterea, si datur Homero et mollia uocabula et graeca ad leuitatem uersus con-

---

1 sed distincte a sed destinate r distincte M (distincte i) tractauit r (tractaui i) 2 abit a 3 ἐν δ' ἰῇ (ἰῇ i) τιμῇ ἡμὲν κακὸc (κακός a) ἠδὲ καὶ ἐσθλός ia ἐν δὲ ἰῇ τιμῇ ἡμὲν κακὸν ἠδὲ καὶ ἐσθλόν *Schaefer, om.* Mr: *Hom. Il. IX. 319*

7 placare M eadem opinio *corr. ex* opinio eadem M 9 tamen Ma tantum r tam *Sichardus* 10 orationem r (faueo orationi i) 11 publico r (publicum i)

17 namque tam Mr (nam quae i) 18 lata ra late M laeta *Gerth* alta *Eussner* (tam elata quae denique i *fortasse recte*) 19 in uerissimis rebus ca inuenerissimis rebus M uerissimis in rebus tr terras M 20 fontes r abrubta pulsum rogia M 22 iniuncta r 25 assurgit r amplissime a 27 sed *om.* Mr 29 leuitatem Mcia bonitatem trς

trahere, extendere, inflectere, cur tibi similis audentia, praesertim non delicata sed necessaria, non detur? proinde iure uatum inuocatis dis et inter deos ipso, cuius res, opera, consilia dicturus es, immitte rudentes, pande uela, ac si quando alias, toto ingenio uehere. cur enim non ego quoque poetice cum poeta?

Illud iam nunc paciscor: prima quaeque ut absolueris, mittito, immo etiam ante quam absoluas, sicut erunt recentia et rudia et adhuc similia nascentibus. respondebis non posse perinde carptim ut contexta, perinde incohata placere ut effecta. scio: itaque et a me aestimabuntur ut coepta, spectabuntur ut membra extremamque limam tuam opperientur in scrinio nostro. patere hoc me super cetera habere amoris tui pignus, ut ea quoque norim, quae nosse neminem uelles. in summa potero fortasse scripta tua magis probare, laudare, quanto illa tardius cautiusque, sed ipsum te magis amabo magisque laudabo, quanto celerius et incautius miseris. uale.

5.

C. PLINIVS GEMINO SVO S.

Graue uulnus Macrinus noster accepit: amisit uxorem singularis exempli, etiam si olim fuisset. uixit cum hac triginta nouem annis sine iurgio, sine offensa. quam illa reuerentiam marito suo praestitit, cum ipsa summam mereretur! quot quantasque uirtutes ex diuersis aetatibus sumptas collegit et miscuit! habet quidem Macrinus grande solacium, quod tantum bonum tam diu tenuit: sed hinc magis exacerbatur, quod amisit. nam fruendis uoluptatibus crescit carendi dolor. ero ergo suspensus pro homine amicissimo, dum admittere auocamenta et cicatricem pati possit, quam nihil aeque ac necessitas ipsa et dies longa et satietas doloris inducit. uale.

---

1 similis audentia praesertim **Ma** simul audentia praesertim c simile audentia praesertim ς simul praesertim r similis praesertim t (similis audentia i) 2 delegata r (delicata i) non detur **Mr** negetur a diis ra 3 inter deos ipso *Ber. Cat.* a intereos ipso **M** inter deos ipsos r consilio r dictaturus a 5 ego quoque poeticum poema illud iam paciscor prima queque absolueris ymmo etiam r poeticae **M** (poetice cum poeta i) 6 ut *add.* i) mittito **M** mitte ia 7 recentia si rudia si adhuc a 8 carptim texta ut contexta *Ernesti* carptim coniecta ut contexta *Leithäuser* carptim contexta *Kukula* 9 et *om.* tr, *add.* **Mca** aestimabuntur **Mcia** existimabuntur trς 10 cepta **M** (opperientur i) 13 illa *om.* r, *add.* **Mia** 14 magis laudabo a 17 Geminio *Cat.* GEMINIO a 18 noster *om.* r uxore **M** 19 uixit *om.* r, *add.* **Mia** ·XXX·VIIII **Mr** 21 quod quantitasque **M** 22 sumptas **M**ς†ca sup *(lacuna quattuor uel quinque litterarum insequentis)* r 23 hinc **Mr** hoc a magis orbatur r (exacerbatur i) 24 fruendis a fruendi **Mr** ero *om.* r, *add.* **Mia** 25 auocamenta **M** *et (ex coni. Buduei)* i aduocamenta ra: *cf. Classical Philology II. 154* 26 longa *om.* r 27 dolor a

6.

C. PLINIVS MONTANO SVO S.

1 Cognouisse iam ex epistula mea debes adnotasse me nuper monumentum Pallantis sub hac inscriptione, 'huic senatus ob fidem pietatemque erga patronos ornamenta praetoria decreuit et sestertium cen-
2 tiens quinquagiens, cuius honore contentus fuit.' postea mihi uisum est pretium curae ipsum senatus consultum quaerere. inueni tam copiosum et effusum, ut ille superbissimus titulus modicus atque etiam demissus uideretur. conferant se misceantque, non dico illi ueteres, Africani, Achaici, Numantini, sed hi proximi, Marii, Sullae, Pompeii, nolo pro-
3 gredi longius; infra Pallantis laudes iacebunt. urbanos qui illa censuerunt putem an miseros? dicerem urbanos, si senatum deceret urbanitas; miseros, sed nemo tam miser est, ut illa cogatur. ambitio ergo et procedendi libido. sed quis adeo demens, ut per suum, per publicum dedecus procedere uelit in ea ciuitate, in qua hic esset usus florentis-
4 simae dignitatis, ut primus in senatu laudare Pallantem posset? Mitto quod Pallanti seruo praetoria ornamenta offeruntur; quippe offeruntur a seruis: mitto quod censent non exhortandum modo uerum etiam compellendum ad usum aureorum anulorum; erat enim contra
5 maiestatem senatus, si ferreis praetorius uteretur. leuia haec et transeunda; illa memoranda, quod nomine Pallantis senatus, nec expiata postea curia est, Pallantis nomine senatus gratias agit Caesari, quod et ipse cum summo honore mentionem eius prosecutus esset et senatui
6 facultatem fecisset testandi erga eum beneuolentiam suam. quid enim senatui pulchrius, quam ut erga Pallantem satis gratus uideretur? additur 'ut Pallas, cui se omnes pro uirili parte obligatos fatentur, singularis fidei, singularis industriae fructum meritissimo ferat.' prolatos
7 imperii fines, redditos exercitus rei publicae credas. adstruitur his 'cum senatui populoque Romano liberalitatis gratior repraesentari nulla materia posset, quam si abstinentissimi fidelissimique custodis principalium opum facultates adiuuare contigisset'. hoc tunc uotum senatus, hoc

---

5 sestertium] ·l'l's· r 7 curae a operae Mr 8 etiam *om.* r 9 conferant se misceantque a conferantque se Mct *Pomp. Laet. Ber.* conferuntque se r conferant se *Cat.* conferant misceantque se *Otto* non dico illi Mca non illi trς 10 Numantini a num mantini M Numantici r hii Mr Sille r pompei Ma 11 iacebant r censuerant r 12 dicerem — 13 miseros *om.* r, *add.* Mia 12 deceret a diceret M 14 ut aut per suum aut per publicum a 15 uelit M uellet a uult ctr 17 omitto a 18 a seruis] asseruis M exorandum r (exortandum i) 21 nec — 22 senatus *om.* r 22 postea ea iniuria est a 23 esset] est r (esset i) 24 suam *om.* Mr, *add.* ia 26 omnis r (omnes i) obligatus r fatentur a faterentur M fateretur r (obligatos faterentur i) 27 fide a prolatus r 28 (fines i) astruitur iis r 29 Romano ia, *om.* Mr gratior ςia gratiae Mr 30 posset ia possit Mr

praecipuum gaudium populi, haec liberalitatis materia gratissima, si Pallantis facultates adiuuare publicarum opum egestione contingeret. iam quae secuntur, uoluisse quidem senatum censere dandum ex aera- 8
rio sestertium centiens quinquagiens, et quanto ab eius modi cupidi-
tatibus remotior eius animus esset, tanto impensius petere a publico
parente ut eum compelleret ad cedendum senatui. id uero deerat, ut 9
cum Pallante auctoritate publica ageretur, Pallas rogaretur ut senatui
cederet, ut illi superbissimae abstinentiae Caesar ipse patronus aduoca-
retur, ne sestertium centiens quinquagiens sperneret. spreuit, quod so-
lum potuit tantis opibus publice oblatis adrogantius facere, quam si
accepisset. senatus tamen id quoque similis querenti laudibus tulit, his 10
quidem uerbis: sed cum princeps optimus parensque publicus rogatus
a Pallante eam partem sententiae quae pertinebat ad dandum ei ex
aerario sestertium centiens quinquagiens remitti uoluisset, testari sena-
tum, etsi libenter ac merito hanc summam inter reliquos honores ob
fidem diligentiamque Pallanti decernere coepisset, uoluntati tamen prin-
cipis sui, cui in nulla re fas putaret repugnare, in hac quoque re ob-
sequi. imaginare Pallantem uelut intercedentem senatus consulto mo- 11
derantemque honores suos et sestertium centiens quinquagiens ut ni-
mium recusantem, cum praetoria ornamenta tamquam minus recepis-
set: imaginare Caesarem liberti precibus uel potius imperio coram 12
senatu obtemperantem (imperat enim libertus patrono, quem in senatu
rogat): imaginare senatum usquequaque testantem merito libenterque
se hanc summam inter reliquos honores Pallanti coepisse decernere et
perseueraturum fuisse, nisi obsequeretur principis uoluntati, cui non
esset fas in ulla re repugnare. ita ne sestertium centiens quinquagiens
Pallas ex aerario ferret, uerecundia ipsius, obsequio senatus opus fuit

2 opum Mca rerum tr contingeret a 3 iam quae sequuntur? uoluisse *Schaefer* (censere i) censorem r ex] et r 4 sestertium] ·l'l's· r quantum r 5 (petere a i) praeterea r 6 (compelleret i) compellere r impensius petere ut compelleret *Cat.* uero a 7 publica auctoritate r 8 ipse patronus aduocaretur *edit. Elzeu. 1640 et al.* ipse patronus ipse aduocaretur a ipse aduocatus esset Mr ipse aduocaretur *Otto* ipse patronus ipse aduocatus esset *Kukula* 9 sestertium] ·l'l's· r 10 arrogaantius faceret r arrogantius fecit *edit. Elzeu. 1640 et al.* 11 quaerenti M 13 ex aerario ad dandum ei r (ad dandum ei ex aerario i) 14 sestertium (l'l's r) centies quinquagies Mr centies quinquagies sestertium a (uoluisset i) 15 etsi r et se Ma summam Mcꝫa sententiam tr 16 Pallantis a coepisset i *Cat.* coepisse Ma cepisse r 17 sui—18 consulto Ma sui cui imaginare pallantem uelut intercedentem senatus re obsequio imaginare consulto cr sui cui non est fas repugnare obsequi imaginare Pallantem uelut intercedentem senatus obsequio imaginare consulto t 17 (cui—obsequi *add.* i) cui in nulla re M *et (ex coni. Budaei)* i² cui nulla re ia² cui mulla re a: *cf. Classical Philology II. 137* 18 (obsequio imaginare *inter* senatus *et* consulto *del.* i) 19 sestertium] ·l'l's· r 20 munus r (minus i) 21 libertini r 22 imperat enim *om.* r 25 perseueraturum fuisse M perseueratur fuisse r perseueraturum fuisse se a 26 esset] est r ne] me r sestertium] l'l's r 27 referret a

in hoc praecipue non obsecuturi, si in ulla re putasset fas esse non obsequi.

13 Finem existimas? mane dum et maiora accipe: 'utique cum sit utile principis benignitatem promptissimam ad laudem praemiaque merentium inlustrari ubique, et maxime iis locis quibus incitari ad imitationem praepositi rerum eius curae possent, et Pallantis spectatissima fides atque innocentia exemplo prouocare studium tam honestae aemulationis posset, ea quae X. Kal. Februarias, quae proximae fuissent, in amplissimo ordine optimus princeps recitasset senatusque consulta de iis rebus facta in aere inciderentur, idque aes figeretur ad statuam lo-
14 ricatam diui Iulii'. parum uisum tantorum dedecorum esse curiam testem: delectus est celeberrimus locus, in quo legenda praesentibus, legenda futuris proderentur. placuit aere signari omnes honores fastidiosissimi mancipii, quosque repudiasset quosque, quantum ad decernentis pertinet, gessisset. incisa et insculpta sunt publicis aeternisque monumentis praetoria ornamenta Pallantis, sic quasi foedera antiqua,
15 sic quasi sacrae leges. tanta principis, tanta senatus, tanta Pallantis ipsius — quid dicam nescio — ut uellent in oculis omnium figi, Pallas insolentiam suam, patientiam Caesar, humilitatem senatus. nec puduit rationem turpitudini obtendere, egregiam quidem pulchramque rationem, ut exemplo Pallantis praemiorum ad studium aemulationis
16 ceteri prouocarentur. ea honorum uilitas erat, illorum etiam quos Pallas non dedignabatur. inueniebantur tamen honesto loco nati qui peterent cuperentque quod dari liberto, promitti seruis uidebant.

17 Quam iuuat quod in tempora illa non incidi, quorum sic me, tamquam illis uixerim, pudet! non dubito similiter adfici te. scio quam sit tibi uiuus et ingenuus animus: ideo facilius est ut me, quamquam indignationem quibusdam in locis fortasse ultra epistulae modum extulerim, parum doluisse quam nimis credas. uale.

---

1 si in ulla reputassent M si nulla re putassent r si in nulla re putasset a (in ulla re putasset i) 3 epistimans r 4 principi Mr praemia merentium r 5 ubique et ia ubi et Mr iis ia his M, *om.* r (ubique et maxime iis locis i) 6 propositi r cura a 8 possit r ea quae Mi eaque ra ·x k̄· febrarias M X cal. februarii r (Februar i) quarto Kal. Februarii a que proxime r quae proxime a 9 ordinem M senatus consultum r (S. que C. ta i) 10 iis M hiis r his a (aere i) idque effingeretur r (aes *add.* i) 11 Iuli i 12 in quo legenda Ma incolenda r 13 proderetur r fastidiosissimi quoque mancipii repudiasset r (quoque *del.* i) 15 inscalpta a 16 antiqua si quasi r 17 tanta senatus ia, *om.* Mr 18 ut ia si Mr ut si *C. F. W. Müller* quasi *Keil*[1] 19 potuit r (nec —20 rationem i) 20 turpitudini—21 rationem *om.* r 22 utilitas r (uilitas i) 23 non dignabatur *Cat.* 24 promittis seruis uidebantur r (uidebant i) 26 adfeci M 27 uiuus Mia uis cr iustus t ius *Pomp. Laet.* uerus *Ber. Cat.* ideoque facilius a 27 indignationem ça indignatione Mr 29 quam] quod r credatur r (credas i)

7.

C. PLINIVS TACITO SVO S.

Neque ut magistro magister neque ut discipulo discipulus (sic enim 1
scribis), sed ut discipulo magister (nam tu magister, ego contra; atque
adeo tu in scholam reuocas, ego adhuc Saturnalia extendo) librum
misisti. num potui longius hyperbaton facere atque hoc ipso probare 2
eum esse me, qui non modo magister tuus sed ne discipulus quidem
debeam dici? sumam tamen personam magistri exseramque in librum
tuum ius quod dedisti eo liberius, quod nihil ex meis interim missurus
sum tibi, in quo te ulciscaris. uale.

8.

C. PLINIVS ROMANO SVO S.

Vidistine aliquando Clitumnum fontem? si nondum (et puto non- 1
dum; alioqui narrasses mihi), uide, quem ego (paenitet tarditatis) pro-
xime uidi.

Modicus collis adsurgit antiqua cupresso nemorosus et opacus: hunc 2
subter exit fons et exprimitur pluribus uenis, sed imparibus, eluctatus-
que facit gurgitem qui lato gremio patescit purus et uitreus, ut nume-
rare iactas stipes et relucentis calculos possis. inde non loci deuexitate 3
sed ipsa sui copia et quasi pondere impellitur. fons adhuc et iam am-
plissimum flumen, atque etiam nauium patiens, quas obuias quoque et
contrario nisu in diuersa tendentes transmittit et perfert, adeo ualidus,
ut illa qua properat ipse, quamquam per solum planum, remis non

---

4 nam tu magister ia, *om.* Mr 5 extento M 6 num M non ra 7 me *om.* a modo *om.* r 8 summam r tamen *om.* a 9 quo nihil a misurus M

13 clitumnum Mrça Clitumni *Keil*^{2}: *cf. Vibius Seq. De flum.*, etc., *s. u. Fontes* 14 (narrasses i) narrasse r uide a, *om.* Mr 16 cupressu ra 17 fons exit a eluctatusque facit gurgitem qui lato gremio patescit purus a eluctatusque quem facit gurgitem lato gremio patescit purus (parus M) Mc eluctatus quem facit gurgitem lato gremio patefacto purus tr (eluctatusque i patescit i): *cf. G. Mck. Rushforth in Guardian, Jan. 24, 1900, pp 135 s.* 19 iacctas r (relucentis i) 21 etiam r quas obuias — p 221, 2 amplissimos hortos *non indicata lacuna om.* ctr *Pomp. Laet.* nauium patiens hic mutilus Codex. eodem quo emerat *Ber.: in codice Bodleiano Auct. L. 4. 3 uerbis* hic mutilus Codex *deletis et linea (trans quam uerbum* ua at *est scriptum) inde in margine usque ad calcem paginae subducta, octo folia chartacea sunt inserta, in quibus 210. 21* quas obuias — *221. 23* transmittere mare *manu quae I indicatur exarata sunt (cf. Classical Philology II. 129ss.): lacuna in contextu indicata in adnotationibus ita scripsit Catanaeus*^{1} 'Nauium patiens. profundus. post quae mancus est codex: sicut in hoc libello coniectamus placrasque epistolas desiderari: et quamuis multa conquisiuerimus exemplaria: nullum tamen adhuc offendimus: quod huic loco opem ferre potuerit', etc. 22 nisi I tendentis I tendenteis a 23 quamquam M tamquam Ia

4 adiuuetur, idem aegerrime remis contisque superetur aduersus. iucundum utrumque per iocum ludumque fluitantibus, ut flexerint cursum, laborem otio, otium labore uariare.

Ripae fraxino multa, multa populo uestiuntur, quas perspicuus amnis uelut mersas uiridi imagine adnumerat. rigor aquae certauerit
5 niuibus, nec color cedit. adiacet templum priscum et religiosum: stat Clitumnus ipse amictus ornatusque praetexta: praesens numen atque etiam fatidicum indicant sortes. sparsa sunt circa sacella complura totidemque di. sua cuique ueneratio, suum nomen, quibusdam uero etiam fontes. nam praeter illum quasi parentem ceterorum sunt mi-
6 nores capite discreti; sed flumini miscentur, quod ponte transmittitur. is terminus sacri profanique. in superiore parte nauigare tantum, infra etiam natare concessum. balineum Hispellates, quibus illum locum diuus Augustus dono dedit, publice praebent, praebent et hospitium. nec desunt uillae, quae secutae fluminis amoenitatem margini insistunt.
7 In summa nihil erit ex quo non captes uoluptatem. nam studebis quoque et leges multa multorum omnibus columnis, omnibus parietibus inscripta, quibus fons ille deusque celebratur. plura laudabis, non nulla ridebis; quamquam tu uero, quae tua humanitas, nulla ridebis. uale.

9.

C. PLINIVS VRSO SVO S.

1 Olim non librum in manus, non stilum sumpsi; olim nescio quid sit otium, quid quies, quid denique illud iners quidem, iucundum tamen nihil agere, nihil esse: adeo multa me negotia amicorum nec se-
2 dere nec studere patiuntur. nulla enim studia tanti sunt, ut amicitiae officium deseratur, quod religiosissime custodiendum studia ipsa praecipiunt. uale.

10.

C. PLINIVS FABATO PROSOCERO SVO S.

1 Quo magis cupis ex nobis pronepotes uidere, hoc tristior audies neptem tuam abortum fecisse, dum se praegnantem esse puellariter

1 adiuuetur *Gronov* aegerrime *corr.* i *ex* agerrime I 2 flu|uitantibus a fluitantibus *corr.* i *ex* fluitantis I 4 fraxino multa populo I 5 uelut Ia ut M uiridi *corr. ex* uitidi I imagine *corr. ex* imagini I margini *Markland* 6 niuibus *corr.* i *ex* niuis I caedit M 8 indicant *corr.* i *ex* iudicant I cumplura M 9 dii M dei Ia 10 fontis M 11 miscentur *corr.* i *ex* miscuntur I 12 tantum infra etiam Ia, *om.* M 14 publice praebent praebent hospitium M publice praebent et hospitium Ia 15 margini *corr.* i *ex* margi I 16 in summi M captes Ia capias M 17 quoque et leges Ia quoque leges M
24 sedere Ia secedere M 25 sunt Ia, *om.* M 26 religiossime M
29 PROSOCERO Ia, *om.* M 30 audies *corr.* i *ex* in dies I 31 abortum *corr.* i *ex* auortum I praegnatem M

nescit ac per hoc quaedam custodienda praegnantibus omittit, facit omittenda. quem errorem magnis documentis expiauit in summum periculum adducta. igitur ut necesse est grauiter accipias senectutem 2
tuam quasi paratis posteris destitutam, sic debes agere dis gratias, quod ita tibi in praesentia pronepotes negauerunt, ut seruarent neptem, illos reddituri, quorum nobis spem certiorem haec ipsa quamquam parum prospere explorata fecunditas facit. isdem nunc ego te quibus 3
ipsum me hortor, moneo, confirmo. neque enim ardentius tu pronepotes, quam ego liberos cupio, quibus uideor a meo tuoque latere pronum ad honores iter et audita latius nomina et non subitas imagines relicturus. nascantur modo et hunc nostrum dolorem gaudio mutent. uale.

11.

C. PLINIVS HISPVLLAE SVAE S.

Cum adfectum tuum erga fratris filiam cogito etiam materna in- 1
dulgentia molliorem, intellego prius tibi quod est posterius nuntiandum, ut praesumpta laetitia sollicitudini locum non relinquat. quamquam uereor ne post gratulationem quoque in metum redeas atque ita gaudeas periculo liberatam, ut simul quod periclitata sit perhorrescas. iam hilaris, iam sibi, iam mihi reddita incipit refici transmissumque 2
discrimen conualescendo remetiri. fuit alioqui in summo discrimine, impune dixisse liceat, fuit nulla sua culpa, aetatis aliqua. inde abortus et ignorati uteri triste experimentum. proinde, etsi non contigit tibi 3
desiderium fratris amissi aut nepote eius aut nepte solari, memento tamen dilatum magis istud quam negatum, cum salua sit ex qua sperari potest. simul excusa patri tuo casum, cui paratior apud feminas uenia est. uale.

12.

C. PLINIVS MINICIANO SVO S.

Hunc solum diem excuso: recitaturus est Titinius Capito, quem 1
ego audire nescio magis debeam an cupiam. uir est optimus et inter praecipua saeculi ornamenta numerandus: colit studia, studiosos amat,

1 praegnantibus M praenantibus i² praegnationibus *corr.* i *ex* praegnationis I) ia 2 documentis] detrimentis *Cat.*² 4 diis MIa 6 ipsa *corr. ex* ipsam, *ut uidetur* M 7 fecunditas M foecunditas I facunditas a isdem MI iisdem a 9 uideor a (*corr.* i *ex* uideo a I) i uideo a a uideor M 10 nomina] omnia M

14 HISPVLLAE MI ISPVLLAE a SVO a, *om.* I 18 gratulationem *corr. ex* gra gratulationem I 19 iam *ante* hilaris *om.* M, *add.* Ia hilaris iam, iam sibi *Kortte* 20 refici *corr.* i *ex* reficit I 21 remetiri Ia metiri M alioquin summo M 24 aut nepte Ia, *om.* M solari *corr.* i *ex* soliri I, *ut uidetur* 27 est Ia, *om.* M

30 Tittinius Ia tinius M

fouet, prouehit, multorum qui aliqua componunt portus, sinus, gremium, omnium exemplum, ipsarum denique litterarum iam senescentium re-
2 ductor ac reformator. domum suam recitantibus praebet, auditoria non apud se tantum benignitate mira frequentat; mihi certe, si modo in urbe est, defuit numquam. porro tanto turpius gratiam non referre,
3 quanto honestior causa referendae. an, si litibus tererer, obstrictum esse me crederem obeunti uadimonia mea, nunc, quia mihi omne negotium, omnis in studiis cura, minus obligor tanta sedulitate celebranti in quo obligari ego, ne dicam solo, certe maxime possum?
4 quodsi illi nullam uicem, nulla quasi mutua officia deberem, sollici- 10
tarer tamen uel ingenio hominis pulcherrimo et maximo et in summa seueritate dulcissimo uel honestate materiae. scribit exitus inlustrium
5 uirorum, in his quorundam mihi carissimorum. uideor ergo fungi pio munere, quorumque exsequias celebrare non licuit, horum quasi funebribus laudationibus, seris quidem, sed tanto magis ueris interesse. uale 15

13.

C. PLINIVS GENIALI SVO S.

1 Probo quod libellos meos cum patre legisti. pertinet ad profectum tuum a disertissimo uiro discere, quid laudandum, quid reprehendendum, simul ita institui, ut uerum dicere adsuescas. uides quem 20
2 sequi, cuius debeas implere uestigia. o te beatum! cui contigit uiuum atque idem optimum et coniunctissimum exemplar, qui denique eum potissimum imitandum habes, cui natura esse te simillimum uoluit. uale

14.

C. PLINIVS ARISTONI SVO S. 25

1 Cum sis peritissimus et priuati iuris et publici, cuius pars senatorium est, cupio ex te potissimum audire, errauerim in senatu proxime necne, non ut in praeteritum (serum enim), uerum ut in futurum, si quid simile inciderit, erudiar.
2 Dices 'cur quaeris quod nosse debeas?'. priorum temporum ser- 30

---

1 multorumque qui M gremium *Schaefer* praemium MIa 2 denique *corr. ex* diemque I 4 benignitate mira (*corr.* i *ex* benignitatem | ira I) ia benignitatem ira M 5 in urbe est defuit Ia in urbe defuit M 6 causa referendae (*corr. ex* cause referende I) MI caussa referenda a terrerer Ia 7 obeunti ad uadimonia Ia omne negotium in otio, omnis *Reifferscheid* 9 in qua M solo I *Cat.*[2] soleo Ma 12 materiae MI materia a 13 in his M in iis Ia ergo Ia ego M 14 funebribus M funeribus Ia

19 addissertissimo M 21 uiuum *Gronov* unum MIa 22 coniunctissimum Ma coniunctis· *corr ex* conuinctis· I 23 simiillimum a

25 ARISTONIO SVO M 26 pars MI par a senatorium *corr.* i *ex* senatorum I 27 cupio ex te *corr. ex* cupio te I 30 debeas MIa debebas *Gronov*

uitus ut aliarum optimarum artium sic etiam iuris senatorii obliuionem quandam et ignorantiam induxit. quotus enim quisque tam patiens, 3 ut uelit discere quod in usu non sit habiturus? adde quod difficile est tenere quae acceperis, nisi exerceas. itaque reducta libertas rudes nos et imperitos deprehendit; cuius dulcedine accensi cogimur quaedam facere ante quam nosse.

Erat autem antiquitus institutum ut a maioribus natu non auribus 4 modo uerum etiam oculis disceremus quae facienda mox ipsi ac per uices quasdam tradenda minoribus haberemus. inde adulescentuli statim 5 castrensibus stipendiis imbuebantur, ut imperare parendo, duces agere, dum secuntur, adsuescerent: inde honores petituri adsistebant curiae foribus et consilii publici spectatores ante quam consortes erant. suus 6 cuique parens pro magistro, aut cui parens non erat, maximus quisque et uetustissimus pro parente. quae potestas referentibus, quod censentibus ius, quae uis magistratibus, quae ceteris libertas, ubi cedendum, ubi resistendum, quod silendi tempus, quis dicendi modus, quae distinctio pugnantium sententiarum, quae exsecutio prioribus aliquid addentium; omnem denique senatorium morem, quod fidissimum praecipiendi genus, exemplis docebantur. at nos iuuenes fuimus quidem 7 in castris; sed cum suspecta uirtus, inertia in pretio, cum ducibus auctoritas nulla, nulla militibus uerecundia, nusquam imperium, nusquam obsequium, omnia soluta, turbata atque etiam in contrarium uersa, postremo obliuiscenda magis quam tenenda. iidem prospeximus 8 curiam, sed curiam trepidam et elinguem, cum dicere quod uelles periculosum, quod nolles miserum esset. quid tunc disci potuit, quid didicisse iuuit, cum senatus aut ad otium summum aut ad summum nefas uocaretur et modo ludibrio modo dolori retentus numquam seria, tristia saepe censeret? eadem mala iam senatores, iam participes malorum 9 multos per annos uidimus tulimusque, quibus ingenia nostra in posterum quoque hebetata, fracta, contusa sunt. breue tempus (nam tanto 10 breuius omne quanto felicius tempus), quo libet scire quid simus, libet exercere quod scimus.

2 ignorantiam **M**[1] ignorationem a 7 autem **Ia** ante **M** 9 adulescentuli *corr. ex* adulescentulis **I** 11 adsuescerent *corr.* i *ex* aduescerent **I** adsistebant *corr.* i *ex* adistebant **I** 12 publicis pectatores **M** 13 erat *om.* **M** maximus] proximus *Mommsen* 14 quod censentibus ius quae uis magistratibus **Mia**, *om* **I** 16 silendi **M** silentii **Ia** 18 fidelissimum **Ia** fidissimum **M** praecipiendi *edit. Elzev. 1640 et al.* percipiendi **MIa** 20 cum inspecta (cum *in ras., ut uidetur, m*[1]) **M** 21 auctoritas nulla nulla militibus **Ma** auctoritas nulla militibus **I** 23 iidem *corr.* i *ex* idem **I** idem **M** prospeximus *corr ex* prospecsimus **M** 27 tristia sepe (-a s- *in ras.*) conseret **M** 29 tulistulimusque **I** 31 facilius *ante* felicius (*corr. ex* foelicius) *del.* **I** quo **M** quod **Ia** simus **Ma** scimus **I** 32 scimus *Reifferscheid* sumus **MIa**

Quo iustius peto, primum ut errori, si quis est error, tribuas ueniam, deinde medearis scientia tua, cui semper fuit curae sic iura publica ut
11 priuata, sic antiqua ut recentia, sic rara ut adsidua tractare. atque ego arbitror illis etiam, quibus plurimarum rerum agitatio frequens nihil esse ignotum patiebatur, genus quaestionis quod adfero ad te aut non satis tritum aut etiam inexpertum fuisse. hoc et ego excusatior, si forte sum lapsus, et tu dignior laude, si potes id quoque docere, quod in obscuro est an didiceris.

12 Referebatur de libertis Afrani Dextri consulis, incertum sua an suorum manu, scelere an obsequio perempti. hos alius ('quis?' inquis: ego: sed nihil refert) post quaestionem supplicio liberandos, alius in insulam relegandos, alius morte puniendos arbitrabatur. quarum sen-
13 tentiarum tanta diuersitas erat, ut non possent esse nisi singulae. quid enim commune habet occidere et relegare? non hercule magis quam relegare et absoluere: quamquam propior aliquanto est sententiae relegantis quae absoluit, quam quae occidit (utraque enim ex illis uitam relinquit, haec adimit), cum interim et qui morte puniebant et qui relegabant una sedebant et temporaria simulatione concordiae discordiam differebant.

14 Ego postulabam ut tribus sententiis constaret suus numerus nec se breuibus indutiis duae iungerent. exigebam ergo ut qui capitali supplicio adficiendos putabant discederent a relegante, nec interim contra absoluentis mox dissensuri congregarentur, quia paruulum re-
15 ferret, an idem displiceret quibus non idem placuisset. illud etiam mihi permirum uidebatur eum quidem qui libertos relegandos, seruos supplicio adficiendos censuisset coactum esse diuidere sententiam, hunc autem qui libertos morte multaret cum relegante numerari. nam si oportuisset diuidi sententiam unius, quia res duas comprehendebat, non reperiebam quem ad modum posset iungi sententia duorum tam
16 diuersa censentium. atque adeo permitte mihi sic apud te tamquam ibi, sic peracta re tamquam adhuc integra, rationem iudicii mei reddere quaeque tunc carptim multis obstrepentibus dixi nunc per otium iungere.

---

1 quo (*corr. ex* quod I) **MI** quod **a** errori **M** erroris **Ia** 2 mediaris **M** cui semper fuit **MI** cui superfuit **a** cura **M** 7 laude potes **I** 8 an didiceris **Ia** adridiceris **M** addidiceris *Mommsen* 9 dilibertis **M** Afranii **a** affrani **I** 10 alius (Quis? inquis: Ego *Kortte* alius inquis ego **M** alius quis *corr. m*^{1} *ex* alioquis I) ego **Ia** 13 possent *corr. ex* posset *m*^{2}, *ut uidetur* **M** 14 et relegare (religare **M**) non **Mi** et relegare et non **Ia** 15 religare **M** quamquam] quam **M** sententia religatis **M** 16 absoluit **M** absoluerit **a** soluit **I** 18 religabant **M** 21 induciis *corr.* i *ex* indutis **I** ergo] ego **M** 23 absoluenteis *corr.* i *ex* absoluentis I absoluenteis *(ut saepissime)* **a** paruolum **M** 27 morte mulctaret *corr.* i *ex* mortem uitaret **I** 28 diuidi sententiam *corr.* i *ex* diuidissent iam iam **I** quia *m*^{1} *in ras.* **M** 29 repperiebam **M** quenadmodum **I**

Fingamus tres omnino iudices in hanc causam datos esse, horum 17
uni placuisse perire libertos, alteri relegari, tertio absolui. utrumne
sententiae duae collatis uiribus nouissimam periment, an separatim una
quaeque tantundem quantum altera ualebit, nec magis poterit cum
secunda prima conecti, quam secunda cum tertia? igitur in senatu 18
quoque numerari tamquam contrariae debent quae tamquam diuersae
dicuntur. quodsi unus atque idem et perdendos censeret et relegandos,
num ex sententia unius et perire possent et relegari? num denique
omnino una sententia putaretur quae tam diuersa coniungeret? quem 19
ad modum igitur, cum alter puniendos, alter censeat relegandos, uideri
potest una sententia, quae dicitur a duobus, quae non uideretur una,
si ab uno diceretur?

Quid? lex non aperte docet dirimi debere sententias occidentis et
relegantis, cum ita discessionem fieri iubet, 'qui haec censetis, in hanc
partem, qui alia omnia, in illam partem ite, qua sentitis'? examina
singula uerba et expende: 'qui haec censetis', hoc est qui relegandos
putatis: 'in hanc partem', id est in eam in qua sedet qui censuit rele-
gandos. ex quo manifestum est non posse in eadem parte remanere 20
eos qui interficiendos arbitrantur. 'qui alia omnia': animaduertis, ut
non contenta lex dicere 'alia' addiderit 'omnia'. num ergo dubium est
alia omnia sentire eos qui occidunt quam qui relegant? 'in illam par-
tem ite, qua sentitis': nonne uidetur ipsa lex eos qui dissentiunt in
contrariam partem uocare, cogere, impellere? non consul etiam, ubi
quisque remanere, quo transgredi debeat, non tantum sollemnibus uer-
bis sed manu gestuque demonstrat?

At enim futurum est ut, si diuidantur sententiae interficientis et 21
relegantis, praeualeat illa quae absoluit. quid istud ad censentes? quos
certe non decet omnibus artibus, omni ratione pugnare ne fiat quod
est mitius. oportet tamen eos qui puniunt et qui relegant absoluen-
tibus primum, mox inter se comparari. scilicet ut in spectaculis qui-
busdam sors aliquem seponit ac seruat, qui cum uictore contendat, sic
in senatu sunt aliqua prima, sunt secunda certamina, et ex duabus sen-
tentiis eam quae superior exierit tertia exspectat. quid, quod prima 22

---

1 causa M 2 religari M 3 sentiae M periment *corr. ex* perime-
rent I perimant M prement a 8 religari M 10 puniendos| perdendos
Günther 11 quae dicitur Ia quia dicitur M uideretur una *corr. ex* uide-
retur a duobus una I 13 quid] quod M 14 relegantes M censetis
Mommsen Staatsr. III. 991. n. 5 sentitis MIa: *cf. Fest. 261* in hanc — 15 qua
sentitis *om.* M 16 censetis MIa sentitis *Schaefer* 18 manifestum a
20 dubium Ia durum M 21 parte M 23 consulere Ia 24 tantum (*corr.
ex* tantantum) lemnibus M 29 mitius *corr. m*^{2} *ex* metius M ab | absol-
uentibus M 33 eum qui M exierit Ia exstiterit M quid *corr. m*^{1} *ex*
quod M

sententia comprobata ceterae perimuntur? qua ergo ratione potest esse non unus atque idem locus sententiarum, quarum nullus est postea?

23 Planius repetam. nisi dicente sententiam eo qui relegat illi qui puniunt capite initio statim in alia discedant, frustra postea dissen- 5
24 tient ab eo cui paulo ante consenserint. sed quid ego similis docenti? cum discere uelim, an sententias diuidi, an iri in singulas oportuerit.

Obtinui quidem quod postulabam; nihilo minus tamen quaero, an postulare debuerim. quem ad modum obtinui? is qui ultimum suppli- 10
cium sumendum esse censebat, nescio an iure, certe aequitate postulationis meae uictus, omissa sententia sua accessit releganti; ueritus scilicet ne, si diuiderentur sententiae, quod alioqui fore uidebatur, ea quae absoluendos esse censebat numero praeualeret. etenim longe
25 plures in hac una quam in duabus singulis erant. tum illi quoque qui 15
auctoritate eius trahebantur transeunte illo destituti reliquerunt sententiam ab ipso auctore desertam secutique sunt quasi transfugam
26 quem ducem sequebantur. sic ex tribus sententiis duae factae, tenuitque ex duabus altera tertia expulsa, quae, cum ambas superare non posset, elegit ab utra uinceretur. uale. 20

15.

C. PLINIVS IVNIORI SVO S.

1 Oneraui te tot pariter missis uoluminibus; sed oneraui primum, quiae exegeras, deinde quia scripseras tam graciles istic uindemias esse, ut plane scirem tibi uacaturum, quod uulgo dicitur, librum legere. 25
2 eadem ex meis agellis nuntiantur. igitur mihi quoque licebit scribere quae legas, sit modo unde chartae emi possint; aut necessario quidquid scripserimus boni maliue delebimus. uale.

---

1 conparata **M** peremuntur quae ratione **M** potest *corr. ex* potest potest **I** 2 non] nunc *Schaefer* 4 dicente *corr. ex* dicentem **I** religat **M** 5 discedant **M** discedunt **Ia** 7 an iri **MIa** et iri **i** 8 oportuerit *corr.* **i** *ex* potuerit **I** 9 an—10 optinui **M** an postulare debuerim quem ad modum abstinuit **I** an postulare debuerim, an abstinere. Quemadmodum abstinuit **a** 10 is qui **Ia** qui **M** 11 certae **M** 12 accessit *corr. ex* accesset **M** 13 ne si] nisi **M** 14 soluendos **M** 19 alteram tertiam **M** 20 uinceretur *corr.* **i** *ex* uincetur **I**

24 scripseras *corr. ex* scripserat **M** 25 librum *delere uoluit Otto* 27 possint aut necessario **MI** possint, quae si scabrae, bibulaeue sint, aut non scribendum aut necessario **a** *(coniectura non Iucundi, ut Keil existimauit, sed Aldi ipsius)* 28 scripserimus **MIa** scripseris **i** maliue delebimus **i** maliue deleuimus **Ia** mali uidebimus **M**

16.

C. PLINIVS PATERNO SVO S.

Confecerunt me infirmitates meorum, mortes etiam, et quidem iu- 1
uenum. solacia duo nequaquam paria tanto dolori, solacia tamen:
unum facilitas manumittendi; uideor enim non omnino immaturos per-
didisse quos iam liberos perdidi: alterum, quod permitto seruis quo-
que quasi testamenta facere eaque ut legitima custodio. mandant ro- 2
gantque quod uisum; pareo ut iussus: diuidunt, donant, relinquunt,
dumtaxat intra domum: nam seruis res publica quaedam et quasi ci-
uitas domus est. sed quamquam his solaciis acquiescam, debilitor et 3
frangor eadem illa humanitate, quae me ut hoc ipsum permitterem
induxit.

Non ideo tamen uelim durior fieri. nec ignoro alios eius modi
casus nihil amplius uocare quam damnum eoque sibi magnos homines
et sapientes uideri. qui an magni sapientesque sint nescio, homines
non sunt. hominis est enim adfici dolore, sentire, resistere tamen et 4
solacia admittere, non solaciis non egere.

Verum de his plura fortasse quam debui, sed pauciora quam uolui. 5
est enim quaedam etiam dolendi uoluptas, praesertim si in amici sinu
defleas, apud quem lacrimis tuis uel laus sit parata uel uenia. uale.

17.

C. PLINIVS MACRINO SVO S.

Num istic quoque immite et turbidum caelum? hic adsiduae tem- 1
pestates et crebra diluuia. Tiberis alueum excessit et demissioribus
ripis alte superfunditur: quamquam fossa, quam prouidentissimus im- 2
perator fecit, exhaustus, premit ualles, innatat campis, quaque planum
solum, pro solo cernitur. inde quae solet flumina accipere et permixta
deuehere uelut obuius retro cogit atque ita alienis aquis operit agros,
quos ipse non tangit. Anio, delicatissimus amnium ideoque adiacen- 3
tibus uillis uelut inuitatus retentusque, magna ex parte nemora, quibus
inumbratur, et fregit et rapuit: subruit montes et decidentium mole
pluribus locis clausus, dum amissum iter quaerit, impulit tecta ac se
super ruinas eiecit atque extulit. uiderunt quos excelsioribus terris illa 4

---

6 quod **M** cum **Ia** 7 eaque *corr.* i *ex* ea quae **I** 8 ut iussus **M** ocius (*corr.* i *ex* otius **I** ocyus **a**) suis **Ia** 15 sapientes uideri qui an magni **Ia**, *om.* **M** 16 dolore **Ia** dolere **M** tamen sola et solatia **I** 18 his **Ma** hiis **I** iis **i** 19 amici sinu *corr. statim ex* amicissu **I**

28 retro **Ia** sistere **M** operit **Ma** aperit **I** 29 anio (*corr.* i *ex* auio **I**) ia ante **M** Anien *Kortte* amnium **Ma** omnium **I** 30 uillis] illis **M** 31 inumbratur et fregit **Ia** umbratur fregit **M** 33 eiecit **M** *et in contextu* **I** euexit **a** *et in marg.* **I** uiderunt quos **MI** uiderunt hi quos **a**

tempestas deprehendit alibi diuitum apparatus et grauem supellectilem, alibi instrumenta ruris, ibi boues, aratra, rectores, hic soluta et libera armenta atque inter haec arborum truncos aut uillarum trabes uarie lateque fluitantia. ac ne illa quidem malo uacauerunt, ad quae non ascendit amnis. nam pro amne imber adsiduus et deiecti nubibus turbines, proruta opera, quibus pretiosa rura cinguntur, quassata atque etiam decussa monimenta. multi eius modi casibus debilitati, obruti, obtriti et aucta luctibus damna.

6 Ne quid simile istic pro mensura periculi uereor teque rogo, si nihil tale est, quam maturissime sollicitudini meae consulas; sed et si tale, id quoque nunties. nam paruulum differt, patiaris aduersa an exspectes; nisi quod tamen est dolendi modus, non est timendi. doleas enim quantum scias accidisse, timeas quantum possit accidere. uale.

18.

C. PLINIVS RVFINO SVO S.

1 Falsum est nimirum quod creditur uulgo, testamenta hominum speculum esse morum, cum Domitius Tullus longe melior apparuerit 2 morte quam uita. nam cum se captandum praebuisset, reliquit filiam heredem, quae illi cum fratre communis, quia genitam fratre adoptauerat. prosecutus est nepotes plurimis iucundissimisque legatis, prosecutus etiam pronepotem. in summa omnia pietate plenissima, ac 3 tanto magis inexspectata sunt. ergo uarii tota ciuitate sermones: alii fictum, ingratum immemorem locuntur seque ipsos, dum insectantur illum, turpissimis confessionibus produnt, qui de patre, auo, proauo quasi de orbo querantur: alii contra hoc ipsum laudibus ferunt, quod sit frustratus improbas spes hominum, quos sic decipi pro moribus temporum est. addunt etiam non fuisse ei liberum alio testamento mori; neque enim reliquisse opes filiae, sed reddidisse quibus auctus

---

1 tempestas deprehendit **MI** tempestas non deprehendit **a** paratus *in contextu* **I** apparatus *in marg.* **I** 3 trabes uarie lateque **M** trabes uarietateque *in contextu, corr. in marg.* trabes atque culmina uarie lateque **I** *sicut* **a** 4 ne illa quidem malo **I** ne illa quidem mala **M** ne illa quidem loca malo **a** ad *om.* **M** *et in contextu* **I**, *add.* **a** *et in marg.* **I** 5 deiecti **Ia** deiectis **M** 10 tale est quam **Ia** tale quam **a** 11 paruulum **Ia** paulum **M**: *cf. 215. 23* 13 uale *om.* **M**

17 morum *corr.* i *ex* mortis **I** 21 pronepotem **Ia** proneptem **M** 22 magis inexspectata **I** magis exspectata **M** magis quoniam inexspectata **a** magis ea mireris quoniam inexspectata *Gierig 'plura deesse uidentur' C. F. W. Müller* tota] tata **M** 24 produnt qui (ut qui **M**) de patre **MI** produnt qui de illo uti de patre **a** 25 quasi de orbo querantur (quaerantur **M**) **MI** quasi orbi quaerantur **a** hoc ipsum *corr. ex* hoc ipsos ipsum **I** 26 quos] quod **M** decipi *corr. ex* decipit **I** decipere **a**, *om.* **M** 27 temporum est **MI** temporum prudentia est **a** 28 filiae] ille **M**

per filiam fuerat. nam Curtilius Mancia perosus generum suum Domi- 4
tium Lucanum (frater est Tulli), sub ea condicione filiam eius, neptem
suam, instituerat heredem, si esset manu patris emissa. emiserat pater,
adoptauerat patruus, atque ita circumscripto testamento consors frater
in fratris potestatem emancipatam filiam adoptionis fraude reuoca-
uerat, et quidem cum opibus amplissimis.

Fuit alioqui fratribus illis quasi fato datum ut diuites fierent in- 5
uitissimis a quibus facti sunt. quin etiam Domitius Afer, qui illos in
nomen adsumpsit, reliquit testamentum ante octo et decem annos nun-
cupatum adeoque postea improbatum sibi, ut patris eorum bona pro-
scribenda curauerit. mira illius asperitas, mira felicitas horum: illius 6
asperitas, qui numero ciuium excidit quem socium etiam in liberis
habuit; felicitas horum, quibus successit in locum patris qui patrem
abstulerat. sed haec quoque hereditas Afri ut reliqua cum fratre 7
quaesita transmittenda erant filiae fratris, a quo Tullus ex asse heres
institutus praelatusque filiae fuerat, ut conciliaretur. quo laudabilius
testamentum est, quod pietas, fides, pudor scripsit, in quo denique
omnibus adfinitatibus pro cuiusque officio gratia relata est, relata et
uxori. accepit amoenissimas uillas, accepit magnam pecuniam uxor 8
optima et patientissima ac tanto melius de uiro merita, quanto magis
est reprehensa quod nupsit. nam mulier natalibus clara, moribus
proba, aetate decliuis, diu uidua, mater olim, parum decore secuta
matrimonium uidebatur diuitis senis ita perditi morbo, ut esse taedio
posset uxori, quam iuuenis sanusque duxisset, quippe omnibus mem- 9
bris extortus et fractus tantas opes solis oculis obibat ac ne in lectulo
quidem nisi ab aliis mouebatur. quin etiam (foedum miserandum-
que dictu) dentes lauandos fricandosque praebebat: auditum est fre-
quenter ab ipso, cum quereretur de contumeliis debilitatis suae, digitos
se seruorum suorum cotidie lingere. uiuebat tamen et uiuere uolebat, 10
sustentante maxime uxore, quae culpam incohati matrimonii in gloriam
perseuerantia uerterat.

1 Curtilius Mancia *Casaubon, coll. Tac. Ann. XIII. 56* curtius mancia **M** curtius mancipia (*nota ⁄. suprascripta et in marg. repetita* I) **Ia** 2 est **Ia** is **M** tulli **Ia** tullii **M** conditione filiam **MI** conditione ut filiam **a** 3 instituerat **MI** institueret **a** emisera **M** 4 circunscripto **Ia** 5 in patris potestatem (potestatem *corr.* i *ex* potestate **I** potestate **a**) **Ia** in fratris potestatēm (potestatēm *corr. ex* poni statem) **M** 6 et quidem cum opibus amplissimis *om.* **M** 7 inuitissimis iis a quibus *C. F. W. Müller* 9 nomen **Mi** numen **Ia** testamentum *corr. ex* intestamentum **I** octo et decem **Ia** decim et octo **M** 10 patres **M** 11 curauerint **M** 12 exscidit *Casaubon* 15 fratres **M** 22 decora **M** 24 sanusqe *corr.* i *ex* sanus quae **I** 27 lauandos fricandosque **Ma** lauandos (lauando i) fricandos **I** auditum est frequenter ab ipso **Ia** auditum frequenter ex ipso **M** 28 cum *om.* **I**, *add. supra* i quereretu **M** digitos se seruorum **MI** digitos seruorum **a** 29 quottidie **I** linguere **a** tametuiuere **M** 30 sustentante *corr.* i *ex* sustante **I** in gloria perseuerantiam **M**

11 Habes omnes fabulas urbis: nam sunt omnes fabulae Tullus. exspectabatur auctio. fuit enim tam copiosus, ut amplissimos hortos eodem quo emerat die instruxerit plurimis et antiquissimis statuis: tantum illi pulcherrimorum operum in horreis, quae neglegebantur.
12 in uicem tu, si quid istic epistula dignum, ne grauare. nam cum aures hominum nouitate laetantur, tum ad rationem uitae exemplis erudimur. uale.

19.

C. PLINIVS MAXIMO SVO S.

1 Et gaudium mihi et solacium in litteris, nihilque tam laetum quod his laetius, nihil tam triste quod non per has minus triste. itaque et infirmitate uxoris et meorum periculo, quorundam uero etiam morte turbatus ad unicum doloris leuamentum studia confugi, quae praestant
2 ut aduersa magis intellegam, sed patientius feram. est autem mihi moris quod sum daturus in manus hominum ante amicorum iudicio examinare, in primis tuo. proinde si quando, nunc intende libro, quem cum hac epistula accipies, quia uereor ne ipse ut tristis parum intenderim. imperare enim dolori ut scriberem potui, ut uacuo animo laetoque non potui. porro ut ex studiis gaudium, sic studia hilaritate proueniunt. uale.

20.

C. PLINIVS GALLO SVO S.

1 Ad quae noscenda iter ingredi, transmittere mare solemus, ea sub oculis posita neglegimus, seu quia ita natura comparatum, ut proximorum incuriosi longinqua sectemur, seu quod omnium rerum cupido languescit, cum facilis occasio, seu quod differimus tamquam saepe
2 uisuri quod datur uidere, quotiens uelis cernere. quacumque de causa, permulta in urbe nostra iuxtaque urbem non oculis modo sed ne auribus quidem nouimus, quae si tulisset Achaia, Aegyptos, Asia aliaue quaelibet miraculorum ferax commendatrixque terra, audita, perlecta, lustrata haberemus.

---

1 omnes fabulae tullus **MI** uenales tabulae Tulli **a** exspectabatur auctio **I** exspectatur auctio (auctior M) **Ma** 2 fuit enim *corr.* i *ex* enim fuit **I** 3 emerat instruxit **r** 4 quasi nec legebantur (*in marg.* m^1 neglegebatur) **I** quae neglegebatur **a** quae negglegebat **M** 5 siquid istic epistula **M** siquid epistola (*corr. ex* siquid de epistola **I**) **Ia** ne grauare **MIc** ne grauere **tr** ne grauere scribere **ς** ne grauare scribere **a** aures *in ras.* m^1 **M** 6 laetentur *Sichardus* tum *corr.* i *ex* tamen **I** 7 uale *om.* **r** 11 hiis **r** nihil lia, *om.* **Mr** 13 unicum **MIa** unum **r** confugi **Mr** confugio **Ia** 14 aduersam agis **M** 16 exanimare **M** intende libro **MIa** intende librum meum **r** intende in librum meum **ς** 17 ipse **Mr** ipsi **Ia** 23 adque **M** 26 languescit *om.* **r** (*add.* **i**) (non *inter* cum *et* facilis *del.* **i**) occasio est seu **a** saepe *om.* **r** (*add.* **i**) 27 uideri **r** (uidere **i** 28 urbe nostra **Ma** nostra urbe **r** 29 Aegyptus aliaque **a** 31 lustrataque **a**

Ipse certe nuper quod nec audieram ante nec uideram audiui pariter 3
et uidi. exegerat prosocer meus ut Amerina praedia sua inspicerem.
haec perambulanti mihi ostenditur subiacens lacus nomine Vadimonis:
simul quaedam incredibilia narrantur. perueni ad ipsum. lacus est in 4
similitudinem iacentis rotae circumscriptus et undique aequalis: nullus
sinus, obliquitas nulla, omnia dimensa, paria et quasi artificis manu
cauata et excisa. color caerulo albidior, uiridi * or et pressior, sul-
puris odor saporque medicatus, uis qua fracta solidantur. spatium 5
modicum, quod tamen sentiat uentos et fluctibus intumescat. nulla in
hoc nauis (sacer enim), sed innatant insulae, herbidae omnes harundine
et iunco, quaeque alia fecundior palus ipsaque illa extremitas lacus
effert. sua cuique figura ut modus: cunctis margo derasus, quia fre-
quenter uel litori uel sibi inlisae terunt terunturque. par omnibus
altitudo, par leuitas; quippe in speciem carinae humili radice descen-
dunt: haec ab omni latere perspicitur eademque suspensa pariter et 6
mersa. interdum iunctae copulataeque et continenti similes sunt, inter-
dum discordantibus uentis digeruntur, non numquam destitutae tran-
quillitate singulae fluitant. saepe minores maioribus uelut cumbulae 7
onerariis adhaerescunt, saepe inter se maiores minoresque quasi cursum
certamenque desumunt; rursus omnes in eundem locum appulsae qua
steterunt promouent terram et modo hac modo illa lacum reddunt
auferuntque ac tum demum, cum medium tenuere, non contrahunt.
constat pecora herbas secuta sic in insulas illas ut in extremam ripam 8
procedere solere nec prius intellegere mobile solum, quam litori ab-
repta quasi inlata et imposita circumfusum undique lacum paueant;

1 audiui **Mr** audii **a** 2 (prosocer **i**) socer **r** Amaerina **r** 3 (Vadimonis **i**) Vadmonis **r** 5 similitudine **r** conscriptis **r** aequalis] aequa **M** 6 aurificis **r** 7 caerulo **Mr** caeruleo ꝙa ceruleo **i** uiridior et pressior **M** uiridior et preciosior **r** et pressior (*om.* uiridior) **a** uiridiore pressior *Barth* uiridi*or et pressior *Keil* (*qui et coni.* uiridi austerior et pressior *uel* uiridi pressior), *cruce notauit C. F. W. Müller* sulphuris **M** sulphur' **r** sulpure **a** sulphure **i** 10 sacer enim est sed **a** innatant **Mctꝙa** artane **r** herbidae (*corr. ex* haerbidae **M**) omnes (montes **r**) harundine (*corr. ex* arundine **M**) et iunco **Mr** herbidae tectae harundine et iunco ꝙ herbidae omnes harundine et iunco tectae **a** herbidae omnes harundine et iunco textae *Casaubon e coni. Lect* 12 ut modus **ia** uel modus (modis **r**) **Mr** ac modus *Keil* suus modus *coni. C. F. W. Müller* ut motus *Casaubon e coni. Lect* 13 littori **i** *Cat.* **a** litore **M** littore **r** 14 discendunt **M** 15 eademque **Mr** eadem aqua **Ia** suspensa pariter **Mr** pariter suspensa **a** 16 iuncte et copulateque et incontinenti **r** continentis similes eunt **a** 17 destituta et tranquillitate singule fluctuant **r** (destitute **i** fluitant **i**) 18 maiorbius **r** cymbulae **a** Corbule **r** (cumbulae **i**) 19 adherescent **r** se *om.* **r** (*add.* **i**) 20 eundem locum **ia** locum **M** loco **r** 21 stetere **r** illa **M** illac **ra**: *cf. II. 17. 18; VII. 9. 7* 22 ac tum **r** auctum **a** ac dum **M** tenuerunt *Burkhard* non contrahunt **ia** non trahuntur **Mr** *an* non contrahuntur? 23 ripam *om.* **r** (*add.* **i**) 24 nec *om.* **r** (*add.* **i**) (intellegere **i**) in tellure **r** litore **a** 25 quas inlata et imposita **M** quasi in rate posita *Mommsen* paueant **Mr** pauent **ia**

mox quo tulerit uentus egressa, non magis se descendisse sentire,
9 quam senserint ascendisse. idem lacus in flumen egeritur, quod, ubi
se paulisper oculis dedit, specu mergitur alteque conditum meat, ac
si quid, antequam subduceretur, accepit, seruat et profert.
10 Haec tibi scripsi, quia nec minus ignota quam mihi nec minus
grata credebam. nam te quoque, ut me, nihil aeque ac naturae opera
delectant. uale.

21.

C. PLINIVS ARRIANO SVO S.

1 Vt in uita sic in studiis pulcherrimum et humanissimum existimo
seueritatem comitatemque miscere, ne illa in tristitiam, haec in petu-
2 lantiam excedat. qua ratione ductus grauiora opera lusibus iocisque
distinguo. ad hos proferendos et tempus et locum opportunissimum
elegi, utque iam nunc adsuescerent et ab otiosis et in triclinio audiri,
Iulio mense, quo maxime lites interquiescunt, positis ante lectos cathe-
3 dris amicos collocaui. forte accidit ut eodem die mane in aduocationem
subitam rogarer, quod mihi causam praeloquendi dedit. sum enim de-
precatus ne quis ut inreuerentem operis argueret, quod recitaturus, quam-
quam et amicis et paucis, id est iterum amicis, foro et negotiis non
abstinuissem. addidi hunc ordinem me et in scribendo sequi, ut neces-
sitates uoluptatibus, seria iucundis anteferrem ac primum amicis, tum
mihi scriberem.
4 Liber fuit et opusculis uarius et metris. ita solemus, qui ingenio
parum fidimus, satietatis periculum fugere. recitaui biduo: hoc adsen-
sus audientium exegit: et tamen ut alii transeunt quaedam imputantque
quod transeant, sic ego nihil praetereo atque etiam non praeterire me
dico. lego enim omnia, ut omnia emendem, quod contingere non potest
5 electa recitantibus. at illud modestius et fortasse reuerentius; sed hoc
simplicius et amantius. amat enim qui se sic amari putat, ut taedium
non pertimescat. et alioqui quid praestant sodales, si conueniunt uo-

---

1 se] sed r discendisse **M** sentire] sentiant *Cat.* sentire quam senserint ascendisse ia, *om.* **Mr** 2 in flumen egeritur **a** influmine geritur **M** in flumen erigitur r (egeritur i) 3 specu emergitur r (mergitur i) 5 quia **Mca** quae ς, *om.* **tr**

10 Vt] Et (E *miniatoris culpa*) r aestimo **a** 12 excedat **M** excidat r procedat ia 14 utque **M** ut quae r otiosis et (-sis et m^1 *in ras.*) **M** 15 antellectos **M** ante lecto r 16 conuocaui *Cat.* eodem] eo **a** 18 inreuerenti **M** 19 id est iterum **Mra** idem iterum ς (id est i) idem interim *Barth* 20 me et in scribendo **a** me in scribendo **Mr** 21 anteferrem ia simul ferrem **Mr** 22 scribere **a** 25 ut alii quaedam reputant que quod transeat sit nil praetereo r (transeunt *add.* i imputantque quod i) 27 dico **Mr** testor ia 28 ad illud **Mr** (modestius i) mo ius (= modo ius) r 30 et *om.* **a** alio quicquid praestant r sodalis **M**

luptatis suae causa? delicatus ac similis ignoto est qui amici librum bonum mauult audire quam facere. non dubito cupere te pro cetera 6
mei caritate quam maturissime legere hunc adhuc musteum librum. leges, sed retractatum, quae causa recitandi fuit; et tamen non nulla
5 iam ex eo nosti. haec uel emendata postea uel, quod interdum longiore mora solet, deteriora facta quasi noua rursus et rescripta cognosces. nam plerisque mutatis ea quoque mutata uidentur, quae manent. uale.

22.

C. PLINIVS GEMINO SVO S.

10 Nostine hos qui omnium libidinum serui sic aliorum uitiis iras- 1
cuntur, quasi inuideant, et grauissime puniunt quos maxime imitantur? cum eos etiam qui non indigent clementia ullius nihil magis quam lenitas deceat. atque ego optimum et emendatissimum existimo qui 2
ceteris ita ignoscit tamquam ipse cotidie peccet, ita peccatis abstinet,
15 tamquam nemini ignoscat. proinde hoc domi, hoc foris, hoc in omni 3
uitae genere teneamus, ut nobis implacabiles simus, exorabiles istis etiam qui dare ueniam nisi sibi nesciunt, mandemusque memoriae quod uir mitissimus et ob hoc quoque maximus, Thrasea, crebro dicere solebat, 'qui uitia odit, homines odit.' quaeris fortasse quo commotus
20 haec scribam. nuper quidam — sed melius coram; quamquam ne tunc 4
quidem. uereor enim ne id quod improbo eius insectari, carpere, referre huic quod cum maxime praecipimus repugnet. quisquis ille, qualiscumque, sileatur, quem insignire exempli nihil, non insignire humanitatis plurimum refert. uale.

3 hunc ad hunc musteum r (adhuc i) 4 legis Mr retractatum *corr. m*^{1} *ex* retractantum M retractum r recitandi ia retractandi Mr 5 haec uel emendata postea uel quod a haec emendata postea ut quod Mr (uel *corr. ex* ut i) longiore mora ʒa longiori mora r longiora mora M longior mora *Mommsen* 6 cognosceres r (cognosces i) 7 mutata *om.* r (*add.* i)
9 GEMINO M GEMINIO ra 13 atque Mra atqui *Cat.* i^{2} 14 ignoscat *Ber.* ita peccet ita peccatis *Ber.*, ita peccet *del.* i abstinet a abstineat Mr 18 Trasea r 19 homines non odit *Casaubon* fortasse quaeris a quo commotus haec scribam M quod commotus hoc scribam a quod commotus scribam r 20 nuper *om.* a quam quam *corr. ex* quam que, *ut uidetur* M 21 improbo eius sectari carpere fere r improbo, eos sectari, carpere, referre a inprobo eos insectari carpere fere M uidear *inter* sectari *et* carpere *del.* i referre *add.* i) inprobo insectari carpere referre *Gronov* insectari] consectari *C. F. W. Müller* id: quo improbo eos: sectari: uidear. ad haec carpere: quodcumque maxime praeceperis: repugnat *Cat.* 22 cum maxime Mr quam maxime ia (praecipimus i) praecipuus r repugt r (repugnet i) 23 sileatur *corr. ex* sileantur M nihil] nisi r nonnihil *Casaubon, om. Cat.* (nihil i)

23.

C. PLINIVS MARCELLINO SVO S.

1 Omnia mihi studia, omnes curas, omnia auocamenta exemit, excussit,
2 eripuit dolor, quem ex morte Iuni Auiti grauissimum cepi. latum clauum in domo mea induerat: suffragio meo adiutus in petendis honoribus fuerat: ad hoc ita me diligebat, ita uerebatur, ut me formatore morum, me quasi magistro uteretur. rarum hoc in adulescentibus
3 nostris. nam quotus quisque uel aetati alterius uel auctoritati ut minor cedit? statim sapiunt, statim sciunt omnia, neminem uerentur, imitantur neminem atque ipsi sibi exempla sunt.

Sed non Auitus, cuius haec praecipua prudentia, quod alios prudentiores arbitrabatur, haec praecipua eruditio, quod discere uolebat.
4 semper ille aut de studiis aliquid aut de officiis uitae consulebat, semper ita recedebat ut melior factus, et erat factus uel eo quod audi-
5 erat uel quod omnino quaesierat. quod ille obsequium Seruiano, exactissimo uiro, praestitit! quem legatum tribunus ita et intellexit et cepit, ut ex Germania in Pannoniam transeuntem non ut commilito, sed ut comes adsectatorque sequeretur. qua industria, qua modestia quaestor consulibus suis (et plures habuit) non minus iucundus et gratus quam utilis fuit! quo discursu, qua uigilantia, hanc ipsam aedilitatem, cui praereptus est, petiit! quod uel maxime dolorem meum
6 exulcerat. obuersantur oculis cassi labores et infructuosae preces et honor quem meruit tantum: redit animo ille latus clauus in penatibus meis sumptus, redeunt illa prima, illa postrema suffragia mea, illi sermones, illae consultationes.

7 Adficior adulescentia ipsius, adficior necessitudinum casu. erat illi grandis natu parens, erat uxor, quam ante annum uirginem acceperat, erat filia, quam paulo ante sustulerat. tot spes, tot gaudia dies unus
8 in aduersa conuertit. modo designatus aedilis, recens maritus, recens pater, intactum honorem, orbam matrem, uiduam uxorem, filiam pupil-

3 Omnia] MMinima r (auocamenta i) aduoamenta r 4 Iunii ra coepi Ma 5 domum meam r meo] modo r 6 me *post* ita *om.* tr, *add.* Mca diligebat Mctr dilexerat a formatorem M 7 in *om.* a 8 aetati *corr. ex* aetate m^1, *ut uidetur* M etati r aetate ϛa auctoritati M autoritate ϛa auctor r 9 caedit M (cedit i) neminem uerentur, imitantur neminem a neminem imitantur Mr 11 praecipua erat prudentia r 16 ita et intellexit et cepit Mc ita et intellexit et excepit a ita dilexit et cepit tr ita dilexit et coepit ϛ 18 adsectorque a adsessorque *Mommsen* qua (*corr. ex* quia, *ut uidetur*) industria M 19 et pluribus habuerit r (plures habuit i) 20 utilis Mr usui a 21 praereptus (*corr. ex* praeruptus M) Ma praeceptus r 22 exulcerat] uicerat a cassi M Cassii r passi a infructuosi r 23 (latus *add.* i) 26 adulescentia ipsius adficior *om.* r (*add.* i) necessidinum M necessitudine r (necessitudinum i) ille a 29 aduersa Mr diuersa a modo] · M · r

lam ignaram aui, patris reliquit. accedit lacrimis meis quod absens et impendentis mali nescius pariter aegrum, pariter decessisse cognoui, ne grauissimo dolori tempore consuescerem. in tantis tormentis eram, 9
cum scriberem haec, scriberem sola: neque enim nunc aliud aut cogitare aut loqui possum. uale.

24.

C. PLINIVS MAXIMO SVO S.

Amor in te meus cogit, non ut praecipiam (neque enim praeceptore 1
egẽs), admoneam tamen, ut quae scis teneas et obserues, aut nescire melius.

Cogita te missum in prouinciam Achaiam, illam ueram et meram 2
Graeciam, in qua primum humanitas, litterae, etiam fruges inuentae esse creduntur; missum ad ordinandum statum liberarum ciuitatium, id est ad homines maxime homines, ad liberos maxime liberos, qui ius a natura datum uirtute, meritis, amicitia, foedere denique et religione tenuerunt. reuerere conditores deos et nomina deorum, reuerere 3
gloriam ueterem et hanc ipsam senectutem, quae in homine uenerabilis in urbibis sacra est. sit apud te honor antiquitati, sit ingentibus factis, sit fabulis quoque. nihil ex cuiusquam dignitate, nihil ex libertate, nihil etiam ex iactatione decerpseris. habe ante oculos 4
hanc esse terram quae nobis miserit iura, quae leges non uictis, sed petentibus dederit, Athenas esse quas adeas, Lacedaemonem esse quam regas; quibus reliquam umbram et residuum libertatis nomen eripere durum, ferum, barbarum est. uides a medicis, quamquam in ad- 5
uersa ualetudine nihil serui ac liberi differant, mollius tamen liberos clementiusque tractari. recordare, quid quaeque ciuitas fuerit, non ut despicias, quod esse desierit: absit superbia, asperitas. nec timueris con- 6
temptum. an contemnitur qui imperium, qui fasces habet, nisi humilis

---

1 ignaram aui patris **Mr** ignaramque patris **a** ignaram sui patris *Kortte* aui *uncis inclusit Keil* ignaram cari patris *Kukula* et prudentis **r** 3 tempore **M** timore **a** ipse **r** 4 cum scriberem haec scriberem sola **M** cum haec scriberem sola **cr** cum haec scriberem solare **t** cum scriberem haec **a**
9 aut nescire melius **Mr** aut scias melius *Cat.* **a** (me scire *corr.* **i** *ex* nescire *Ber.*) aut respicias melius *Kukula* 11 maeram **M** ueram **r** (meram **i** 12 in qua primum **Mr** ubi **a** humanitatis **r** littere et fruges **r** 13 liberarum ciuitatium **a**, *om.* **Mr** (ciuitatium *add.* **i**) 14 homines ad liberos maxime *om.* **rꝫa** qui **ra** quod **M** 16 conditores deos et nomina deorum reuerere **Mc** conditores deos numina deorum reuerere **a**, *om.* **trꝫ** (conditores deos et nomina deorum reuerere *add.* **i**) conditores deos nomina heroum *Gronov* gloria **M** 17 uenerabili **r** (uenerabilis **i**) in urbibus *om.* **r** (*add.* **i**) 18 est **ra**, *om.* **M** antiquitati **r** antiquitatis **Ma** sit in fabulis **a** 20 ex iactatione **M** ex cuiusquam iactatione **rꝫa** (etiam *add.*, cuiusquam *del.* **i**) 21 uictis **M** uicta **a** inuitis **r** non uicta acceperit sed petentibus dederit *Sichardus*
22 lacaedemonem **M** 24 barbarumque est **a** 26 quaque **a** fuerat **r** (fuerit **i**) 27 (desierit **i**) 28 nisi humilis **M** nisi qui humilis **a** nisi mobilis **r**

et sordidus et qui se primus ipse contemnit? male uim suam potestas aliorum contumeliis experitur, male terrore ueneratio acquiritur, longeque ualentior amor ad obtinendum quod uelis quam timor. nam timor abit, si recedas; manet amor, ac sicut ille in odium hic in reuerentiam uertitur.

7 Te uero etiam atque etiam (repetam enim) meminisse oportet officii tui titulum ac tibi ipsum interpretari, quale quantumque sit ordinare statum liberarum ciuitatium. nam quid ordinatione ciuilius? quid 8 libertate pretiosius? porro quam turpe, si ordinatio euersione, libertas seruitute mutetur!

Accedit quod tibi certamen est tecum: onerat te quaesturae tuae fama, quam ex Bithynia optimam reuexisti, onerat testimonium principis, onerat tribunatus, praetura atque haec ipsa legatio quasi praemium 9 data. quo magis nitendum est ne in longinqua prouincia quam suburbana, ne inter seruientes quam liberos, ne sorte quam iudicio missus, ne rudis et incognitus quam exploratus probatusque humanior, melior, peritior fuisse uidearis; cum sit alioqui, ut saepe audisti, saepe legisti, multo deformius amittere quam non adsequi laudem.

10 Haec uelim credas, quod initio dixi, scripsisse me admonentem, non praecipientem; quamquam praecipientem quoque. quippe non uereor in amore ne modum excesserim. neque enim periculum est ne sit nimium quod esse maximum debet. uale.

---

1 potestas] portas r 2 adquir *(lacuna trium uel quattuor litt. insequente, qua correctura uerbi* adquitur *in* adquiritur *propter membranam ualde scabram et bibulam in medio relicta est)* M 4 (ac i) at r 5 uertatur a 7 ipsi r quantumcumque r 8 ciuitatium ia ciuitatum Mr 9 si] sit r 11 accedit] accepi r 12 in Bithinnia optima reuixisti r (ex bithynia optimam reuexisti i) 13 (tribunatus praetura i) principatus praeterea r 14 (nitendum i) interdum r in longinqua prouincia quam (quam in r) suburbana Mr in longinquam prouinciam quam suburbanam a (longinqua prouincia i) 15 sorte a forte Mr 17 audiuisti a 19 me *om.* r 22 uale *om.* M uale. Caii Plinii Secundi Nepotis | Epistolarum Liber explicit | Finis. Laus Deo. r CAI PLINII SECVNDI NEPOTIS EPISTOLA | RVM LIBER EXPLICIT t

C. PLINI CAECILI SECVNDI EPISTVLARVM

LIBER NONVS

1.

C. PLINIVS MAXIMO SVO S.

Saepe te monui ut libros quos uel pro te uel in Plantam, immo et pro te et in illum (ita enim materia cogebat), composuisti quam maturissime emitteres; quod nunc praecipue morte eius audita et hortor et moneo. quamuis enim legeris multis legendosque dederis, nolo tamen quemquam opinari defuncto demum incohatos, quos incolumi eo peregisti. salua sit tibi constantiae fama. erit autem, si notum aequis iniquisque fuerit non post inimici mortem scribendi tibi natam esse fiduciam, sed iam paratam editionem morte praeuentam. simul uitabis illud οὐχ ὁσίη φθιμένοισι. nam quod de uiuente scriptum, de uiuente recitatum est, in defunctum quoque tamquam uiuentem adhuc editur, si editur statim. igitur, si quid aliud in manibus, interim differ: hoc perfice, quod nobis, qui legimus, olim absolutum uidetur. sed iam uideatur et tibi, cuius cunctationem nec res ipsa desiderat et temporis ratio praecidit. uale.

EPISTVLARVM · LIB · VIII · FINITVS | INCIPIT LIBER VIIII · **M** C · PLINII · SECVNDI · NOVOCOMENSIS · EPISTOLARVM · LIBER · SEPTIMVS · EXPLICIT · INCIPIT · OCTAVVS **D** C · PL · SECVNDI VERONENSIS ORATORIS EPISTVLARVM LIBER OCTAVVS FELICITER INCIPIT **o** Caii Plinii secundi Epistolarum liber septimus explicit. Eiusdem liber octauus incipit feliciter **u** C · PLINII SECVNDI EPISTOLARVM LIBER · VII'· EXPLICIT · EIVSDEM LIBER OCTAVVS INCIPIT FOELICITER **x** C · PL · SECVNDI EPISTOLARVM LIBER NONVS **a**: *octauo libro in* **Doux** *omisso (in* **c**:r *post nonum posito) nonus pro octauo in* **Douxctr** *est numeratus, in quibus hoc ordine epistulae huius libri sunt positae; 1, 2, 6, 7, 9, 12, 17, 21, 24, 25, 30—32, 3—5, 8, 10, 11, 13—15, 18—20, 22, 23, 26—29, 33—40, epistula 16 omissa. post inscriptionem huius libri (qui scilicet in editione Beroa'di ante octauum positus et octauus pro nono numeratus est)* In antiquis exemplaribus hic liber nonus inscriptus est *add.* **i**

5 MAXIMO SA∔' SA∔ **M** 6 Saepe monui **M** plantam **Ma** platam **Do** planta **ux** 9 enim *om.* **M** legeris **Ma** legeres **Doux** multisque legendosque **u** 10 tame **u**, *om.* **M** in cohatos **u** incolomi **M** 11 constantiae fama **M** constantia et fama **a** constantia **Doux** 12 fuerit *corr ex* fueris **x** scribenda **a** 13 uitabis] iurabis **u** iurabas **x** praeuentam et simaluitabis illa **M** 14 οὐχ ὁσίη Φθιμένοισι nam quod **a** οὐχ ὅσι ἐφθιμένοισι nam quod **D** ΔΟΥΧΟCΙΗΦΘΑΜΕΝ olcinam quod **M**: *Graeca om. in lac.* **oux** (οὐχ ὅσιον ἰφθιμένοισι *add. in lac.* m^2 **o**) οὐχ ὅσιον φθιμένοισι **i** ουχ οσίον φθειμενοισι λοιδορειν *Cat.: Hom. Od. XXII. 412* de uiuente recitatum *om.* **M**Douxpr, *add.* (*post* est **i**) **ia** 16 si editur **Ma**, *om* **Doux** (siquid **i**) aliud **Ma** aliquid **Doux** differ interim **a** differt interim **Dux** deferet interim **o** interim differ **M** 17 profice **u** 18 nec] ne **a** 19 praecedit **ox** desyderet etiam horis ratio praecedit **a**

2.

C. PLINIVS SABINO SVO S.

1 Facis iucunde, quod non solum plurimas epistulas meas uerum etiam longissimas flagitas; in quibus parcior fui, partim quia tuas occupationes uerebar, partim quia ipse multum distringebar plerumque frigidis negotiis, quae simul et auocant animum et comminuunt. 2 praeterea nec materia plura scribendi dabatur. neque enim eadem nostra condicio quae M. Tulli, ad cuius exemplum nos uocas. illi enim et copiosissimum ingenium et par ingenio qua uarietas rerum qua magni- 3 tudo largissime suppetebat. nos quam angustis terminis claudamur, etiam tacente me perspicis, nisi forte uolumus scholasticas tibi atque, 4 ut ita dicam, umbraticas litteras mittere. sed nihil minus aptum arbitramur, cum arma uestra, cum castra, cum denique cornua, tubas, 5 sudorem, puluerem, soles cogitamus. habes, ut puto, iustam excusationem, quam tamen dubito an tibi probari uelim. est enim summi amoris negare ueniam breuibus epistulis amicorum, quamuis scias illis constare rationem. uale.

3.

C. PLINIVS PAVLINO SVO S.

1 Alius alium, ego beatissimum existimo qui bonae mansuraeque famae praesumptione perfruitur certusque posteritatis cum futura gloria uiuit. ac mihi nisi praemium aeternitatis ante oculos, pingue illud 2 altumque otium placeat. etenim omnes homines arbitror oportere aut immortalitatem suam aut mortalitatem cogitare, et illos quidem contendere, eniti, hos quiescere, remitti, nec breuem uitam caducis labori-

3 Satis oux non solum epistulas uerum etiam plurimas flagitas **M** 4 partior **MDo** (parcior **i**) 5 uerebar *om.* **Doux** distringebat **x** 6 quae — comminuunt (simul] plerumque **x**) **Mxa** quae plerumque et auocans animum comminuunt **Dou** (simul **i**) 7 enim *om.* **ou** 8 nostra eadem condictio **u** condicio *corr. ex* condicione **x** tullii **Doua** ·T· **x** nos *om.* **Doux** (*add.* **i**) 9 et par ingenio **a**, *om.* **M** par *om.* **Doux** (par *add.* **i**) qua uarietas rerum qua magnitudo **M** quae (que **u**) uarietas (ueritas **o**) rerum quae (que **ux**) magnitudo (multitudo **x**) **Doux** materia quanta uarietas rerum quam magnitudo **a** (quam *add.* **i** magnitudo **i**) ingenium et par ingenio qua uarietas rerum qua magnitudo *Heinsius* 10 cludamur **Da** 11 prospicis **x** uolumus forte **ux** tibi *om.* **oux** 13 arma uestra **MDa** armaturam **oux** castra cum denique **M** castra denique **Douxa** 14 puluerem *om.* **M** 15 est **Ma** eat **D** erat **oux** enim tibi summi **M** 16 ueniam *om. in lac.* **ou** (uiniam *add. in marg.* m^2 **o**) uimam *(nota dubitationis addita)* **x** breuius **Doux** epistulas **x** sciam **M** scis **x** 19 SVO *om.* **M** 20 alium **ia** aliud **MDoux** (mansuraeque **i**) 21 certusque] caeterisque **o** 22 iuuet **D** ac mihi nisi praemium **M** hac nihil nisi praemium **D** ac nihil nisi praemium **a** ac nihil nisi primum **oux** (praemium **i**) 23 etenim **Ma** haec enim **Doux** 25 eniti **Ma** enim **ou**, *om.* **Dx** hos enim quiescere non remitti **D** hos (quiescere non remitti **oux** (remitti **i**)

bus fatigare, ut uideo multos misera simul et ingrata imagine industriae ad uilitatem sui peruenire. haec ego tecum, quae cotidie mecum, ut 3
desinam mecum, si dissenties tu; quamquam non dissenties, ut qui semper clarum aliquid et immortale meditere. uale.

4.

C. PLINIVS MACRINO SVO S.

Vererer ne immodicam orationem putares, quam cum hac epistula 1
accipies, nisi esset generis eius, ut saepe incipere, saepe desinere uideatur. nam singulis criminibus singulae uelut causae continentur. poteris 2
ergo, undecumque coeperis, ubicumque desieris, quae deinceps sequentur et quasi incipientia legere et quasi cohaerentia meque in uniuersitate longissimum, breuissimum in partibus iudicare. uale.

5.

C. PLINIVS TIRONI SVO S.

Egregie facis (inquiro enim), et perseuera, quod iustitiam tuam pro- 1
uincialibus multa humanitate commendas; cuius praecipua pars est honestissimum quemque complecti atque ita a minoribus amari, ut simul a principibus diligare. plerique autem, dum uerentur ne gratiae 2
potentium nimium impertire uideantur, sinisteritatis atque etiam malignitatis famam consecuntur. a quo uitio tu longe recessisti. scio; sed 3
temperare mihi non possum quo minus laudem similis monenti, quod eum modum tenes, ut discrimina ordinum dignitatumque custodias; quae si confusa, turbata, permixta sunt, nihil est ipsa aequalitate inaequalius. uale.

---

1 miserat (miserar x) simul et integrata (in te grata D) Doux uilitatem Mia utilitatem Doux mortalitatem *Cat.* 2 tecum Mia tanquam Doux ut de sententia mecum u 3 tu (*om.* t) quamquam non dissenties trga, *om.* MDouxc 4 carum et immortale aliquid ux meditere M mediteris et meditare a mediter D meditetur oux meditaris *Cat.* uale *om.* M

6 Vereor D qua cum haec D 8 accipies MDoux accepisses a esses D incipere saepe ia, *om.* MDoux 9 nam—continenter *om.* M 10 undecumque Mia ut Doux ceperis ux, *om.* M desieris quae deinceps Doa desierisque deinceps u desiderioque deinceps x desinere deinceps quae | quae M 11 et quasi *poster. loco om.* x me quoque uniuersitate M neque enim uniuersitate u neque uniuersitate *corr. ex* neque diuersitate x 12 iudicare M Duxa uindicare o

14 TYRONI xa 15 perseuera MDoux perseuero a perseuere i *Boxhorn* prouocantibus D 17 completi M atque] ac D amari *corr. ex* amo.i D 18 diligare] dedicare D autem] aut D ne Ma ut Doux 19 nimium Mia, *om.* Doux impartire u 22 eum] quum D 23 turbata Mia et Doux (et *non del.* i) sint a ipsa aequalitate Ma aequalitate (e- u) ipsa Dux inaequalitate ipsa o 24 uale *om.* M

6.

C. PLINIVS CALVISIO SVO S.

1 Omne hoc tempus inter pugillares ac libellos iucundissima quiete transmisi. 'quem ad modum' inquis 'in urbe potuisti?'. circenses erant, quo genere spectaculi ne leuissime quidem teneor. nihil nouum, 2 nihil uarium, nihil quod non semel spectasse sufficiat. quo magis miror tot milia uirorum tam pueriliter identidem cupere currentes equos, insistentes curribus homines uidere. si tamen aut uelocitate equorum aut hominum arte traherentur, esset ratio non nulla: nunc fauent panno, pannum amant, et si in ipso cursu medioque certamine hic color illuc, ille huc transferatur, studium fauorque transibit, et repente agitatores illos, equos illos, quos procul noscitant, quorum 3 clamitant nomina, relinquent. tanta gratia, tanta auctoritas in una uilissima tunica, mitto apud uulgus, quod uilius tunica, sed apud quosdam graues homines; quos ego cum recordor in re inani, frigida, adsidua tam insatiabiliter desidere, capio aliquam uoluptatem, quod hac 4 uoluptate non capior. ac per hos dies libentissime otium meum in litteris colloco, quos alii otiosissimis occupationibus perdunt. uale.

7.

C. PLINIVS ROMANO SVO S.

1 Aedificare te scribis. bene est: inueni patrocinium; aedifico enim iam ratione, quia tecum. nam hoc quoque non dissimile, quod ad mare 2 tu, ego ad Larium lacum. huius in litore plures uillae meae, sed duae 3 ut maxime delectant ita exercent. altera imposita saxis more Baiano lacum prospicit, altera aeque more Baiano lacum tangit. itaque illam

---

3 iucundum (ioc- ux) **Doux** 4 transmissi **M** circensens **M** cirenses **D** 5 teneor *om.* ux 7 identidem cupere *om.* o cupere *om.* **Duxa** currentis **Duxi** 8 insistentis (*corr. m*^{2} *ex* insistentes u) **Dux** tamen uelocitate **Doux** 9 traherentur et si et rationum nonnulla fauent **D** esset *corr. ex* esiet x esiet u ratio] rationum **Doux** 10 amat **D** si *om.* a in in ipso u cursum **D** medioque **Mia** *et cod. Parisinus 8620* non mediocri oux mediocri **D** 11 color *corr. ex* coler **D** transiuit **Da** 12 illos quos *om.* ux 13 relinquent a reliquent **D** relinquunt **M** relinquet oux 14 uulgus *corr. m*^{2} *ex* uolgus, *ut uidetur* u uolgos **D** tunica sed **M**ς tunicas et **Doux** tunica et sed r tunica est sed a 15 graue u assidue *Schaefer* assiduitate tam insatiabili *Madvig* 16 desidere capio **MDa** insidere capio o disidere (diss- x) cupio ux 17 capior **M** capiar **Doua** capiat x hos] hoc **MD** ocium *(nota ·/. supraposita, sed uerbo addito in marg.—fortasse* odium, *cf.* ux*—eraso)* o odium ux meum *om.* **M**

21 te] ut **M** aedificatio **D** 22 ratione (-ationе m^2 *in ras.*) o nam *om.* **Doux** dissimulo ux 23 ad *om.* u meae uillae **Doux** uillae me *Casaubon* 24 ut maxime **Douxa** maxime ut **M** alte | tera a baiano **Ma** baitano **Doux** 25 prospicit—lacum *om.* **M** aeque ia neque **Doux** baiano a baitano **Doux**

tragoediam, hanc appellare comoediam soleo; illam, quod quasi cothurnis, hanc, quod quasi socculis sustinetur. sua utrique amoenitas et utraque possidenti ipsa diuersitate iucundior. haec lacu propius, illa latius utitur: haec unum sinum molli curuamine amplectitur, illa editissimo dorso duos dirimit: illic recta gestatio longo limite super litus extenditur, hic spatiosissimo xysto leuiter inflectitur: illa fluctus non sentit, haec frangit: ex illa possis despicere piscantes, ex hac ipse piscari hamumque e cubiculo ac paene etiam lectulo ut e nauicula iacere. hae mihi causae utrique quae desunt adstruendi ob ea quae supersunt. sed quid ego rationem tibi? apud quem pro ratione erit idem facere. uale.

8.

C. PLINIVS AVGVRINO SVO S.

Si laudatus a te laudare te coepero, uereor ne non tam proferre iudicium meum quam referre gratiam uidear. sed licet uidear, omnia scripta tua pulcherrima existimo, maxime tamen illa de nobis. accidit hoc una eademque de causa. nam et tu, quae de amicis, optime scribis et ego, quae de me, ut optima lego. uale.

9.

C. PLINIVS COLONO SVO S.

Vnice probo, quod Pompei Quintiani morte tam dolenter adficeris, ut amissi caritatem desiderio extendas; non ut plerique, qui tantum uiuentes amant seu potius amare se simulant ac ne simulant quidem, nisi quos florentes uident. nam miserorum non secus ac defunctorum

---

1 cothurnis hanc quod quasi *om.* **M** coturnis **ux** cothurniis **a** 2 socculis **Mr**ς oculis **Douxpa** sustinentur **a** 3 utraque possidenti **Mi** utranque possidenti **a** utranque possidentis **Doux** 4 latius] altius **o** unum sinum **Ma** illum unum **Doux** illę (ille **ux**) ditissimo dorso diripiunt **oux** (ex *del.* i) ille ditissimo dorso duos diripuit **D** 5 illic] ille **D** recta] retia **Doux** limite] mitte **Dux** mitee (*nota:. supraposita*) **o** 6 hic—inflectitur *om.* **Doux** speciosissimo *Mommsen* leuiter **Mra** leniter *Mommsen: cf. V. 6. 14* illic spaciosissimus xystus leuiter inflectitur ς 7 piscantis **Do** 8 hamumque — 9 causae *om.* **ux** 8 e cubiculo ac paene etiam lectulo **Doa** de cubiculo ac paene etiam de lectulo **M** nauicula **Dou** naucula **M** 9 hae] haec **Do** utrique quae desunt **Douxa** utique desunt **M** adstruendi **o** 10 sed quid ς**a** et quid **M** etsi quid **D** et si quid **oux**

13 Auguri **o** AVGVRI **Dux** 14 ne non tam *corr. ex* non tam ne **D** non *om.* **ux** proferre *corr. ex* preferre **x** perferre **D** 15 uideor **ux** uideatur **o** 16 tamen] tam **D** illa de nobis **MDoux** illa quae de nobis *Cat.* **a** accedit **a** 17 eademque causa **D** r *post* amicis *in fine uersus* **o** 18 optime **MDoux** optimis **a** optima **i** ut *om.* **M** ego de me quae (que **u**) ut puto optima (optime **u**) lego **oux** (quae *post* ego *add., post* me *del.* **i**) ego de me ut puto optime lego **D**

20 COLONO **M** COLONI **Douxa** 21 Pompeii **xa** Quintiani] quim ita sui **D** 23 uiuentis **Doux** uiuenteis **a** ac ne simulant *om.* **Doux** 24 nisi quos **M** nisi quod **Douxa** florentis **Doux** florenteis **a**

obliuiscuntur. sed tibi perennis fides tantaque in amore constantia, ut
2 finiri nisi tua morte non possit. et hercule is fuit Quintianus, quem diligi deceat ipsius exemplo. felices amabat, miseros tuebatur, desiderabat amissos. iam illa quanta probitas in ore! quanta in sermone cunctatio! quam pari libra grauitas comitasque! quod studium litterarum! quod iudicium! qua pietate cum dissimillimo patre uiuebat! quam non obstabat illi quo minus uir optimus uideretur, quod erat optimus
3 filius! sed quid dolorem tuum exulcero? quamquam sic amasti uiuentem, ut hoc potius quam de illo sileri uelis; a me praesertim, cuius praedicatione putas uitam eius ornari, memoriam prorogari ipsamque illam qua est raptus aetatem posse restitui. uale.

10.

C. PLINIVS TACITO SVO S.

1 Cupio praeceptis tuis parere. sed aprorum tanta penuria est, ut Mineruae et Dianae, quas ais pariter colendas, conuenire non possit.
2 itaque Mineruae tantum seruiendum est, delicate tamen, ut in secessu et aestate. in uia plane non nulla leuiora statimque delenda ea garrulitate, qua sermones in uehiculo seruntur, extendi. his quaedam addidi in uilla, cum aliud non liberet. itaque poemata quiescunt, quae tu inter nemora et lucos commodissime perfici putas: oratiunculam unam,
3 alteram retractaui. quamquam id genus operis inamabile, inamoenum magisque laboribus ruris quam uoluptatibus simile. uale.

11.

C. PLINIVS GEMINO SVO S.

1 Epistulam tuam iucundissimam recepi, eo maxime, quod aliquid ad te scribi uolebas, quod libris inseri posset. obueniet materia, uel

---

1 sed **Ma** et **Doux** 2 finiri **Ma** finire **Doux** hercules **Da** (et hercule i) 3 diligi deceat **Mia** diliget liceat **D** diligere liceat **oux** (*et primo* i) diligere decebat *Cat.* exemplo ipsius **a** 5 libra **Ma** libro **Doux** 6 quod iudicium *om.* **Doux** patre **Ma** parente **Doux** quam **MDoux** cum r *Pomp. Laet.* **a** 7 uir *om.* **D** 8 tuum] suum **D** uiuentem **ouxa** iuuenem **MD** 9 quam *om.* **M** sideri **ux** 10 predicationem **x** uita **x** 11 est *om.* **D** uale *om.* **M** 14 tuis] eius **u** 15 quas ais] quasias **M** pariter *corr.* m^1 *ex* paritur. *ut uidetur* **M** possint **Do** 16 est *om.* **ux** 17 laeuiora **M** delendi **D** delende **x** ea **Ma** a **Doux** 18 in uehiculo **Ma** uehiculo **oux** nihilo **D** seruntur **Ma** feruntur **Doux** 19 uillam **a** cum] cam **M** quiescunt **Douxa** quiescent **M** accrescent *Mommsen* crescunt *Gudeman* uigescunt *Stangl* 20 unam — 21 retractaui *om.* **ux** unam alteramue *Gudeman* unam alteramque *John* 21 id **Ma** et **Doux** inamabile inamoenum **Ma** et infamabile et amoenum **Doux**

24 GEMINO **Mou** GEMINIO **Dxa** 25 iucundissimam recepi **ça** iucundissime (ioc- **ux**) recepi **Douxct** iucundissimam accepi **M**: *cf. V. 11. 1; VIIII. 17. 1: 28. 1* 26 ate **M** libris *corr. ex* libros **M** posset (po- m^1 *in ras.*) **o** obueniat **pa**

haec ipsa quam monstras uel potior alia. sunt enim in hac offendicula non nulla: circumfer oculos, et occurrent.

Bibliopolas Lugduni esse non putabam, ac tanto libentius ex litte- 2
ris tuis cognoui uenditari libellos meos, quibus peregre manere gratiam, quam in urbe collegerint, delector. incipio enim satis absolutum existimare, de quo tanta diuersitate regionum discreta hominum iudicia consentiunt. uale.

12.

C. PLINIVS IVNIORI SVO S.

Castigabat quidam filium suum, quod paulo sumptuosius equos et 1
canes emeret. huic ego iuuene digresso 'heus tu, numquamne fecisti quod a patre corripi posset? fecisti dico? non interdum facis quod filius tuus, si repente pater ille, tu filius, pari grauitate reprehendat? non omnes homines aliquo errore ducuntur? non hic in illo sibi, in hoc alius indulget?'. haec tibi admonitus immodicae seueritatis exemplo 2
pro amore mutuo scripsi, ne quando tu quoque filium tuum acerbius duriusque tractares. cogita et illum puerum esse et te fuisse atque ita hoc, quod es pater, utere, ut memineris te hominem esse et hominis patrem. uale.

13.

C. PLINIVS QVADRATO SVO S.

Quanto studiosius intentiusque legisti libros quos de Heluidi ul- 1
tione composui, tanto impensius postulas ut perscribam tibi quaeque extra libros quaeque circa libros, totum denique ordinem rei, cui per aetatem non interfuisti.

Occiso Domitiano statui mecum ac deliberaui esse magnam pul- 2
chramque materiam insectandi nocentes, miseros uindicandi, se profe-

---

1 potior **Ma** potiora **Doux** in hac ꝙa in hanc **M**, *om.* **Douxctpr** 3 bybliopolas **M** lugduni **Ma** luguduni **x** lugdini **Dou** litteris tuis **MDa** tuis litteris **oux** 4 uenditari ibi libellos *Mommsen* quibus **M**ꝙa qui **Douxpr** 5 collegerint **Ma** legerint **Doux** delector **Mt**ꝙa, *om.* **Douxcpr** 6 discreta **M** **Doux** discrepata **a** 7 consentiunt **Ma** dissentiunt **oux** desentiunt **D**

9 IVNIO **M** 10 quidem **D** 11 emeret **Ma** emerit **Doux** emerat *Ber. Cat.* aleret *Markland* (iuuene i) 12 corripi **MDuxa** corrigi **o** posset **MDox** possit **ua** 13 tu filius] in filios **D** reprehendat **Ma** reprehendas **Doux** 15 alios **Dux** haec *corr. ex* hcc **x** hcc **u** 16 pro amore **Ma** more **Doux** quando *corr.* m^1 *ex* quanto, *ut uidetur* **M** acerbius duriusque **Ma** durius acerbiusque **Dox** durius acerbius **u** 17 cognita **M** et *poster. loco om.* **u** 18 hoc *om.* **oux** te hominem esse **Doux** hominem te esse **a** et hominem esse te **M** 19 patrem *corr. ex* partem **x**

21 QVADRATA **M** 22 heluidi **Mux** heluidii **Doa** 23 composuisti **u** quae extra libros **M** 24 quaeque circa libros **Doxa**, *om.* **Mu** 25 interfuisti *corr. ex* interfuisset *incepto* **x** 26 occiso (-iso m^1 *in ras.*) **M** ocioso **o** 27 insectandum **x** se] seu **M**

rendi. porro inter multa scelera multorum nullum atrocius uidebatur, quam quod in senatu senator senatori, praetorius consulari, reo iudex
3 manus intulisset. fuerat alioqui mihi cum Heluidio amicitia, quanta potuerat esse cum eo qui metu temporum nomen ingens paresque uirtutes secessu tegebat, fuerat cum Arria et Fannia, quarum altera
Heluidi nouerca, altera mater nouercae. sed non ita me iura priuata ut publicum fas et indignitas facti et exempli ratio incitabat.

4 Ac primis quidem diebus redditae libertatis pro se quisque inimicos suos, dumtaxat minores, incondito turbidoque clamore postulauerat simul et oppresserat. ego et modestius et constantius arbitratus imma-
nissimum reum non communi temporum inuidia, sed proprio crimine urgere, cum iam satis ille primus impetus deferuisset et languidior in dies ira ad iustitiam redisset, quamquam tum maxime tristis amissa nuper uxore, mitto ad Anteiam (nupta haec Heluidio fuerat), rogo ut
5 ueniat, quia me recens adhuc luctus limine contineret. ut uenit, 'desti-
natum est' inquam 'mihi maritum tuum non inultum pati. nuntia Arriae et Fanniae' (ab exilio redierant), 'consule te, consule illas, an uelitis adscribi facto, in quo ego comite non egeo; sed non ita gloriae meae fauerim, ut uobis societatem eius inuideam.' perfert Anteia mandata, nec illae morantur.

6 Opportune senatus intra diem tertium. omnia ego semper ad Corellium rettuli, quem prouidentissimum aetatis nostrae sapientissimumque cognoui; in hoc tamen contentus consilio meo fui, ueritus ne uetaret: erat enim cunctantior cautiorque. sed non sustinui inducere

---

2 pretorius consulari praetorius consulari reo u 3 quanta—5 Arria *om.* D 4 pareis uirtutes a 5 tegebat Ma regebat oux 6 heluidi M Heluidii a heluidio Doux mouerca M non Mi *Cat.* a, *om.* Doux 7 publica x 8 primis Ma primum Doux redditae] additae o 9 turpidoque M postulauerant M postulabant o 10 oppresserant M arbitratum D 12 urguere M (urgere i) iam] tamen D ille primus Douxa primus ille M deferuisset Doa deseruisset ux defremuisset M: *cf. VIIII. 16 fin.* 13 diustitiam *corr. ex* adiustitiam, *ut uidetur* M quamquam tum MDa quam quantum ux quantum o 14 uxori u ad Anteiam a ad anteam M ante iam Doux 15 me regens ou moerens D lumine continere cux lumine continetur D 16 mihi *om.* ou inultum] multum Dx nuntia] mintia Dx 17 fannio abtis adscripto facto *(rell. om.)* D fanniae abitis a scripto facto *(rell. om.)* o fannie abtis asscripto facto *(rell. om., cruce super abtis — et in marg.* u *— add.* m^1*, ut uidetur)* ux fannie actis ut ascribat facto *(rell. om.)* c ab exilio enim *Cat.* redierant ça redibant Mtr consulete osule illa (ɔ- *utroque loco in ras. unius litt.*, -a *in ras. duarum fere litt.*) M 18 egeo] ego D ita Ma tam Doux 19 fuerim D ut *om.* u societatem ia societate MDoux eius inuideam Ma ius inuideam Dox ius in iudeam u (eius i) perfert Anteia (antea M) Ma perfer tanta ou profer tanta D praefer tanta x 20 nec ille Dx 21 ego semper Ma semper ego Doux 22 Corelium retuli ux paruidentissimum u 23 in *om.* a contentus in consilio a fui *om.* ux ne uetaret Ma euetaret D haebetaret o hebetaret ux 24 (cunctantior i) cunctatior Doux non] nihil D induceret Doux

in animum quo minus illi eodem die facturum me indicarem quod an facerem non deliberabam, expertus usu de eo quod destinaueris non esse consulendos quibus consultis obsequi debeas. uenio in senatum, 7 ius dicendi peto, dico paulisper maximo adsensu. ubi coepi crimen attingere, reum destinare, adhuc tamen sine nomine, undique mihi reclamari. alius 'sciamus, quis sit de quo extra ordinem referas'; alius 'quis est ante relationem reus?'; alius 'salui simus, qui supersumus.' audio imperturbatus, interritus: tantum susceptae rei honestas ualet 8 tantumque ad fiduciam uel metum differt, nolint homines quod facias, an non probent.

Longum est omnia quae tunc hinc inde iacta sunt recensere. nouissime consul 'Secunde, sententiae loco dices, si quid uolueris.' 'per- 9 miseras' inquam 'quod usque adhuc omnibus permisisti.' resido: aguntur alia. interim me quidam ex consularibus amicis secreto curatoque 10 sermone quasi nimis fortiter incauteque progressum corripit, reuocat, monet ut desistam; adicit etiam 'notabilem te futuris principibus fecisti'. 'esto' inquam, 'dum malis'. uix ille discesserat, rursus alter 'quid 11 audes? quo ruis? quibus te periculis obicis? quid praesentibus confidis, incertus futurorum? lacessis hominem iam praefectum aerarii et breui consulem, praeterea qua gratia, quibus amicitiis fultum!' nominat quendam, qui tunc ad orientem amplissimum et famosissimum exercitum non sine magnis dubiisque rumoribus obtinebat. ad haec 12 ego 'omnia praecepi atque animo mecum ante peregi, nec recuso, si ita casus attulerit, luere poenas ob honestissimum factum, dum flagitiosissimum ulciscor.'

Iam censendi tempus. dicit Domitius Apollinaris, consul designa- 13 tus, dicit Fabricius Veiento, Fabius Postuminus, Bittius Proculus, col-

---

1 eadem **Doux** me] ne **M** indicarem *om.* **Dɔux** quid **o** (an facerem **i**) 2 distinaueris **M** 3 debes **Doux** 4 coepi ad crimen **a** 6 declamari (*corr. ex* deelamare **u**) **Doux** sciamus **Duꝫa** scimus **ox**, *om.* **Mr** quis **M** qui **ꝫa** quid **Doux** extra] exemplum **u** de quo exemplum *corr. ex* exemplum de quo **x** 7 an ex raelatione **M** simus **Mia** sumus **Doux** 8 interturbatus interitus **oux** intus turbatus interritus **D** susceptae] suapte **x** 9 tantumque] tantum **a** differri **M** noluit **u** 11 iacta **Douxa** facta **M** iactata *Cat.* 12 secunde **urꝫa** secundę **Mx** secundae **Do** dices **Ma** dies **Doux** permiseras **MDoua** promiseras **x** permiseris **ç** 13 inquam **Ma** unquam **Doux** 14 interea **a** consiliaribus **x** 15 sermoni **Doux** incaueteque **D** 16 desistam] sistam **M** adicit **M** adiecit **a** adigit **Doux** te] me **M** fecisti *om.* **M** 17 est **Doux** 18 quo] cur **a** confides **M** 19 lacessis — 20 fultum *om.* **o** 19 errarii **u** 20 nominaquę magnis dubiisque *(rell. om.)* **M** 21 tunc ra tum **Doux** et famosissimum **a**, *om.* **Doux** 22 rumoribus **Ma** sermonibus **Doux** ad *om.* **M** 23 omnia: *Verg. Aen. VI. 105* percepi **Dꝫa** 24 tulerit *Schaefer* poenas *corr. m*[1] *ex* penas **M** ob **Ma** ad **Doux** flagitiosissimum factum ulciscor **a** 26 recensendi **o** apolinaris **ou** consul **Ma** quos **Doux** 27 dici **Doux** fabricius (fabritius **Da**) ueiento **MDa** fabrius ueiento **o** ueiento fabius **u** sobrius ueiento **x** Fabius Posthuminus **a** *et Dessau in Prosop. Imp.*

lega Publici Certi, de quo agebatur, uxoris autem meae, quam amiseram, uitricus, post hos Ammius Flaccus. omnes Certum nondum a me nominatum ut nominatum defendunt crimenque quasi in medio re-
14 lictum defensione suscipiunt. quae praeterea dixerint, non est necesse narrare; in libris habes. sum enim cuncta ipsorum uerbis persecutus.
15 Dicunt contra Auidius Quietus, Cornutus Tertullus: Quietus, iniquissimum esse querellas dolentium excludi, ideoque Arriae et Fanniae ius querendi non auferendum, nec interesse, cuius ordinis quis sit, sed
16 quam causam habeat: Cornutus, datum se a consulibus tutorem Heluidi filiae petentibus matre eius et uitrico; nunc quoque non sustinere deserere officii sui partes, in quo tamen et suo dolori modum imponere et optimarum feminarum perferre modestissimum adfectum, quas contentas esse admonere senatum Publici Certi cruentae adulationis et petere, si poena flagitii manifestissimi remittatur, nota certe quasi
17 censoria inuratur. tum Satrius Rufus medio ambiguoque sermone 'puto' inquit 'iniuriam factam Publicio Certo, si non absoluitur: nominatus est ab amicis Arriae et Fanniae, nominatus ab amicis suis. nec debemus solliciti esse: idem enim nos, qui bene sentimus de homine, iudicaturi sumus: si innocens est, sicut et spero et malo et, donec aliquid probetur, credo, poteritis absoluere.'
18 Haec illi, quo quisque ordine citabantur. uenitur ad me: consurgo, utor initio quod in libro est, respondeo singulis. mirum qua intentione, quibus clamoribus omnia exceperint qui modo reclamabant: tanta conuersio uel negotii dignitatem uel prouentum orationis uel actoris
19 constantiam subsecuta est. finio: incipit respondere Veiento: nemo

---

Rom. fabius postumius **D** fabius postimius **o** fabius postimus **ux** fabius maximinus **M** bittius proculus **M** *et Dessau in Prosop. Imp. Rom.* uectius proculus **pra** uitinus proculus **D** uitius proculus **o** proculus **ux**

1 publicii **uxa** publitii **Do** autem **Douxa**, *om.* **M** quam *corr. statim ex* quas **u** 2 uictricus **ux** ammius *corr.* m^1 *ex* ammus **M** amnius **ox** Certum] certe **Dux** 3 nominatim **u** ut nominatum *om.* **Doux** (*add.* **i**) medio **Ma** medium **Doux** relictum] rectum **D** 5 prosecutus **x** 6 Auidius *om.* **M** Quietus *poster. loco om.* **Douxa**, *add.* **M** 7 quaerellas **M** 8 quaerendi **M** 9 datus **oux** heluidii **ouxa** 10 uictrico **x** uictrici **u** 11 officiis **ui o** partis **oux** parteis **a** tamen ei suo **oux** tam ei suo **D** (et **i**) dolori *corr.* m^2 *ex* dolore **u** perferre **MDox** proferre **u** ferre **a** 13 publicii **ouxa** publicum **D** certi cert ente (-i *post* cert *in principio folii erasa*) **M** cruentae] eruente **u** 14 manifessimi **a** certe quasi **MD** certo quasi **oa** quasi certe (certo *corr. ex* certe **x**) **ux** 15 tum] dum **D** 16 puto] poto **M** publitio **ou** corto **D** 17 Arriae—amicis *om.* **M** suis *om.* **Doux** 18 idem enim nos **Ma** idem et nos **Doux** homine iudicaturi **Douxa** homine et iudicaturi **M** 19 innocens] non nocens **x** sicut (sicuti **a**) et spero et malo **Douxa** sicut spero et mallo **M** 20 probatur **o** 21 haec **Ma** hoc **Doux** ille **M** 22 initio] mitius **u** mirum *corr. ex* mrum **M** 23 clamoribus (-o- m^1 *in ras.*) **M** clamoribus omnia exceperint qui *partim eras.* **u** qui modo reclamabant *om.* **M** 24 conuersi **M** dignitate **ux** prouentu **x** 25 constantia **Dx** incipit (*corr. ex* incepit **x**) **Mxa** incepit **ou** incepi **D**

patitur: obturbatur, obstrepitur, adeo quidem ut diceret 'rogo, patres conscripti, ne me cogatis implorare auxilium tribunorum.' et statim Murena tribunus 'permitto tibi, uir clarissime Veiento, dicere.' tunc quoque reclamatur. inter moras consul citatis nominibus et peracta 20
5 discessione mittit senatum ac paene adhuc stantem temptantemque dicere Veientonem relinquit. multum ille de hac (ita uocabat) contumelia questus est Homerico uersu

ὦ γέρον, ἦ μάλα δή σε νέοι τείρουσι μαχηταί.

Non fere quisquam in senatu fuit, qui non me complecteretur, 21
10 exoscularetur certatimque laude cumularet, quod intermissum iam diu morem in publicum consulendi susceptis propriis simultatibus reduxissem, quod denique senatum inuidia liberassem, qua flagrabat apud ordines alios, quod seuerus in ceteros senatoribus solis dissimulatione quasi mutua parceret.

15 Haec acta sunt absente Certo: fuit enim seu tale aliquid suspica- 22
tus siue, ut excusabatur, infirmus. et relationem quidem de eo Caesar ad senatum non remisit; obtinui tamen quod intenderam. nam collega 23
Certi consulatum, successorem Certus accepit, planeque factum est quod dixeram in fine, 'reddat praemium sub optimo principe, quod a
20 pessimo accepit.'

Postea actionem meam, utcumque potui, recollegi, addidi multa. 24
accidit fortuitum, sed non tamquam fortuitum, quod editis libris Certus intra paucissimos dies implicitus morbo decessit. audiui referentes 25
hanc imaginem menti eius, hanc oculis oberrasse, tamquam uideret me
25 sibi cum ferro imminere. uerane haec adfirmare non ausim; interest tamen exempli ut uera uideantur.

Habes epistulam, si modum epistulae cogites, libris quos legisti 26
non minorem; sed imputabis tibi, qui contentus libris non fuisti. uale.

---

1 diceretur ux rogo *om.* D 3 Murena] munera Du premitto D nir clarissime Ma ·V·C· D ·V·C· ux ·M·C· o tunc Ma tum Doux 5 dissensione Dox dissentione u (discessione i) stantem] statim M 6 relinquit oa reliquit Dux reliquid M uocitabat a 7 quaestus M homeri conuersu M 8 ὦ — 9 non fere i *Cat.* a ὦ γέρον σε νέοι τείρυοσι μάχη non fere D ωΤΕΡΟΝ|hΜaaaHCENEOΥΤΕΙΡΟΥCIMΛΧΗΤΛΙΝΟ· fere M, *Graeca om. in lac.* oux (ὦ γέρον *add. m² in lac.* o): *Hom. Il. VIII. 102* 9 non me Ma me non Doux 10 oboscularetur o laudem a iam diu Ma tam diu Dux tandiu o (iam i) 11 simulatibus M 13 coeteris D dissimulatione *corr. ex* dissimulationibus x 14 mutus parceret ux mutus peteret o nutu parceret D 15 acta] apta u fuit] abfuit a 16 et relationem — 17 remisit Ma et relationis (ralationis D) quidem de eo caesar adsit Doux 17 obtinui] optimi D 18 certi *(nota / · suprascripta)* o 20 pessima D 21 addidit Doux 22 sed —fortuitum *om.* ux deditis Doux certus *corr. m² ex* certi u 23 audi a referentis Doux referenteis a 24 menti M mentis Douxa oberrasse rϛa oberrasset M inesse Doux uidetur u me sibi cum ferro imminere M heluidium respondere mihi mihi *om.* D) Douxctprϛa 26 tamen] enim a 27 modo Doux cogitas libros Doux

14.

C. PLINIVS TACITO SVO S.

1 Nec ipse tibi plaudis, et ego nihil magis ex fide quam de te scribo. posteris an aliqua cura nostri nescio; nos certe meremur ut sit aliqua, non dico ingenio (id enim superbum), sed studio et labore et reuerentia posterorum. pergamus modo itinere instituto, quod ut paucos in lucem famamque prouexit, ita multos e tenebris et silentio protulit. uale.

15.

C. PLINIVS FALCONI SVO S.

1 Refugeram in Tuscos, ut omnia ad arbitrium meum facerem. at hoc ne in Tuscis quidem: tam multis undique rusticorum libellis et tam querulis inquietor, quos aliquanto magis inuitus quam meos lego;
2 nam et meos inuitus. retracto enim actiunculas quasdam, quod post intercapedinem temporis et frigidum et acerbum est. rationes quasi
3 absente me negleguntur. interdum tamen equum conscendo et patrem familiae hactenus ago, quod aliquam partem praediorum, sed pro gestatione percurro. tu consuetudinem serua nobisque sic rusticis urbana acta perscribe. uale.

16.

C. PLINIVS MAMILIANO SVO S.

1 Summam te uoluptatem percepisse ex isto copiosissimo genere uenandi non miror, cum historicorum more scribas numerum iniri non potuisse. nobis uenari nec uacat nec libet: non uacat, quia uindemiae
2 in manibus; non libet, quia exiguae. deuehemus tamen pro nouo musto nouos uersiculos tibique iucundissime exigenti, ut primum uidebuntur deferuisse, mittemus. uale.

---

4 posteris quibus an **M** nostri *om.* **Doux** moremur o 5 ingenio — studio *om.* **Doux** sed studio sed labore a reuerentiam **M** 6 posterum **Da** posteriorum u quod] quot **D** 7 famamque **Ma** fama **Doux** peruexit u e tinebris a et tenebris **Moux** in tenebris **D**

9 FALCONI **Douxa** MALLIANO *(cf. epist. seq.)* **M** SVO *om.* u 10 at] ad **M** 11 (tam i) 12 quaerulus **M** 13 ratiunculas a post] po test **M** 14 frigoris *ante* temporis *del.* x rationes **MDouxi** ratiocinationes a 15 me *om.* **Douxa** 16 ago] ego **D** quod — sed *om.* **D** sed *om.* **ux** 17 per curco **M** procurro x 18 perscribae **M**

19 *omissa est epistula in* Douxctprs, *add. in marg.* i 20 MAMILIANO (*ante quod* maximi *del.* i) **ia** MAMELLIANO **M** 21 cupiosissimo **M**, *om.* i 22 miror] minor **M** 23 non uacat — 24 non libet ia, *om.* **M** 24 deuehemus ia deuehimus **M** 25 tibique **M** tibi cui i tibi quos a

17.

C. PLINIVS GENITORI SVO S.

Recepi litteras tuas, quibus quereris taedio tibi fuisse quamuis lau- 1
tissimam cenam, quia scurrae, cinaedi, moriones mensis inerrabant.
uis tu remittere aliquid ex rugis? equidem nihil tale habeo, habentes 2
tamen fero. cur ergo non habeo? quia nequaquam me ut inexspecta-
tum festiuumue delectat, si quid molle a cinaedo, petulans a scurra,
stultum a morione profertur. non rationem, sed stomachum tibi narro. 3
atque adeo quam multos putas esse, quos ea quibus ego et tu capi-
mur et ducimur partim ut inepta partim ut molestissima offendant!
quam multi, cum lector aut lyristes aut comoedus inductus est, calceos
poscunt aut non minore cum taedio recubant, quam tu ista (sic enim
appellas) prodigia perpessus es! demus igitur alienis oblectationibus 4
ueniam, ut nostris impetremus. uale.

18.

C. PLINIVS SABINO SVO S.

Qua intentione, quo studio, qua denique memoria legeris libellos 1
meos, epistula tua ostendit. ipse igitur exhibes negotium tibi, qui eli-
cis et inuitas ut quam plurima communicare tecum uelim. faciam; per 2
partes tamen et quasi digesta, ne istam ipsam memoriam, cui gratias
ago, adsiduitate et copia turbem oneratamque et quasi oppressam
cogam pluribus singula, posterioribus priora dimittere. uale.

---

2 genitori *corr. m*^{1} *ex* genito o 3 AEcepi p accepi *edit. Elzeu. 1640 et al.* 3 lantissimam u 4 caenaedi M cynedi u moriones (-o- *priore loco m*^{1} *in ras.*) u meriones *corr. ex* moriones x morienes D 5 nugis M equidem Mia si quidem Doux habentis oux habenteis a habentes—6 habeo *om.* D 6 ut expectatum D (et *post* ut *del.* i) 7 festiuoni ne delectat D si quidem ux cinedo M cynedo ux a scurra] asturra u 8 morione *corr. ex* moriene x merione D narro (-o *m*^{1} *in ras.*) M 9 quos —10 ducimur Ma quos ea ego quibus capimus et dicimus oux quos aeque ea quibus ego capimur et ducimur D 10 partim inepta M partim ut ineptam D molestissima—11 lector Ma molestissimam offendam quam quum multa lector D molestissima offendam quam multa (multi *corr. ex* multa x) cum lector oux 11 lyristis M liristes u 12 aut] aut (= autem) u recubant a recusant M cubant Doux ista] ita M 13 appello M es *(in ras. trium litt. m*^{1}*, ut uidetur)* M

16 SABINO] Falconi *(scil. ex epistula 15 praecedente)* x SVO *add. supra m*^{1} M 17 Qua (Q- *m*^{1} *in ras.*) M legeres oux 18 ipsi a qui tibi o elicis et inuitas a elegis (*corr. m*^{1} *ex* eligis) et inuitas M delegis et mittas D deligis et nutas oux 19 communicarem u 20 ne] nec ux istam Mtga iam Douxcpr 22 cogam] togam x posteriobus M pluribus singula posterioribus singula posterioribus priora ux

19.

C. PLINIVS RVSONI SVO S.

1 Significas legisse te in quadam epistula mea iussisse Verginium Rufum inscribi sepulcro suo

hic situs est Rufus, pulso qui Vindice quondam
imperium adseruit non sibi sed patriae.

reprehendis quod iusserit, addis etiam melius rectiusque Frontinum, quod uetuerit omnino monimentum sibi fieri, meque ad extremum quid de utroque sentiam consulis.

2 Vtrumque dilexi, miratus sum magis quem tu reprehendis, atque ita miratus, ut non putarem satis umquam posse laudari, cuius nunc 3 mihi subeunda defensio est. omnes ego qui magnum aliquid memorandumque fecerunt non modo uenia uerum etiam laude dignissimos iudico, si immortalitatem, quam meruere, sectantur uicturique nominis famam supremis etiam titulis prorogare nituntur.

4 Nec facile quemquam nisi Verginium inuenio, cuius tanta in praedi- 5 cando uerecundia, quanta gloria ex facto. ipse sum testis, familiariter ab eo dilectus probatusque, semel omnino me audiente prouectum ut de rebus suis hoc unum referret; ita secum aliquando Cluuium locutum, 'scis, Vergini, quae historiae fides debeatur: proinde si quid in historiis meis legis aliter ac uelis, rogo ignoscas'. ad hoc ille 'tune ignoras, Cluui, ideo me fecisse quod feci, ut esset liberum uobis scribere quae libuisset?'

6 Age dum, hunc ipsum Frontinum in hoc ipso in quo tibi parcior uidetur et pressior comparemus. uetuit exstrui monimentum: sed qui-

---

2 RVSONI a RVSONIO M RVFONI Dux ruffoni o 3 Significas (S- m^1 *in ras.*) M mea *om.* ux uerginium Do uirginium Mux Verginum a 4 rufum x sepulchro ux sed pulchro M 5 ruffus o 7 addis etiam] addi sententiam D frontinum *corr.* m^1 *ex* fontitinum M 8 quod] quot D 9 *ante* sentiam *unam litt. del.* x 10 utrumque *corr.* m^2 *ex* utrimque u quem] quam Doux adque ita miratus M miratus atque ita a atque miraris Doux mirarisque *uulgo* adeoque miratus *Sichardus* 11 putem i unquam satis o laudari posse a mihi nunc x nunc] non D 12 subeunda] secunda x difensio M aliquod *Cat.* a 13 fecerunt *om.* o 14 meruerunt *Burkhard* uicturumque o 15 fama D etiam] et ux titulus M 16 facile *corr. ex* facie x facie Dou quãequam M uerginium oa uirginium Mux uerginio D praedicando xa praecando M praedicandi Dou 18 prouectus M 19 referre Doux ita] ut o cluuium (*corr.* m^2 *ex* eluuium u) Muxa eluuium o diuinum D 20 Virgini u uirginii x fides *om.* D 21 uelis M uelles Douxa ad hoc ille tune ignoras cluui M ad haec tu o eluui o eluui nec tu ignoras o ad hoc tu Cluui (Cluui *corr.* m^2 *ex* eluui x) o (cluui o] cluuio D) cluui cluui nec tu ignoras Dux at hoc seculum Cluui ne tu ignoras a ad hoc tu o Cluui tu ne tu ignoras *Ber.* (tu *primo et tertio loco del.* i) ad hoc sic illum Cluui nae tu ignoras *uulgo* qui *ante* ut *del.* x 22 uobis Ma nobis Doux 24 age dum *corr. ex* agendum u agendum D frontinum (-r- *in ras.* m^1) M tibi parcior (partior M) MDa parcior tibi oux 25 praessior M monimentum Ma

bus uerbis? 'impensa monumenti superuacua est: memoria nostri durabit, si uita meruimus.' an restrictius arbitraris per orbem terrarum legendum dare duraturam memoriam suam, quam uno in loco duobus uersiculis signare quod feceris?

Quamquam non habeo propositum illum reprehendendi, sed hunc 7
tuendi. cuius quae potest apud te iustior esse defensio, quam ex collatione eius quem praetulisti? meo quidem iudicio neuter culpandus, 8
quorum uterque ad gloriam pari cupiditate, diuerso itinere contendit, alter, dum expetit debitos titulos, alter, dum mauult uideri contempsisse. uale.

20.

C. PLINIVS VENATORI SVO S.

Tua uero epistula tanto mihi iucundior fuit, quanto longior erat, 1
praesertim cum de libellis meis tota loqueretur; quos tibi uoluptati esse non miror, cum omnia nostra perinde ac nos ames. ipse cum 2
maxime uindemias, graciles quidem, uberiores tamen quam exspectaueram, colligo; si colligere est non numquam decerpere uuam, torculum inuisere, gustare de lacu mustum, obrepere urbanis, qui nunc rusticis praesunt meque notariis et lectoribus reliquerunt. uale.

21.

C. PLINIVS SABINIANO SVO S.

Libertus tuus, cui suscensere te dixeras, uenit ad me aduolutusque 1
pedibus meis tamquam tuis haesit. fleuit multum, multum rogauit, multum etiam tacuit, in summa fecit mihi fidem paenitentiae. uere credo emendatum, quia deliquisse se sentit.

Irasceris, scio; et irasceris merito, id quoque scio: sed tunc prae- 2
cipua mansuetudinis laus, cum irae causa iustissima est. amasti hominem et, spero, amabis: interim sufficit ut exorari te sinas. licebit 3

---

1 impensi **D** monimenti **a** est in memoria **ux** nostra **o** 2 uitam **xa** 3 legenda **M** dare] clare **u** uno] unam **D** 5 illum *om.* **o** 6 cuiusque potest **ouxa** quam] qua **D** conlatione *corr. m*^{1} *ex* latione **M** 7 praetulisti (prae- *in ras.*) **M** neuter culpandus **Ma** neuter quidem culpandus **Doux** neuter culpandus: est *Cat.* 9 expedit **u** uideri mauult **o**

14 meis *om.* **ux** 15 miror *corr. m*^{1} *ex* minor **M** 16 uindimias **u** 18 (inuisere i) gustare **ouxa** degustare **M** mustare **D** urbani **a** (qui i) 19 notoriis **M** nortiis **u** lectionibus relinquerunt **o** lectoribus relinquerunt **D**

22 succensere te dixeras **Mouxa** succenseret dixeras **D** 23 fleuit multum multum rogauit **Ma** fleuit multum rogauit **Doux** fleuit multum multumque rogauit *edit. Elzeu. 1640 et al.* 24 etiam] et **Dux** fidem paenitentiae **MDa** paenitentiae fidem **oux** 25 sensit **ux** 26 id quoque scio **Ma** idque quod scio **o** idque scio **Dux** tunc praecipua **Ma** tunc quaeque praecipua **D** tunc quoque praecipua **oux** 27 cum] cui **Doux** irae causa iustissima est **a** irae causa causa iustissima est **M** irae causae iustissimae sunt **Doux** 28 sufficis **a** (exorari i) sines **D**

rursus irasci, si meruerit, quod exoratus excusatius facies. remitte aliquid adulescentiae ipsius, remitte lacrimis, remitte indulgentiae tuae: ne torseris illum, ne torseris etiam te. torqueris enim, cum tam lenis irasceris.

4 Vereor ne uidear non rogare, sed cogere, si precibus eius meas iunxero. iungam tamen tanto plenius et effusius, quanto ipsum acrius seueriusque corripui destricte minatus numquam me postea rogaturum. hoc illi, quem terreri oportebat, tibi non idem. nam fortasse iterum rogabo, iterum impetrabo: sit modo tale ut rogare me, ut praestare te deceat. uale.

22.

C. PLINIVS SEVERO SVO S.

1 Magna me sollicitudine adfecit Passenni Pauli ualetudo, et quidem plurimis iustissimisque de causis. uir est optimus, honestissimus, nostri amantissimus. praeterea in litteris ueteres aemulatur, exprimit, reddit, Propertium in primis, a quo genus ducit, uera suboles eoque similli-
2 ma illi, in quo ille praecipuus. si elegos eius in manus sumpseris, leges opus tersum, molle, iucundum et plane in Properti domo scriptum. nuper ad lyrica deflexit, in quibus ita Horatium, ut in illis illum alterum effingit: putes, si quid in studiis cognatio ualet, et huius propinquum. magna uarietas, magna mobilitas: amat ut qui uerissime, dolet ut qui impatientissime, laudat ut qui benignissime, ludit ut qui face-
3 tissime, omnia denique tamquam singula absoluit. pro hoc ego amico, pro hoc ingenio non minus aeger animo quam corpore ille, tandem illum, tandem me recepi. gratulare mihi, gratulare etiam litteris ipsis,

1 faciet ux 2 aliquid adulescentiae ipsius remitte *om.* M tuae M, *om.* Douxa 3 illum ne torseris *om.* Doux enim *om.* Doux 5 non rogare sed cogere si precibus Ma rogare se cogeris ipse praecibus D non rogare semel cogeris ipse praecibus o non rogare (rogare non u) si cogeris ipse (p *ante* ipse *del.* x) precibus ux 7 districte o 8 teneri ux 9 iterum impetrabo Douxa impetrabo iterum M sit (si D) modo tale MDoa sic mortale ux ut rogare me ut praestare te Ma ut rogarem et egit praestare Doux

13 adfecit Dua affecit x adfacit M afficit o passieni Mox passienim D Passenis a passiẹui u: *cf. VI. 15. 1* 14 iustissimisque *corr. ex* iustissimesque M nostri amantissimus honestissimus Doux 15 ueteris D aemulatur Ma emulationes Doux 16 imprimis u ducit genus ux soboles MDouxa 17 si elegos Ma lego Doux manus M manum a manu Doux 18 in properti (Propertii a) domo Ma in propertium idque optimo D in propertium idque optime o in propertiam idque optimo (optime *corr. ex* optimo x) ux in Propertii modos *Allen, potius* in Properti modo idque optimo 19 lyrica] libica u oratium ox 20 effingi putes Douxa effingit potest M propinquus M 21 mobilitas Ma mollitas Doux 22 laudat ut qui benignissime *om.* D facitissime M 23 pro hoc ego (aequo M) amico MDa ego pro hoc amico oux 24 pro hoc ingenio Douxa pro hoc aequo ingenio M pro hoc ego ingenio *Kortte* aeger animo Douxa aeque sanus animo M quam corpore ille (ille *om.* M) tandem illum tandem me recepi Ma quam corpore illum eandem (eandem *om.* o tandem Dx) me recepi Doux (recipisse i) 25 mihi gratulare *om.* Doux ipsius a

quae ex periculo eius tantum discrimen adierunt, quantum ex salute gloriae conseque ntur. uale.

23.

C. PLINIVS MAXIMO SVO S.

Frequenter agenti mihi euenit ut centumuiri, cum diu se intra 1
iudicum auctoritatem grauitatemque tenuissent, omnes repente quasi
uicti coactique consurgerent laudarentque; frequenter e senatu famam, 2
qualem maxime optaueram, rettuli; numquam tamen maiorem cepi
uoluptatem, quam nuper ex sermone Corneli Taciti. narrabat sedisse
secum circensibus proximis equitem Romanum: hunc post uarios eru-
ditosque sermones requisisse 'Italicus es an prouincialis?': se respon-
disse 'nosti me, et quidem ex studiis': ad hoc illum 'Tacitus es an
Plinius?'. exprimere non possum, quam sit iucundum mihi, quod no- 3
mina nostra quasi litterarum propria, non hominum, litteris reddun-
tur, quod uterque nostrum his etiam ex studiis notus, quibus aliter
ignotus est.

Accidit aliud ante pauculos dies simile. recumbebat mecum uir 4
egregius, Fadius Rufinus, super eum municeps ipsius, qui illo die pri-
mum uenerat in urbem; cui Rufinus demonstrans me 'uides hunc?'.
multa deinde de studiis nostris. et ille 'Plinius est' inquit.

Verum fatebor, capio magnum laboris mei fructum. an, si Demo- 5
sthenes iure laetatus est, quod illum anus Attica ita noscitauit, οὗτός
ἐστι Δημοσθένης, ego celebritate nominis mei gaudere non debeo? ego
uero et gaudeo et gaudere me dico. neque enim uereor ne iactantior 6
uidear, cum de me aliorum iudicium, non meum profero, praesertim
apud te, qui nec ullius inuides laudibus et faues nostris. uale.

---

1 adierunt **MDa** adiere x audiere o adire u

5 Frequenter (F- m^1 *in ras.*) **M** agenti *corr. ex* agente m^1, *ut uid·tur* **M** euenit **MDux** uenit **oa** u *ante* centum *del.* x 6 iudicum *Ber.* iudicium **M** **Douxa** omnia **Dux** 8 captaueram **M** retuli **ux** maiorem tam·n **D** 9 cornelii **Douxa** sedisse — 10 secum (secum *om.* **Doux**) circensibus proximis eqtuitem Ro. (eq·R· **D** eq̄·ro·x eq·Ro·o equi·Ro·u) hunc **Douxa** sedisse secum quodam circensibus proximis hunc **M** narrabat enim circensibus sedisse proximum equiti Roma. hunc ς (se *post* sedisse *add.* i) eruditoque **M** 12 nosci u et quidem **Douxa** equidem **M** ad] at **Doux** es *om* **Doux** 13 quam] quem **M** quod] quoque **oux** nomina] omnia **D** 15 aliter ia alter **MDoux** 17 mecum *om.* **M** *(cf. ad u. 19)* 18 fadius **M** fidius a fabius **Doux**: *cf. C. I. L. XIIII. 3914 C. Fabius Rufinus Lucillus* illo die mecum primum **M** *(cf. ad u. 17)* 19 uenerat *om.* a urbe **M** cui *om.* **Doux** demonstrans *corr.* m^2 *ex* monstrans o 20 de *om.* o 21 mei laboris **ux** demosthenis **M** demoscenes u 22 quod] quid **M** anus] manus *(corr. ex* anus *incepto* x) **Doux** noscitauit **MDoux** demonstrauit a οὗτός ἐστι Δημοσθένης **Da** ΟΥΙΟCΕCΙΙΝΔΗΛΛΟCΘΕΝΗC **M**, *om. in lac.* oux *(ad l. in lac.* m^2 o) 23 celebritates **D** 24 medico **M** 25 praefero **D** prefero **ux** 26 illius a

24.

C. PLINIVS SABINIANO SVO S.

1 Bene fecisti, quod libertum aliquando tibi carum reducentibus epistulis meis in domum, in animum recepisti. iuuabit hoc te: me certe iuuat, primum quod te tam tractabilem uideo, ut in ira regi possis, deinde quod tantum mihi tribuis, ut uel auctoritati meae pareas uel precibus indulgeas. igitur et laudo et gratias ago. simul in posterum moneo ut te erroribus tuorum, etsi non fuerit qui deprecetur, placabilem praestes. uale.

25.

C. PLINIVS MAMILIANO SVO S.

1 Quereris de turba castrensium negotiorum, et tamquam summo otio perfruare, lusus et ineptias nostras legis, amas, flagitas meque ad
2 similia condenda non mediocriter incitas. incipio enim ex hoc genere studiorum non solum oblectationem uerum etiam gloriam petere post iudicium tuum, uiri eruditissimi, grauissimi, ac super ista uerissimi.
3 nunc me rerum actus modice, sed tamen distringit: quo finito aliquid earundem camenarum in istum benignissimum sinum mittam. tu passerculis et columbulis nostris inter aquilas uestras dabis pennas, si tamen et sibi et tibi placebunt; si tantum sibi, continendos cauea nidoue curabis. uale.

26.

C. PLINIVS LVPERCO SVO S.

1 Dixi de quodam oratore saeculi nostri, recto quidem et sano, sed parum grandi et ornato, ut opinor, apte 'nihil peccat, nisi quod nihil
2 peccat'. debet enim orator erigi, attolli, interdum etiam efferuescere, efferri ac saepe accedere ad praeceps. nam plerumque altis et excelsis adiacent abrupta: tutius per plana, sed humilius et depressius iter: frequentior currentibus quam reptantibus lapsus, sed his non labentibus

4 meis *om.* o in domum animum a 5 tam tractabilem Moux tantum tractabilem D talem a 6 quod Douxa quum M tanta D tribuis] tribue M 7 igitur laudo M 8 ut terroribus D uter erroribus M

11 MAMILIAO M maniliano o MILIANO D 12 quaereris M 13 perfluare M nostris D me ad D ad *om.* u 14 enim *om.* Doux 15 studiorum ∧ ut grauissimi ∧ nunc mererum ∧ (*rell. om.*) M etiam] et ux 16 grauissimi eruditissimi a 17 destringit M 18 camenam D passerculis *corr. ex* passerculus M 19 uestras dabis ouxa nostras dabis D nostras dealibus M pinnas D 20 et sibi et tibi a sibi et tibi M et sibi Doux continendos Duxa continendas M continendo o

23 LVBERCO M 25 grandi *om.* u ornate u apte] aperte D 27 efferri (-ri m^2 *in ras.*) o hec ferri M ac Ma aut Doux saepe M praeceps M praeces o preces ux nam] natura o (et *add.* i) 28 titius M iter MD item ouxa 28 frequentior Ma frequenter Doux 29 sed Ma et Doux non habentibus Doux

nulla, illis non nulla laus, etiamsi labantur. nam ut quasdam artes, 3
ita eloquentiam nihil magis quam ancipitia commendant. uides qui
per funem in summa nituntur quantos soleant excitare clamores, cum
iam iamque casuri uidentur. sunt enim maxime mirabilia quae maxime 4
inexspectata, maxime periculosa, utque Graeci magis exprimunt, παρά-
βολα. ideo nequaquam par gubernatoris est uirtus, cum placido et
cum turbato mari uehitur: tunc admirante nullo illaudatus, inglorius
subit portum; at cum stridunt funes, curuatur arbor, gubernacula ge-
munt, tunc ille clarus et dis maris proximus.

Cur haec? quia uisus es mihi in scriptis meis adnotasse quaedam 5
ut tumida, quae ego sublimia, ut improba, quae ego audentia, ut nimia,
quae ego plena arbitrabar. plurimum autem refert, reprehendenda ad-
notes an insignia. omnis enim aduertit quod eminet et exstat; sed acri 6
intentione diiudicandum est, immodicum sit an grande, altum an enorme.
atque ut Homerum potissimum attingam, quem tandem alterutram in
partem potest fugere ἀμφὶ δὲ σάλπιγξεν μέγας οὐρανός, ἠέρι δ' ἔγχος
ἐκέκλιτο et totum illud οὔτε θαλάσσης κῦμα τόσον βοάᾳ? sed opus est 7
examine et libra, incredibilia sint haec et inania an magnifica et
caelestia.

---

1 nulla illis non nulla laus (uis Doux) MDoux nulla laus illis nonnulla a his non labentibus nonnulla laus: illis etiam si labantur *modo scripturae lemmatum proprio, fortasse ex coniectura sua in marg. add.* i quosdam ux artis oux arteis a arte sit aeloquentiam M 2 quam *om.* Doux commendat uide o 3 per funem Ma funem D fune oux nitantur M cum — 4 iamque casuri M 4 uidentur *om.* Doux mirabilia *corr. ex* mirabilea M 5 inexpectata *Cat.* inspectata ia expectata Douxpr insperata M ut quae oxa graeci Mia graece Doux exprimuntur o ΠΑΡΑΒΟΛΑ MDa, *om. in lac.* oux (παραβολαὶ *add. in lac. m²* o) que grandi sunt subiecta discrimini *sequente lacuna* r παραδοξα quae grandi sunt subiecta discrimini *Cat.* 6 nequa compar oux 6 et cum Moa aut cum Dux 7 turbido D admirante Ma inlaudante D laudante oux inlaudatur M inglorius Douxa ingloriosus M 8 at] ad M curuatur Mia turbatur Doux 9 clarius a diis ouxa 10 cur] quur D, *om.* M haec] hoc D es Mia est Doux cur haec? uisus es *Cat.* quaedam ut tumida quae ego sublimia ut (aut a) inproba quae ego audentia audentia a²) ut (aut a) nimia Ma quaedam (quendam D) ut tumida quaedam ut sublimia aut improba audienti aut nimia Doux 12 plana o reprehenda M adnoctes o 13 aduortit x 14 diiudicandum Ma iudicandum Doux an modicum D (an *ante* immodicum *del.* i) 15 quem — p. 249. 14 uale *in lacuna quinque uersuum om.* x tandem Mia tantundem Dou alterum M 16 potes u ἀμφὶ — 249. 14 uale *in lacuna septem et dimid. uersuum om.* u ἀμφὶ δ' ἐσάλπιγξε μέγας οὐρανὸς · ἠέρι δ' ἔγχος Ἐκέκλιτο ia ΛΜΦΙΔΘCΜΞΕΝΜΕΤΑCΟΥ-ΡΑΝΟCΗΘΡΙΑΘΝΧΟCΕΚΔΙΤΟ M, *om. in lac.* o (οὐνὸς · περὶ δὲ κέκλετο *add. in lac. m²* o) οὐρανὸς περὶ δὲ χθῶν ἐκέκλιτο οὔτε κύματος ὄμβρον sed opus D βραχε δ ευρεια χθων: αμφι Η δε σαλπιγξεν μεγας ουρανος *(rell. om.) Cat.: Hom. Il. XXI. 388; V. 356* 17 illud] illum M οὔτε θαλάσσης κύματος συμβολαὶ a ΔΟΥ-ΤΕΘΑΜCCΗCΚΥΜΑΤΟCCONΒΟΛ M, *in lac. om.* o (οὔτε κύματος ὄμβρον *in lac. add. m²* o), *sine lac. om. Ber., nihil add.* i ως δ οτε χαιμαρροι ποταμοι κατ ορεσφι ρεοντες ες μιςαγκειαν cυμβαλετον ομβριμον υδωρ· κρονιων εκ μεγαλων κοιλης εντοcθε χαραδρης *(Hom. Il. IIII. 452) Cat.: Hom. Il. XIIII 394* 18 et libra *om.* Do libra inquid incredibilia M libra inquam incredibilia *Kortte* sint] sunt Dpr an] ac Do et *om.* Do

Nec nunc ego me his similia aut dixisse aut posse dicere puto: non ita insanio; sed hoc intellegi uolo, laxandos esse eloquentiae frenos nec angustissimo gyro ingeniorum impetus refringendos.

8 At enim alia condicio oratorum, alia poetarum. quasi uero M. Tullius minus audeat. quamquam hunc omitto: neque enim ambigi puto. sed Demosthenes ipse, ille norma oratoris et regula, num se cohibet et comprimit, cum dicit illa notissima ἄνθρωποι μιαροὶ καὶ κόλακες καὶ ἀλάστορες, et rursus οὐ λίθοις ἐτείχιζα τὴν πόλιν οὐδὲ πλίνθοις ἐγώ, et statim οὐκ ἐκ μὲν θαλάττης τὴν Εὔβοιαν προβαλέσθαι πρὸ τῆς Ἀττικῆς; et alibi ἐγὼ δὲ οἶμαι μέν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, νὴ τοὺς θεοὺς ἐκεῖ-

9 νον μεθύειν τῷ μεγέθει τῶν πεπραγμένων? iam quid audentius illo pulcherrimo ac longissimo excessu, νόσημα γάρ? quid haec, breuiora superioribus, sed audacia paria, τότε ἐγὼ μὲν τῷ Πύθωνι θρασυνομένῳ καὶ πολλῷ ῥέοντι καθ' ὑμῶν? ex eadem nota ὅταν δὲ ἐκ πλεονεξίας καὶ πονηρίας τις ὥσπερ οὗτος ἰσχύσῃ, ἡ πρώτη πρόφασις καὶ μικρὸν

---

1 nec] ne a mei similia Do puto] peto D 2 hoc Doa ita M eloquentiae] clementiae D frenos · alia enim alia conditio *(rell. om.)* M 3 refrangendos etenim alia o 4 · M · tullium Do 5 ambigi poto M ambi puto D 6 num] non o cohibet et conprimit ta cohibebit et conprimit M cohibet cum (tum cr) primum Docpr cohibet et conprimit tum primum ς (tum primum *del.* i) 7 ἀNOPΩΠOIMIΛPOIKOΛδKaIaaδCTOPET rursus M ἄνθρωποι καὶ * *(= lacuna relicta)* et rursus D, *om. in lac.* o (ἄνθρωποι καὶ πόλεις *add. in lac.* m^2 o) μιαροὶ καὶ κόλακες καὶ ἀλάστορες *Graeca recte corrigens add.* i: *Demosth. De Cor. 296:* "*quantum in graecis Secundo contulerimus: uel una hac epistola cognosci liberum unicuique: num Demosthenem: et Aschinis plaeraque legimus: ut loca unde essent excerpta indicaremus: et in integram ac ueram lectionem restitueremus*" *etc. Cat., qui excerpta saepe in forma pleniore exscripsit, quam Aldus, et qui Aldum sequebantur, non numquam contra fidem codicum Plinianorum reddiderunt* 8 OYΛIΘICETIXICΛTHNOΛENaINΘOLCETΩ M ἐτειχίσαται τὴν πόλιν οὐδέν * D, *om. in lac.* o (ἐτείχισάτε τὴν πόλιν οὐδὲ ἐν λίθοις ἐγὼ, *rell. om., add. in lac.* m^2 o) *Graeca praeter accentus et spiritus non corr.* i: *Demosth. De Cor. 299* et *om.* D 9 ΟΥΚΕkkΑΑΕΙΝΘΑΑaΤΤΗΝΕΥΒΟΤaΝΠΡΟ-ΒΑΛΕCΟαΙΠΡΟΤΗΕaΤΤΙΚΗC M οὐκεκτήμαθα ἀλλὰ τὴν εὔβοιαν προβαλέσθαι πρὸ τῆς ἀττικῆς D, *om. in lac.* o (οὐ κεκτήμεθα τὴν εὔβοιαν προβαλέσθαι πρὸ τῆς ἀττικῆς *add. in lac.* m^2 o) *Graeca praeter accentus et spiritus et* πρὸ *pro* πρὸς *non corr.* i: *Demosth. De Cor. 301* προυβαλόμην a 10 et alibi *add.* m^2 o ΕΤΩΔΕΘΙΜΑΙΜ · · FINIT EPISTVLARVM LIBER VIIII M ἐγὼ ὠιμην ὦ ἄνδρες ἀθηναῖοι νὴ τοὺς θεοὺς ἐκ οἰνο* ἐν τῷ μεγέθει τῶν πεπραγμένων D, *om. in lac.* oct (ἐγὼ μεν ὦ ἄνδρες ἀθηναῖοι νὴ τοὺς θεοὺς αἰσχυνομένοις ἐν τῷ μεγέθει τῶν πεπραγμένων *add. in lac.* m^2 o) *Graeca recte in marg. add.* i μέν *om. Cat.: Demosth. Phil. I. 49: ab hoc loco, ubi* M *deficit, usque ad finem libri noni lectiones codicum* c *et* t *discrepantes sunt adscriptae* 11 audentius Doct *Cat.* audientibus pa 12 ac longissimo a, *om.* Doct νόσημα γάρ *om. in lac.* ct: *Demosth. De Fals. Leg. 259* 13 superioribus *om.* Dc pari o pariter *coni. Kukula* τότε — 14 ὑμῶν (ἡμῶν a) a pari * ἐγὼ μὲν τῷ ἐπὶ θρασυνομένῳ καὶ νομω * et eadem D, *om. in lac.* ot (τότε ἐγὼ τῶ θρασυνομένω, καὶ ποταμῶ ῥέοντι ὥκα εῦ λαλεῖν *add. in lac.* m^2 o) τότε — p. 248. 1 διέλυσε *om. in lac.* c: *Demosth. De Cor. 136, plura add. Cat.* 14 ὅταν — p. 248. 1 διέλυσε (*om.* τίς) a πονηρίας * πάφασις καὶ μικρὸν πταῖσμα πάντα ἀνεσχυώτησε καὶ διέλυσεν D, *Graeca praeter* τίς *omissum et* διέλυσεν *corr.* i, *om. in lac.* o (*add. in lac. cum* μικρόν τι *et* διέλυσεν m^2 o) ὅταν — p. 248. 7 παιδοτριβεῖν *om. in lac.* t: *Demosth. Olynth. II. 9*

πταῖσμα ἅπαντα ἀνεχαίτισε καὶ διέλυσε. simile his ἀπεσχοινισμένος ἅπασι τοῖς ἐν τῇ πόλει δικαίοις. et ibidem cὺ τὸν εἰς ταῦτα ἔλεον προδέδωκας, Ἀριστόγειτον, μᾶλλον δ' ἀνῄρηκας ὅλως. μὴ δὴ πρὸς οὓς αὐτὸς ἔχωσας λιμένας καὶ προβόλων ἐνέπλησας, πρὸς τούτους ὁρμίζου. et dixerat τούτῳ δ' οὐδένα ὁρῶ τῶν τόπων τούτων βάσιμον ὄντα, ἀλλὰ πάντα ἀπόκρημνα, φάραγγας, βάραθρα. et deinceps δέδοικα μὴ δόξητέ τισι τὸν ἀεὶ βουλόμενον εἶναι πονηρὸν τῶν ἐν τῇ πόλει παιδοτριβεῖν, nec satis οὐδὲ γὰρ τοὺς προγόνους ὑπολαμβάνω τὰ δικαστήρια ταῦτα ὑμῖν οἰκοδομῆσαι, ἵνα τοὺς τοιούτους ἐν αὐτοῖς μοχεύητε, ad hoc εἰ δὲ κάπηλός ἐστι πονηρίας καὶ παλιγκάπηλος καὶ μεταβολεύς et mille talia, ut praeteream quae ab Aeschine θαύματα, non ῥήματα uocantur.

In contrarium incidi: dices hunc quoque ob ista culpari. sed uide, quanto maior sit qui reprehenditur ipso reprehendente, et maior ob haec quoque. in aliis enim uis, in his granditas eius elucet. num autem Aeschines ipse his quae in Demosthene carpebat abstinuit? χρὴ γὰρ

1 ἀπεσχοινισμένος — 2 δικαίοις ia ταχυνομένοις ἅπασι τοῖς ἐν τῇ πόλει * D. *om. in lac.* o (*add. in lac. cum* ἀπεσχοινισμένοις m^2 o) ἀπεσχοινισμένος — 7 παιδοτριβεῖν *om. in lac.* c: *Demosth. in Aristog. I. 28: aliter Cat.* 2 et ibidem *add. in marg.* m^1 c σὴν εἰς ταῦτα ἔλαιον προήλωκας ἀριστόγειτον * *(rell. om.)* D, *Graeca om. in lac.* o (*add. in lac. cum* ὅλοις, δέ, ἐνέπλησε, *et* πρὸ m^2 o, *Graeca partim in contextu correxit partim in marg. adscripsit* i: *Demosth. in Aristog. I. 84* προὔδωκας ia 3 μὴ — 4 ὁρμίζου *om. Cat.* 4 ἔχωσας] ἑάλωκας ia προσβολῶν ia et dixerat *add. in marg.* m^1 c 5 τοῦ δὲ οὐδένα ὁρῶ τῶν πόνων * ἐπάλησας πρὸς τοῖς ὁρμίζουσι τούτων τῶν βασιλέων ὄντα ἀλλὰ πάντα ἄνω κριμνὰ φάραγγας βάραθρα D, *Graeca om. in lac.* o (*add. in lac. cum* τούτω m^2 o), *in marg. recte praeter* τοῦτο *et* τούτω βασίμων *et* Φάραγγας *adscr.* i et dixerat δεδοικα — παιδοτριβειν. ασθενης μεν γαρ πας εστιν ο πονηρος. deinceps. τουτω — αλλα απαντα — βάραθρα nec satis *Cat.: Demosth. in Aristog. I. 76* 6 et deinceps *add. in marg.* m^1 c δέδοικα μὴ δόξητέ τισι τῶνδε βουλομένα τινα * ἴσον ἐν τῇ πόλει παιδοτρίβειν D, *Graeca om. in lac.* o (δέδοικα μὴ δόξητέ τισι τῶν ὧδε βουλομένον εἶναι πονηρῶν τῶν ἐν τῇ πόλει παιδοτρίβειν *add. in lac.* m^2 o), *Graeca partim in contextu correxit partim in marg. adscripsit, et sic fere infra* i: *Demosth. in Aristog. I. 7* 7 παιδοτρίβειν· ἀσθενὴς μὲν γάρ ἐστι πᾶς ὁ πονηρὸς καθ' ἑαυτόν· Nec satis a 8 οὐδὲ γὰρ τοὺς προγόνους ὑμῶν λαμβάνω τὰ δικαστήρια ταῦτα ὑμῖν οἰκοδομῆσαι καινὰ * τοὺς τοιούτους ἐν αὐτοῖς μοιχεύεσθαι adhuc * πονηρίας καὶ παλην καὶ μεταβολεύς D, *Graeca om. in lac.* o (*add. in lac. cum* ταῦθ' m^2 o): *Demosth. in Aristog. I. 48:* οὐδὲ γαρ τους προγονους ημων ὑπολαμβανω — ταυθ ημιν *Cat.* Nec satis nec uestros maiores arbitror hec (haec t) uobis iuris dandi (dicendi t) loca edificasse noua ut tales in eis adulteria committerent adhuc et 9 ὑμῖν *om.* a νοσκλεύητε i τῆς πονηρίας i μοχεύητε (μοχεςηται *Cat.*) ἀλλὰ τοὐναντίον ἵν' ἀνείργητε (ειρινηται *Cat.*) καὶ κολάζητε καὶ μηδεὶς ζηλοῖ μήδ' ἐπιθυμεῖ κακίας adhuc *Cat.* a εἰ δὲ — 10 μεταβολεύς *om in lac.* oct (*add. in lac.* m^2 o) και παγκαπηλος *Cat.: Demosth. in Aristog. I. 46* 11 praeterea ot praeter ea c eschine o θαύματα non ῥήματα a θαύματα οὐ ῥήματα i ρηματα και θαυματα *Cat.* θαυματοποιὰ ῥήματα D praestigiosa uocabula c, *om. in lac.* ot (θαυματοποιῶν ῥήματα *add. in lac.* m^2 o): *Aeschin. in Ctes. 167* uocant D 12 in *om.* t dices a dicens Doct *Cat.* hunc] nunc t ob] ab Doct culparis Doct uideo t 13 reprehendit o ob hoc quoque a ob hoc Doct ob haec p5 14 his D iis octa 15 quae] q c demosthenem o abstinuit (*lac. unius uers.* t) et rursus (et rursus *om.* c, *lac. unius uers.* t) loqui oratorem ac legem: cum uero aliam uocem lex emittat (emictat c) aliam orator alio loco est ista (estita t)

τὸ αὐτὸ φθέγγεσθαι τὸν ῥήτορα καὶ τὸν νόμον· ὅταν δὲ ἑτέραν μὲν φωνὴν ἀφιῇ ὁ νόμος, ἑτέραν δὲ ὁ ῥήτωρ. alio loco ἔπειτα ἀναφαίνεται περὶ πάντων ἐν τῷ ψηφίσματι. iterum alio ἀλλ' ἐγκαθήμενοι καὶ ἐνεδρεύοντες ἐν τῇ ἀκροάσει εἰσελαύνετε αὐτὸν εἰς τοὺς παρανόμους λόγους.

12 quod adeo probauit, ut repetat, ἀλλ' ὥσπερ ἐν ταῖς ἱπποδρομίαις εἰς τὸν τοῦ πράγματος αὐτὸν δρόμον εἰσελαύνετε. iam illa custoditius pressiusque, σὺ δὲ ἑλκοποιεῖς, ἢ συλλαβόντες ὡς λῃστὴν τῶν πραγμάτων

13 διὰ τῆς πολιτείας πλέοντα, et alia? exspecto ut quaedam ex hac epistula, ut illud 'gubernacula gemunt' et 'dis maris proximus', isdem notis quibus ea de quibus scribo confodias. intellego enim me, dum ueniam prioribus peto, in illa ipsa quae adnotaueras incidisse. sed confodias licet, dum modo iam nunc destines diem, quo et de illis et de his coram exigere possimus. aut enim tu me timidum aut ego te temerarium faciam. uale.

---

ct χρὴ *etc.*] *Aeschin. in Ctes. 16: Graeca om. in lac.* o (*add. in lac.*, χρὴ γὰρ τὸ αὐτὸ *omissis, cum* ἀφῆκεν *et* δ' m^2 o) χρὴ γὰρ τὸ αὐτό *om.* D χρη γαρ ω ανδρες αθηναιοι το αυτο *Cat.*

1 μὲν *om.* D 2 ἀφειν νόμος ἑτέραν ὁ ῥήτωρ D ὁ ῥήτωρ τῷ τοῦ νόμου δικαίῳ χρὴ διδόναι τὴν ψῆφον οὐ τῇ τοῦ λέγοντος ἀναισχυντίᾳ *Cat.* a ἔπειτα] est ita Do: *Aeschin. in Ctes. 101, Graeca om. in lac.* o (*add. in lac. cum* φωτὶ *pro* ψηφίσματι m^2 o) est ita ἀναφαίνεται περὶ πάντων ἐν τῷ φωτὶ iterum D ἔπειτα ἀναφαίνεται (αναφεναιται *Cat.*) περὶ πάντων ἐν (επι *Cat.*) τῷ ψηφίσματι πρὸς τῷ κλέμματι γράψας τὰ πεντατάλαντα τοὺς πρέσβεις ἀξίους τοὺς ὠρείτας μὴ ἡμῖν ἀλλὰ καλλίᾳ διδόναι ὅτι δὲ ἀληθῆ λέγω ἀφελῶν τὸν πομπὸν καὶ τὰς τριήρεις καὶ τὴν ἀλαζονίαν (αλοζονειαν *Cat.*) ἐκ τοῦ ψηφίσματος ἀνάγνωθι iterum *Cat.* a ἀναφαίνεται — 4 λόγους *om. in lac.* ct 3 iterum *add. in marg.* m^1 c περιπατων i ἀλλ', *etc.*] *Aeschin. in Ctes. 206: Graeca om. in lac.* c (*add. in lac. cum* ἀλλὰ καθήμενοι *et* ἀκροάσει ἐλαύνονται χείρον εἰς τοὺς m^2 o). *Graeca non semper accurate corr.* i alio ἀλλὰ ἀνακαθήμενοι κακαινὰ ῥέμβονται * παρανόμους λόγους quod adeo probauit ut repetat ἄλλως πέρεν ταῖς * iam illam D alio (alio loco *Cat.*) καὶ μὴ ἐᾶτε αὐτὸν εἰς τοὺς τοῦ παρανόμου λόγους περίστασθαι quod adeo probauit ut repetat αλλὰ ἐγκαθήμενοι καὶ ἐνεδρεύοντες (ενεδδρευοντες *Cat.*) ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ εἰσελαύνετε (εισελαυνεται *Cat.*) αὐτὸν εἰς τοὺς τοῦ παρανόμου λόγους καὶ τὰς ἐκτροπὰς αυτου τῶν λόγων ἐπιτηρεῖτε iam (an a) illa *Cat.* a τοῦ παρανόμου i 5 probant c ἀλλ' ὥσπερ, *etc.*] *Aeschin. in Timarch. 176, Graeca om. in lac.* oct (*add. in lac.*, εἰσελαύνετε *omisso,* m^2 o) 6 πράσματος δρόμον αὐτόν i custoditius a commodius Dc condius t commodus *Cat.* incommodius o 7 σὺ δὲ, *etc.*] *Aeschin. in Ctes. 208* ἢ συλλαβόντες, *etc.*] *Aeschin. in Ctes. 253:* σὺ δὲ ἑλκοποιεῖς λῃστὴν τῶν γραμμάτων et alia * expecto D tu uero ulceras uerum latronem Expecto quedam c et alia tu uero ulceras uerum latronem expecto: quaedam t. *Graeca om. in lac.* o (σὺ δὲ ἑλκοποιεῖς ἡδίστην τῶν πραγμάτων *add. in longiore lacuna* m^2 o, *post quae secuntur* et alia τῆς ποντίας πλεοντα, *Graecis eadem* m^2 *scriptis*), *Graeca in contextu non accurate corr., et* ἢ διὰ τῆς πολιτείας πλέοντα *in contextu omissa in marg. post* et alia *adscr.* i σὺ δὲ ἑλκοποιεῖς καὶ μᾶλλόν σοι μέλει τῶν αὐθημέρων λόγων ἢ τῆς σωτηρίας τῆς πόλεως altius illa οὐκ ἀποπέμψησθε τὸν ἄνθρωπον ὡς κοινὴν τῶν ἑλλήνων συμφορὰν ἢ συλλαβόντες ὡς λῃστὴν τῶν πραγμάτων διὰ τῆς πολιτείας πλέοντα τιμωρήσασθε (τιμωρισασθε *Cat.*) et alia expecto *Cat.* a 8 quaedam *om.* D 9 ut illud *om.* a diis Docta iisdem octa hisdem D 10 confodias licet dummodo iam nunc. Intelligo *(suo loco u. 11 recte scripta)* t 12 quo] quod o 13 possimus *corr. ex* possumus c te] me ct, *om.* o

27.

C. PLINIVS PATERNO SVO S.

Quanta potestas, quanta dignitas, quanta maiestas, quantum denique numen sit historiae, cum frequenter alias tum proxime sensi. recitauerat quidam uerissimum librum partemque eius in alium diem reseruauerat. ecce amici cuiusdam orantes obsecrantesque ne reliqua recitaret. tantus audiendi quae fecerint pudor, quibus nullus faciendi quae audire erubescunt. et ille quidem praestitit quod rogabatur: sinebat fides. liber tamen, ut factum ipsum, manet, manebit legeturque semper, tanto magis, quia non statim. incitantur enim homines ad cognoscenda quae differuntur. uale.

28.

C. PLINIVS ROMANO SVO S.

Post longum tempus epistulas tuas, sed tres pariter recepi, omnes elegantissimas, amantissimas et quales a te uenire, praesertim desideratas, oportebat. quarum una iniungis mihi iucundissimum ministerium, ut ad Plotinam, sanctissimam feminam, litterae tuae perferantur: perferentur. eadem commendas Popilium Artemisium: statim praestiti quod petebat. indicas etiam modicas te uindemias collegisse: communis haec mihi tecum, quamquam in diuersissima parte terrarum, querella est.

Altera epistula nuntias multa te nunc dictare, nunc scribere, quibus nos tibi repraesentes: gratias ago; agerem magis, si me illa ipsa quae scribis aut dictas legere uoluisses. et erat aequum ut te mea ita me tua scripta cognoscere, etiamsi ad alium quam ad me pertinerent. polliceris in fine, cum certius de uitae nostrae ordinatione aliquid au-

---

2 PATERNO **Da** laterano **ouxc** Sal. D. *(ut semper, non posthac adnot.)* **c**: *inscriptionem epistulae om. (ut semper, non posthac adnot.)* **t** 3 dignitas quae maiestas **u** denique] idemque **u** 4 sensi *corr. ex* sexi **t** 6 eiusdem **c** orantis obseruantisque **Douxt** ne *corr. ex* nec **c** 7 recitarem **t** fecerit **D** fecerint *corr. m*^{2} *ex* fecerant **c** 9 factum] sanctum **t** manebitque legeturque **a** 10 quia **a** et **Doux** sed **ct** incitantur **ta** citantur **ouxc** citatur **D** 11 ad cognoscenda **Dct**$\bar{5}$ ad agnoscenda **pa** ad ignoscenda **or** ad gnoscenda **ux** differtur **o**

14 sed tres **a** et res **D** tres **ouxct** 15 amantissimas *om.* **x** desiderata soportebat **u** 17 ut ad **i** *Cat.* **a** ad **ouxct** ac **D** plocianam **D** literae tuae **a**, *om.* **Douxct** perferantur perferentur **ia** perferantur **Duxc** proferantur **ot** 18 commendes **u** Popilium **ia** pupillum **Douxct** Arthemisium **uxc** 19 iudicas **c** etiam **Dcta** et **oux** uidemias **c** 20 diuersissimam partem **Doux** 22 epistula *om.* **u** 23 nos tibi **ia** noster **D** nos **ouxct** 24 dicta **Dux** uoluisses et erat aequum **a** (uoluisses i) potuissem et erat aequum **t** potuissem sed erat aequum **Doux** potuissem sed equum erat **c** me] mea **t** 25 ad alium] aliud **D** quam ad me *om.* **t** 26 pollicens *corr. ex* polliceris *fortasse m*^{3} **o** fine **Douxct** finem **a** cum certius **a** cum certi **ct** cur certi (-i *in* certi *suprapuncta* **o**) **Doux**

dieris, futurum te fugitiuum rei familiaris statimque ad nos euolaturum, qui iam tibi compedes nectimus, quas perfringere nullo modo possis.

Tertia epistula continebat esse tibi redditam orationem pro † Clario, eamque uisam uberiorem, quam dicente me, audiente te, fuerit. est uberior: multa enim postea inserui. adicis alias te litteras curiosius scriptas misisse: an acceperim quaeris: non accepi et accipere gestio. proinde prima quaque occasione mitte, appositis quidem usuris, quas ego (num parcius possum?) centesimas computabo. uale.

29.

C. PLINIVS RVSTICO SVO S.

Vt satius est unum aliquid insigniter facere, quam plurima mediocriter, ita plurima mediocriter, si non possis unum aliquid insigniter. quod intuens ego uariis me studiorum generibus, nulli satis confisus, experior. proinde cum hoc uel illud leges, ita singulis ueniam ut non singulis dabis. an ceteris artibus excusatio in numero, litteris durior lex, in quibus difficilior effectus est? quid autem ego de uenia quasi ingratus? nam si ea facilitate proxima acceperis, qua priora, laus potius speranda quam uenia obsecranda est. mihi tamen uenia sufficit. uale.

30.

C. PLINIVS GEMINO SVO S.

Laudas mihi et frequenter praesens et nunc per epistulas Nonium tuum, quod sit liberalis in quosdam: et ipse laudo, si tamen non in

---

1 euolaturum ouxpa aduolaturum Dct 2 perfringere a effringere ouxct effingere D 4 pro Clario a proclamo Douxctr pro Clanio ꝯ pro Damo p pro C. Lanio *Sichardus in marg.* 5 eamque uisam a eamque uisa t quis eam Doux in quis eam c quae dicente me audiente te cꝯa quae non dum te me audiente te t quae (quam x) dicentem audiente te Doux 6 multa enim postea inserui a multa etenim postea (postea etenim t) inserui ctꝯ multa est postea enim (enim postea D) in seruia (inseruia D) Doux adiicis ca adiciis t dicis Dou diicis *(notam alicuius corrupti add. in marg. m*[1]*)* x alias te Douxct te alias te a 7 accepi et ia accepi eas ouxct accipies D 9 num parcius possum a nunc parcius possim Doux non parcius possim t numen parcus (*om.* possim) c centesimas computabo *Cat.* (centesimas i) centesima computabo at centesimam putabo Douxc uale *om.* t

12 Vt] AT t satius est unum trꝯa satius unum Douxcp facere quam plurima ca quam facerem plura Douxt 13 ita plurima mediocriter *om.* Douxc si] sic c 15 leges Douxct legis a ita singulis ueniam ut non singulis ta ita singulis ita ut nos singulis D ita singulis ita non singulis oux ita singulis ueniam ita ut non singulis c 18 proxima Douxct haec proxima a qua] quam c prior D 19 obseruanda D sufficit uenia *Hofacker*

21 GEMINO Ducta geminio ox 22 frequente D nunc] non ux nonium tuum tꝯa non sumptuum D non sum tuum (*notam alicuius corrupti add.* x) ouxr Nosum tuum c 23 in quosdam — p. 252. 1 liberalis tꝯr, *om.* Douxcpr

hos solos. uolo enim eum qui sit uere liberalis tribuere patriae, propinquis, adfinibus, amicis, sed amicis dico pauperibus, non ut isti qui iis potissimum donant, qui donare maxime possunt. hos ego uiscatis 2
hamatisque muneribus non sua promere puto, sed aliena corripere.
sunt ingenio simili qui quod huic donant auferunt illi famamque liberalitatis auaritia petunt. primum est autem suo esse contentum, deinde 3
quos praecipue scias indigere sustentantem fouentemque orbe quodam socialitatis ambire. quae cuncta si facit iste, usquequaque laudandus est; si unum aliquid, minus quidem, laudandus tamen. tam rarum est 4
etiam imperfectae liberalitatis exemplar. ea inuasit homines habendi cupido, ut possideri magis quam possidere uideantur. uale.

31.

C. PLINIVS SARDO SVO S.

Postquam a te recessi, non minus tecum, quam cum apud te fui. 1
legi enim librum tuum, identidem repetens ea maxime (non enim mentiar), quae de me scripsisti, in quibus quidem percopiosus fuisti. quam multa, quam uaria, quam non eadem de eodem nec tamen diuersa dixisti! laudem pariter et gratias agam? neutrum satis possum, et si 2
possem, timerem ne adrogans esset ob ea laudare, ob quae gratias agerem. unum illud addam, omnia mihi tanto laudabiliora uisa quanto iucundiora, tanto iucundiora quanto laudabiliora erant. uale.

---

1 hos tς nos a 2 sed amicis dico a sed tam his dico D sed tamen iis (is u his x) dico ouxc sed iis dico t isti — 3 possunt tςa istis quis (qui Dpr iis (is Dux) maxime possunt Douxr isti si qui iis maxime possunt c 3 hos] hoc D uiscatis humatisque tx uisentis humatisque u 4 uulneribus x pro me reputo oux 5 ingenio ctrςa ingenii Doux 7 sustentantem ctrςa sustentatus Doux 8 societatis a sodalitates *Mommsen* ambiit x si *om.* t laudandum D 9 est — laudandus *om.* et aliquid Douxi aliquod *Cat.* a laudantus x rarum ia parum Douxt paruum c 10 et imperfectae liberalitas c exemplar ea inuasit tςa exemplar et inuasit c exempla rexinuasit D exempla res eximia sit oux exemplar et ea inuasit *Gronov* 11 uideantur *corr. m²* *ex* dicantur x

14 tecum sum, quam *C. F. W. Müller* apud ctrςa ad Doux 15 tuum *in ras. fortasse m²* c tuum *(lac. relicta)* dem repetens t q *ante* non *del.* x menitar D 16 quae] quod D percopiosius D 17 uarie Doux nec ta iugo Doux uiro c 18 si *om.* D 19 laudare a laudare tibi Doux laudare tunc c laudare te t gratia D agere Doux 20 quanto — 21 erant ctrς quanto iucundiora tanto iudicundiora (uiditiora D) quanto (quanta D) laudabiliora erant Da quanto hic iucundiora tanto iucundiora quanto laudabiliora erant o quanto hic iocundiora quanto laudabiliora erant ux

32.

C. PLINIVS TITIANO SVO S.

Quid agis? quid acturus es? ipse uitam iucundissimam, id est otiosissimam, uiuo. quo fit ut scribere longiores epistulas nolim, uelim legere, illud tamquam delicatus, hoc tamquam otiosus. nihil est enim aut pigrius delicatis aut curiosius otiosis. uale.

33.

C. PLINIVS CANINIO SVO S.

1 Incidi in materiam ueram, sed simillimam fictae dignamque isto laetissimo, altissimo, planeque poetico ingenio; incidi autem, dum super cenam uaria miracula hinc inde referuntur. magna auctori fides. tametsi quid poetae cum fide? is tamen auctor, cui bene uel historiam scripturus credidisses.

2 Est in Africa Hipponensis colonia mari proxima: adiacet nauigabile stagnum: ex hoc in modum fluminis aestuarium emergit, quod uice alterna, prout aestus aut repressit aut impulit, nunc infertur mari,
3 nunc redditur stagno. omnis hic aetas piscandi, nauigandi, atque etiam natandi studio tenetur, maxime pueri, quos otium lususque sollicitat. his gloria et uirtus altissime prouehi: uictor ille qui longissime ut
4 litus ita simul natantes reliquit. hoc certamine puer quidam audentior ceteris in ulteriora tendebat. delphinus occurrit et nunc praecedere puerum, nunc sequi, nunc circumire, postremo subire, deponere, iterum subire trepidantemque perferre primum in altum, mox flectit ad litus redditque terrae et aequalibus.

5 Serpit per coloniam fama: concurrere omnes, ipsum puerum tam-

---

3 quid agis quid acturus es ipse uitam trꝫa quid agis quid acturus es uitam c quid agis quid acturus se uitam D quid agis quid agi turribus se uitam o quid agis quid agitur ibus (ibi x, *cruce notauit* u) se uitam (*notam alicuius corrupti add. in marg.* x) ux otiosissimam] iocundissimam x 4 uiuo *om.* Douxc uelim *om.* Douxc 5 legere] lege c delicatus *corr. ex* deligincepto x delicatus hoc tamquam *om.* o ē uale *om.* t

8 canninio o 9 isto laetissimo a stolatissimo D scholastico ox scholastico u scholastico isto *Cat.* laetissimo *om.* ctrꝫ 11 autoris fides a auctori fides *corr. ex* auctoris fides c tametsi quid poetae ta tamen si quid poeta Douxc 13 scripturum Douxc 14 hipponiensis o hyponensis c adiacet ei nauigabile a adiacet nauigale c 15 ex hoc Douxct quod a, *notam dubitationis add. in marg.* i ex quo *uulgo* modum] nomen tr est uarium (*corr. m*¹ *ex* estuarium o oux demergit Doux quod *add. supra m*² o 16 aestus autem repressit tr impulit] impleuit tr 17 aetas ia aestus Douxt estus c 18 notandi c (pueri i) puerorum eꝫ ludusque solicitant a (ludusque i) 20 natantes Douxct nanteis a reliquit hoc o relinquit hoc a reliquit quid hoc Dux reliquit quo in c reliquit hoc in tꝫ reliquit id hoc in r quidem u 21 tenebat D occurrit a incurrit Douxct procedere x 22 circuire ouxa 25 famam D

quam miraculum adspicere, interrogare, audire, narrare. postero die obsident litus, prospectant mare et si quid est mari simile. natant pueri, inter hos ille, sed cautius. delphinus rursus ad tempus, rursus ad puerum. fugit ille cum ceteris. delphinus, quasi inuitet, reuocet, exsilit, mergitur uariosque orbes implicat expeditque. hoc altero die, hoc 6
tertio, hoc pluribus, donec homines innutritos mari subiret timendi pudor. accedunt et adludunt et appellant, tangunt etiam pertrectantque praebentem. crescit audacia experimento. maxime puer qui primus expertus est adnatat nanti, insilit tergo, fertur referturque, agnosci se, amari putat, amat ipse: neuter timet, neuter timetur: huius fiducia, mansuetudo illius augetur. nec non alii pueri dextra laeuaque simul 7
eunt hortantes monentesque. ibat una (id quoque mirum) delphinus alius, tantum spectator et comes: nihil enim simile aut faciebat aut patiebatur, sed alterum illum ducebat reducebatque, ut puerum ceteri pueri. incredibile, tam uerum tamen quam priora, delphinum gestato- 8
rem collusoremque puerorum in terram quoque extrahi solitum harenisque siccatum, ubi incaluisset, in mare reuolui.

Constat Octauium Auitum, legatum proconsulis, in litus educto 9
religione praua superfudisse unguentum, cuius illum nouitatem odoremque in altum refugisse nec nisi post multos dies uisum languidum et maestum, mox redditis uiribus priorem lasciuiam et solita mini-

---

2 obsident *corr. ex* obsidens x et siquid est mari Dctrꝫa et si quidem mari oux et si quid est marino *coni. anon. in Phil. Anz. XIII.* 558 ecquid e mari *Kortte* 4 fugit ille a uenit puer fugit ille c uenit ille fugit t fugit uenit puer fugit ille Doux fugit cum ceteris ille cum ceteris tr *Ber.* (ille cum ceteris *del.* i) delphinis Douxc inuitet et (inuita et o) reuocet exiliunt (exilit ct) Douxct 5 implicat Douxct implicitat a hoc altero die hoc tertio hoc pluribus (diebus *add.* D) donec Dcta huc altero die hoc tertio hoc pluribus donec o huc altero die tertio hoc pluribus donec ux 6 maris D 7 et *priore loco del.* i tangant D et appellant et tangunt ux 8 praebentem a praeeuntem Doct pareuntem ux praebentem se *Mommsen* audacia et experimento Douxct (et *del.* i) pueri i 9 adnatat nanti insilit tergo ia adnatanti insiliit tergo ctrꝫ annatanti (adnatanti ux adnatandi D) insiliit ergo Doux adnatantis insilit tergo *Sichardus* adnatat natanti insilit tergo *Kortte* adnosci se amari (se et amari tꝫ) putat amat ipse tꝫa adgnoscit se ex mari putata mentis se D agnoscit se ex mari putata in êăcisse (putata meatus se u putata meatis si x putati meatis se p) ouxp agnoscit se ex mari putat amat ipse r agnoscit se ex mari putata meatis c 10 timet neuter trꝫa, *om.* Douxcp 11 alii] aut Douxp 12 ibat una trꝫa ita ima D itatima c itätima *(cum duobus punctis in marg.)* o itatima (*notam alicuius corrupti repet. in marg.* x) ux delphinos Doux 13 spectatore comes D 14 illum] illud D reducebatque Douxct reducebat a 15 quam] quoque u 17 siccatum] sicentum c in mare] iam mare Doux reuolui *corr. ex* reuoluit D 18 constant D auitum ta abitum D habitum ouxc proconsulis ta proconsulem Dc ·procon. oux proconsule *Keil*[1] educta t seducto D ·s· delphino *super* educto *add.* m^2 x 19 illum Duxct ille oa nouitate pi odiremque u ordinemque D odoremque aspernatum in altum refugisse *coni. Keil* odoremque inaisuetum referre *coni. Kukula* 21 solita ministeria ctrꝫa solitam iussisse seria D solitam iüsisse seria *(cum duobus punctis in marg.)* o solitam uisisse seria ux

steria repetisse. confluebant omnes ad spectaculum magistratus, quorum aduentu et mora modica res publica nouis sumptibus atterebatur. postremo locus ipse quietem suam secretumque perdebat. placuit occulte interfici ad quod coibatur.

11 Haec tu qua miseratione, qua copia deflebis, ornabis, attolles! quamquam non est opus adfingas aliquid aut adstruas: sufficit ne ea quae sunt uera minuantur. uale.

34.

C. PLINIVS TRANQVILLO SVO S.

1 Explica aestum meum: audio me male legere, dumtaxat uersus; orationes enim commode, sed tanto minus uersus. cogito ergo recitaturus familiaribus amicis experiri libertum meum. hoc quoque familiare, quod elegi non bene, sed melius (scio) lecturum, si tamen non
2 fuerit perturbatus. est enim tam nouus lector quam ego poeta. ipse nescio quid illo legente interim faciam: sedeam defixus et mutus et similis otioso, an, ut quidam, quae pronuntiabit murmure, oculis, manu prosequar? sed puto me non minus male saltare quam legere. iterum dicam, explica aestum meum uereque rescribe, num sit melius pessime legere, quam ista uel non facere uel facere. uale.

35.

C. PLINIVS APPIO SVO S.

1 Librum quem misisti recepi et gratias ago. sum tamen hoc tempore occupatissimus: ideo nondum eum legi, cum alioqui ualidissime cupiam. sed eam reuerentiam cum litteris ipsis tum scriptis tuis debeo,
2 ut sumere illa nisi uacuo animo inreligiosum putem. diligentiam tuam in retractandis operibus ualde probo. est tamen aliquis modus, primum quod nimia cura deterit magis quam emendat, deinde quod nos

---

1 omnes ad spectaculum **Douxct** ad spectaculum omnes **a** 2 nouis sumptibus **a** nouissimum partibus **Douxc** nouis **t** 3 lacus **c** prodebat **x** placuit—4 coibatur *om.* **ux** occulte **Doctp** secrete **a** 6 astruas (adstruas **x**) **oux** estruas **c** struas **a** asseruas **D** 7 uera sunt **c**

9 Traquillo *corr. ex* Trquillo **x** 11 commode sed **a** commodis et **D** commodius et **ouxct** ergo] quod **t** quo **r** et tanto *ante* recitaturus *del.* **x** recitaturus] cogitaturus **t** 13 qui legit *corr. ex* qui elegit **c** sed melius scio lecturum **trꝫa** sit melius lecturum **D** sit melius lecturus **oux** scio melius lecturum **c** sed melius lecturum *edd.* sed me melius lecturum *edd.* 15 defixus mutus **Douxct** 17 male] me **t** 18 explica *corr. ex* explicam **x** ueroque **c** 19 uel facere *om.* **ctr**

21 appio **ouxcpr** OPPIO **a** ATRIO **D** ATTIO *coni. Keil* SATRIO *coni. Stangl* 22 recepi *om.* (accepi *add. supra* m^2 **x**) **Doux** tamen in hoc **D** 23 eum *om.* **t** alioqui cti *Cat.* **a** aliquid **Doux** 24 eam reuerentiam **Dcꝫa** ea reuerentia **ouxtpr** tum **tꝫa**, *om.* **Douxc** 25 putem *corr. ex* puto **t** 27 cura *om.* **o**

a recentioribus reuocat simulque nec absoluit priora et incohare posteriora non patitur. uale.

36.

C. PLINIVS FVSCO SVO S.

Quaeris quem ad modum in Tuscis diem aestate disponam. euigilo 1
cum libuit, plerumque circa horam primam, saepe ante, tardius raro:
clausae fenestrae manent. mire enim silentio et tenebris ab iis quae 2
auocant abductus et liber et mihi relictus non oculos animo, sed animum oculis sequor, qui eadem quae mens uident, quotiens non uident
alia. cogito, si quid in manibus, cogito ad uerbum scribenti emendantique similis, nunc pauciora nunc plura, ut uel difficile uel facile componi teneriue potuerunt. notarium uoco et die admisso quae formaueram dicto: abit rursusque reuocatur rursusque dimittitur. ubi hora 3
quarta uel quinta (neque enim certum dimensumque tempus), ut dies
suasit, in xystum me uel cryptoporticum confero, reliqua meditor et
dicto. uehiculum ascendo: ibi quoque idem quod ambulans aut iacens:
durat intentio mutatione ipsa refecta. paulum redormio, dein ambulo,
mox orationem graecam latinamue clare et intente non tam uocis causa
quam stomachi lego; pariter tamen et illa firmatur. iterum ambulo,
ungor, exerceor, lauor. cenanti mihi, si cum uxore uel paucis, liber 4
legitur: post cenam comoedus aut lyristes: mox cum meis ambulo,
quorum in numero sunt eruditi. ita uariis sermonibus uespera extenditur et quamquam longissimus dies cito conditur.

1 a cꝫa, *om.* Douxtpr reuocat *corr. ex* pronocat t 2 uale *om.* x 4 fusto u 5 diem Dcouxpa dies trꝫ euigilio t 6 libuit Dca collibuit oux, *om.* t 7 cluse ctu mire — 8 abductus a mire enim cum silentium et tenebrae ab his quae (quae *corr. ex* qui o que u) aduocant abductis (adductis ux) Doux mire enim cum silentium et tenebre ab iis que aduocant abducunt c mire enim cum silentium et tenebre ab hiis quae reuocant abductus t mire enim cum silentio et tenebris animus alitur et ab his quae auocant abductus ς 8 et liber et mihi relictus ouxtꝫa et liber et mihi et relictus Dpr et ego liber et mihi relictus c 9 sequor xtꝫa sequar Douer quae] qua t mens uident ouxcꝫa mens uiderit D mens uidet p meos uident tr quotiens non uident *om.* t 10 cogito atque si quid t cogito ad si quid r aduerbium D 11 pauciora nunc *om.* Douxc 12 teneri *om.* t notarium uoco ctꝫa notari uoco D notarum uoco x notarium aduoco o notari uero u diem Doux amisso t quae — 13 reuocatur a quae formaueram reuocatur D que forma ueram reuocatur c quae forma uera reuocatur oux quae formaueram reuocantur tς (dicto abit reuocatur i) 13 dimittitur Douxct remittitur a 15 xistum oux sixtum D cryptoporticus D criptoporticus oux confero] refero t reliquam medetur edicto Douxc 16 ibi quoque a ubi quoque (*corr* m^2 *ex* quoque ubi u) Douxct 17 duras x imitatione c referta ucpr refereta xt dein a deinde Douxct 18 dare (clare *add. supra* m^2 x 19 lego — firmatur *om.* oux, pariter — firmatur *om.* Dtς, *add.* ca 20 ungor tꝫa urgueor Do urgeor ux ungitor c si cum Douxct sic cum a 21 comoedus *Sichardus* comoedia octpra comediam Dux comoedi ς: *cf. I. 15. 2; III. 1. 9; V. 3. 2; IX. 17. 3, 40. 2* lyristes u 22 quorum in numero (numerus u) oucς quorum numero a quorum in numerum Dxtpr ita uariis ta barbaris Dcx bar-

Non numquam ex hoc ordine aliqua mutantur. nam si diu iacui uel ambulaui, post somnum demum lectionemque non uehiculo, sed quod brevius, quia uelocius, equo gestor. interueniunt amici ex proximis oppidis partemque diei ad se trahunt interdumque lasso mihi opportuna interpellatione subueniunt. uenor aliquando, sed non sine pugillaribus, ut, quamuis nihil ceperim, non nihil referam. datur et colonis, ut uidetur ipsis, non satis temporis, quorum mihi agrestes querellae litteras nostras et haec urbana opera commendant. uale.

37.

C. PLINIVS PAVLINO SVO S.

Nec tuae naturae est translaticia haec et quasi publica officia a familiaribus amicis contra ipsorum commodum exigere, et ego te constantius amo, quam ut uerear ne aliter ac uelim accipias, nisi te kalendis statim consulem uidero, praesertim cum me necessitas locandorum praediorum plures annos ordinatura detineat, in qua mihi noua consilia sumenda sunt. nam priore lustro, quamquam post magnas remissiones, reliqua creuerunt: inde plerisque nulla iam cura minuendi aeris alieni, quod desperant posse persolui; rapiunt etiam consumuntque quod natum est, ut qui iam putent se non sibi parcere. occurrendum ergo augescentibus uitiis et medendum est. medendi una ratio, si non nummo, sed partibus locem ac deinde ex meis aliquos operis exactores custodes fructibus ponam. et alioqui nullum iustius genus reditus,

baris *(et in marg.* uel ũaluaris *m*¹*, ut uidetur)* o barbaris *(et in marg.* al' Valuaris *m*²*)* u 23 p. 256 cito trꝫa bene Douxcꝫ

1 non *om.* Douxcpr, *add.* t *Ber. Cat.* a iacui tr tacui Douxcpꝫa 2 lectionem quem non D lectionem quae (que u) non oux 3 quia a quod Douxct gestior D primis o 4 lasso Douxct lassato a 6 ut] et D sed ut *Kortte* 8 lit|ras o litteras *corr. ex* litteris x haec] hic Doux ista hic c istic tr istaec x

11 translatitia tia translatiua Douxc a ia, *om.* Douxct 12 exigare t 13 ne Dctꝫa nec ouxpr nisi te trꝫa ni me ox in me Dcu Calendis i Cał Ianuarii t 14 uidero] indicaro ux locandorum ai² tuscianorum Dox tuscanorum ctrꝫ Iustianorum u: *cf. VII. 30. 3.* 15 in plures annos *C. F. W. Müller in Rhein. Mus. XX (1865), p. 157* plures in annos *coni. idem in editione Plin. Ep. (1903)* ordinaturum *coni. Kukula* 16 lustro trꝫa iusto Douxc 17 creuerint ux plerique Douxct 18 quid Douxc rapiuntur D etiam] et ux -que *om.* x 19 natum tia natura Douxcrꝫ iam—20 medendi ꝫa iam putant se non sibi placere occurrere dum (occurrendum c occurrebam t) ergo augescentibus uitiis et medendum (est *add.* ct) et medendi Dct iam putant non sibi placere occurrere ergo dum augescentibus intus et medendum est et medendi o iam putant se non placere occurrere dum ergo augescentibus intus et medendum est et medendi ux (putent i *uel fortasse* i² putant *Budaeus Ann. in Pandectas* 19 parcere i 21 nummo] omnino D locem ꝫa locum Douxct exactores operi a 22 pęnam u poenam x nullus D iustius] istius Doxc redditus ox

quam quod terra, caelum, annus refert. at hoc magnam fidem, acris oculos, numerosas manus poscit. experiendum tamen et quasi in ueteri morbo quaelibet mutationis auxilia temptanda sunt. uides quam non delicata me causa obire primum consulatus tui diem non sinat; quem tamen hic quoque ut praesens uotis, gaudio, gratulatione celebrabo. uale.

38.

C. PLINIVS SATVRNINO SVO S.

Ego uero Rufum nostrum laudo, non quia tu ut ita facerem petisti, sed quia est ille dignissimus. legi enim librum omnibus numeris absolutum, cui multum apud me gratiae amor ipsius adiecit. iudicaui tamen: neque enim soli iudicant qui maligne legunt. uale.

39.

C. PLINIVS MVSTIO SVO S.

Haruspicum monitu reficienda est mihi aedes Cereris in praediis 1
in melius et in maius, uetus sane et angusta, cum sit alioqui stato die
frequentissima. nam idibus Septembribus magnus e regione tota coit 2
populus, multae res aguntur, multa uota suscipiuntur, multa reddun-
tur. sed nullum in proximo suffugium aut imbris aut solis. uideor 3
ergo munifice simul religioseque facturus, si aedem quam pulcherri-
mam exstruxero, addidero porticus aedi, illam ad usum deae, has ad
hominum.

Velim ergo emas quattuor marmoreas columnas, cuius tibi uidebi- 4
tur generis, emas marmora, quibus solum, quibus parietes excolantur.
erit etiam faciendum ipsius deae signum, quia antiquum illud e ligno
quibusdam sui partibus uetustate truncatum est.

---

1 (annus i) at i *Cat.* ad **Douxcta** aeris **Dp** 3 quolibet **ct** non ta nomen **Douxc** 5 gaudeo **Douxc**

9 rufum nostrum laudo non quia rsa rufum non laudo quia **D** rufum laudo non quia **ouxct** tu ut ita **Da** tu ita ut **uxct** et tu ita ut **o** 12 iudicant] iudicare **x** uale *om.* **t**

15 Aruspicum **uxa** arispicum **o** Harispum **D** hArispicum **c** haruspicum **t** monitu *om.* **Douxc** aedis **D** cereris **Duxctia** caeteris **op** predis **ux** praedis **c** 16 in melius et in maius **ta** in melius in maius **ouxp** in melius **Dc** alioqui stato trsa aliquid cum statio **Douxcp** 17 septembribus **Doxca** septembris trs nouembribus **ux**: *cf. ad VI. 16. 4* magnus] magis **c** e] et **t** tota] tot **o** 19 uideor] uidero **o** 20 aedem **a** eandem **Douxctpr** 21 aedi *om.* s *et Kukula* aedi illam] aedulam **D** has] hanc **c** 23 mormoreas columnas **t** columnas marmoreas **u** uidetur **c** 24 marmor **a** quibus **D** mormora quibus **t** 25 erit etiam faciendum (faciundum **xt**) **Douxctprs** erit etiam uel faciendum uel emendum **a** 26 sui partibus uetustate **a** uetustate sui partibus **Douxctprs**

Quantum ad porticus, nihil interim occurrit, quod uideatur istinc esse repetendum; nisi tamen ut formam secundum rationem loci scribas. neque enim possunt circumdari templo: nam solum templi hinc 6 flumine et abruptissimis ripis, hinc uia cingitur. est ultra uiam latissimum pratum, in quo satis apte contra templum porticus explicabuntur; nisi quid tu melius inuenies, qui soles locorum difficultates arte superare. uale.

40.

C. PLINIVS FVSCO SVO S.

1 Scribis pergratas tibi fuisse litteras meas, quibus cognouisti, quem ad modum in Tuscis otium aestatis exigerem: requiris quid ex hoc in 2 Laurentino hieme permutem. nihil, nisi quod meridianus somnus eximitur multumque de nocte uel ante uel post diem sumitur, et si agendi necessitas instat, quae frequens hieme, non iam comoedo uel lyristae post cenam locus, sed illa quae dictaui identidem retractantur, ac si- 3 mul memoriae frequenti emendatione proficitur. habes aestate, hieme consuetudinem: addas huc licet uer et autumnum, quae inter hiemem aestatemque media, ut nihil de die perdunt, de nocte paruulum acquirunt. uale.

---

1 nil t nisi ux istinc esse trꝫa necesse **D** ·s· in cesse (= est in cesse) c s̈tincesse (*cum duobus punctis in marg.*) o stincesse ux statim esse p **2** tamen] tantum t ut] ne **D** **3** possunt circumdari a possum circumdare **Douxctprꝫ** **4** et *om.* t uiam] uia **D** latissimum *corr. ex* latissimus t **5** contra templum porticus explicabuntur nisi quid (quod tꝫ) tu melius inuenies trꝫ contra templum ipsum porticus explicabuntur nisi quid tu melius inueneris a contra templum inuenies *(rell. om.)* **Douxc** (quid i)

9 fusto u **11** tustis u quid ex hoc *corr. ex* hoc quid c **12** permutem ta permuttet **D** permutet ouxc **14** commendo t liriste u **15** dictaui tia dicta ut **Douxcp** dicta r dictata *Cat.* **16** frequentię mendatione ux prospicitur *Mommsen* **17** consuetudinem] consuetum ordinem *coni. C. F. W. Müller* addas huc licet uer et autumnum quae *e coniectura Lectii Casaubon et 'ex membranis' suis Modius* (uer et autumnum quae i) non addas huc licet tantumnum quae a addas huc licet tantumnum quae *Cat.* non addas huc licet uere tantum num quae (nunquę **D** numquam ctr) **Douxctpr** non addas huc licet uere tantumque ꝫ colligas hinc licet uer et autumnum quae *Mommsen, cruce notauit C. F. W. Müller: fortasse* immo addas *pro* non addas inter hiemem aestatemque media *Modius* inter hiemem aestatemque mediam ꝫa inter (intra p) hiemem (hyem x) statim aestatemque mediam **Douxctpr** **18** ut nihil (nisi tr) de die perdunt de nocte **Douxctprꝫa** ut nihil de die perdunt ita de nocte *Modius* ut nihil de die perdant, de nocte *Keil* aut nihil de die perdunt aut de nocte *Mommsen*

FINIT *in calc. pag. add.* o Caii Plinii Secundi Oratoris Epistolarum Liber Octauus et Vltimus Explicit feliciter u Finit · Laus · Deo *post quae incipit liber octauus sine et libri et epistularum singularum inscriptionibus* c SIT · LAVS · DEO · | C · PLINII SECVNDI VERONENSIS ORATORIS EPISTO|LARVM LIBER OCTAVVS ET VLTIMVS EXPLICIT · | TRANSCRIPT FLORENTIAE · III^{0} · IDVS · IAN̄ · ANNO SALV | TIS NOSTRAE MCCCCLXVIII · PAVLO · II^{0} · ROMAE · PONT · MAX · | · τέλος · x

C. PLINI CAECILI SECVNDI

EPISTVLARVM

LIBER DECIMVS

EPISTVLARVM PLINI

AD TRAIANVM IMPERATOREM

CVM EIVSDEM RESPONSIS

LIBER

INDEX LIBRORVM ADHIBITORVM

Horum librorum scripturam integram denuo collatam exhibui:

A, editio Auantii (a. 1502), ep. X. 41—121 continens

a, editio Aldina (a. 1508), ep. X. 1—121 continens

I, cod. Bodleiani Auct. L. 4. 3 supplementum manu scriptum, ep. X. 4—40 continens

i, cod. Bodleiani Auct. L. 4. 3 lectiones manu Gulielmi Budaei adscriptae

i^2, cod. Bodleiani Auct. L. 4. 3 lectiones manu Budaei postea adscriptae

Ber., editio Beroaldi (a. 1502), ep. X. 41—121 continens

Cat., editio Catanaei (a. 1506), ep. X. 41—121 continens

Editiones alteras Catanaei (*Cat.*^{2}, a. 1518) et Aldi (**a**^{2}, a. 1518) rarius citaui.

C. PLINI CAECILI SECVNDI
EPISTVLARVM
LIBER DECIMVS

EPISTVLARVM PLINI AD TRAIANVM IMPERATOREM CVM EIVSDEM RESPONSIS LIBER

1.

C. PLINIVS TRAIANO IMPERATORI

1 Tua quidem pietas, imperator sanctissime, optauerat ut quam tardissime succederes patri. sed di immortales festinauerunt uirtutes tuas
2 ad gubernacula rei publicae, quam susceperas, admouere. precor ergo ut tibi et per te generi humano prospera omnia, id est digna saeculo tuo, contingant. fortem te et hilarem, imperator optime, et priuatim et publice opto.

2.

C. PLINIVS TRAIANO IMPERATORI

1 Exprimere, domine, uerbis non possum quantum mihi gaudium attuleris, quod me dignum putasti iure trium liberorum. quamuis enim Iuli Seruiani, optimi uiri tuique amantissimi, precibus indulseris, tamen etiam ex rescripto intellego libentius hoc ei te praestitisse, quia pro
2 me rogabat. uideor ergo summam uoti mei consecutus, cum inter initia felicissimi principatus tui probaueris me ad peculiarem indulgentiam tuam pertinere; eoque magis liberos concupisco, quos habere etiam illo tristissimo saeculo uolui, sicut potes duobus matrimoniis meis
3 credere. sed di melius, qui omnia integra bonitati tuae reseruarunt:

4 C · PL · SECVNDI EPISTOLA | RVM LIBER DECIMVS · | AD TRAIANVM IMP · Gratulatoria ob Imperium a

9 *Inscriptionem epistulae om.* a *Epistulae* 1—3 B *in* I *omissae uno folio exciso* 11 dii a

17 C · PL · TRAIANO IMP · Gratias agit a *Inscriptiones* PLINIVS TRAIANO *uel* PL · TRAIANO *et* TRAIANVS PLINIO *uel* TR · PLINIO *uel* TRAIANVS PLINIO S · *semper fere habet* a, *quae uarietates non posthac adnotatae sunt. Inscriptiones om. semper* I. *Lemmata seruant constanter* Ia, *et inde ab 41* A. *Numeros epistularum in* I *adscriptos, in* a *semper omissos, non rettuli* 20 Iulii a 26 dii a

maluerunt hoc potius tempore me patrem fieri, quo futurus essem et securus et felix.

3.

C. PLINIVS TRAIANO IMPERATORI

Vt primum me, domine, indulgentia uestra promouit ad praefectu- 1
ram aerarii Saturni, omnibus aduocationibus, quibus alioqui numquam eram promiscue functus, renuntiaui, ut toto animo delegato mihi officio uacarem. qua ex causa, cum patronum me prouinciales optassent 2
contra Marium Priscum, et petii ueniam huius muneris et impetraui. sed cum postea consul designatus censuisset agendum nobiscum, quorum erat excusatio recepta, ut essemus in senatus potestate pateremurque nomina nostra in urnam conici, conuenientissimum esse tranquillitati saeculi tui putaui praesertim tam moderatae uoluntati amplissimi ordinis non repugnare. cui obsequio meo opto ut existimes constare 3
rationem, cum omnia facta dictaque mea probare sanctissimis moribus tuis cupiam.

3B.

TRAIANVS PLINIO

Et ciuis et senatoris boni partibus functus es obsequium amplissimi ordinis, quod iustissime exigebat, praestando. quas partes impleturum te secundum susceptam fidem confido.

4.

C. PLINIVS TRAIANO IMPERATORI

Indulgentia tua, imperator optime, quam plenissimam experior, 1
hortatur me ut audeam tibi etiam pro amicis obligari, inter quos sibi uel praecipuum locum uindicat Voconius Romanus, ab ineunte aetate condiscipulus et contubernalis meus. quibus ex causis et a diuo patre 2
tuo petieram ut illum in amplissimum ordinem promoueret. sed hoc uotum meum bonitati tuae reseruatum est, quia mater Romani liberalitatem sestertii quadragiens, quod conferre se filio codicillis ad patrem tuum scriptis professa fuerat, nondum satis legitime peregerat; quod postea fecit admonita a nobis. nam fundos emancipauit et cetera quae 3

1 maluerunt *Keil*[2] malui a *fortasse recte* maluere *Ernesti*
4 De sortione patrocinii aduersus Marium Priscum a 10 censuisset agendum (*uel* consules designati censuissent agendum) *Gruter* censuisses tacendum a censuisses faciendum *Casaubon* 12 tranquillitati a[2] tranquillitate a
17 *Epistulam cum superiore in* a *coniunctam separauit et Traiano tribuit Cat.*
23 Petit latum clauum amico Ia 27 meus *om.* I *fortasse recte* 30 quadragies (.†. quadringenties *in marg. adscriptum postea est deletum fortasse manu secunda*) I quadringenties a quater decies *Gronov* CCCC · HS *Gesner* 32 nam fundos I nam et fundos a

in emancipatione implenda solent exigi consummauit. cum sit ergo finitum quod spes nostras morabatur, non sine magna fiducia subsigno apud te fidem pro moribus Romani mei, quos et liberalia studia exornant et eximia pietas, quae hanc ipsam matris liberalitatem et statim patris hereditatem et adoptionem a uitrico meruit. auget haec et natalium et paternarum facultatium splendor. quibus singulis multum commendationis accessurum etiam ex meis precibus indulgentiae tuae credo. rogo ergo, domine, ut me exoptatissimae mihi gratulationis compotem facias et honestis, ut spero, adfectibus meis praestes ut non in me tantum uerum et in amico gloriari iudiciis tuis possim.

5.

C. PLINIVS TRAIANO IMPERATORI

Proximo anno, domine, grauissima ualetudine usque ad periculum uitae uexatus iatralipten adsumpsi, cuius sollicitudini et studio tuae tantum indulgentiae beneficio referre gratiam parem possum. quare rogo des ei ciuitatem Romanam. est enim peregrinae condicionis, manumissus a peregrina. uocatur ipse Harpocras, patronam habuit Thermuthin Theonis, quae iam pridem defuncta est. item rogo des ius Quiritium libertis Antoniae Maximillae, ornatissimae feminae, Hediae et [Antoniae] Harmeridi; quod a te petente patrona peto.

6.

C. PLINIVS TRAIANO IMPERATORI

Ago gratias, domine, quod et ius Quiritium libertis necessariae mihi feminae et ciuitatem Romanam Harpocrati, iatraliptae meo, sine mora indulsisti. sed cum annos eius et censum, sicut praeceperas, ederem, admonitus sum a peritioribus debuisse me ante ei Alexandrinam ciuitatem impetrare, deinde Romanam, quoniam esset Aegyptius. ego autem, quia inter Aegyptios ceterosque peregrinos nihil interesse credebam, contentus fueram hoc solum scribere tibi, esse eum a peregrina

---

1 solent] *litt.* so *init. uers. omissas inseruit manus* a 3 apud te a^2 adit te a aduerte I auget *Cat.*^{2} 4 quae Ia qua *Keil*^{1} quae et *Keil*^{2} 5 patris I patriis a 6 facultatium Ia

12 Ciuitatem romanam latraliptae suo petit I Ciuitatem Romanam Harpocrati Iatraliptae suo petit a 14 latralipten I solicitudini a^2 *Cat.*^{2} solicitudine a sollicitudine I 17 Arpocras I patronam habuit *Cat.*^{2} matronam habet Ia thernuthin *corr. ex* thernuthim I 19 quiritium i *corr. ex* quiritum I Heliae *Cat.*^{2} 20 Antoniae Ia *uncis inclusit Keil, signo crucis notauit C. F. W. Müller* et Agathemeridi *coni. Mommsen* patrona (*corr.* i *ex* patronam I) ia^2 *Cat.*^{2} patronam a

22 Gratias agit I Agit gratias a 23 quiritium (*corr.* i *ex* quiritum I) ia necessariae (*corr.* i *ex* necessariis I) ia 24 Arpocrati latraliptae I 29 esse eum (*corr. ex* et si eum I) i eum scilicet a *Cat.*^{2}

manumissum patronamque eius iam pridem decessisse. de qua ignorantia mea non queror, per quam stetit ut tibi pro eodem homine saepius obligarer. rogo itaque, ut beneficio tuo legitime frui possim, tribuas ei et Alexandrinam ciuitatem et Romanam. annos eius et censum, ne quid rursus indulgentiam tuam moraretur, libertis tuis quibus iusseras misi.

7.

TRAIANVS PLINIO

Ciuitatem Alexandrinam secundum institutionem principum non temere dare proposui. sed cum Harpocrati, iatraliptae tuo, iam ciuitatem Romanam impetraueris, huic quoque petitioni tuae negare non sustineo. tu ex quo nomo sit notum mihi facere debebis, ut epistulam tibi ad Pompeium Plantam, praefectum Aegypti, amicum meum, mittam.

8.

C. PLINIVS TRAIANO IMPERATORI

Cum diuus pater tuus, domine, et oratione pulcherrima et honestissimo exemplo omnes ciues ad munificentiam esset cohortatus, petii ab eo ut statuas principum, quas in longinquis agris per plures successiones traditas mihi quales acceperam custodiebam, permitteret in municipium transferre adiecta sua statua. quod ille mihi cum plenissimo testimonio indulserat: ego statim decurionibus scripseram ut adsignarent solum, in quo templum pecunia mea exstruerem: illi in honorem operis ipsius electionem loci mihi obtulerant. sed primum mea, deinde patris tui ualetudine, postea curis delegati a uobis officii retentus, nunc uideor commodissime posse in rem praesentem excurrere. nam et menstruum meum kalendis Septembribus finitur, et sequens mensis complures dies feriatos habet. rogo ergo ante omnia permittas mihi opus quod incohaturus sum exornare et tua statua, deinde, ut hoc facere quam maturissime possim, indulgeas commeatum. non est autem simplicitatis meae dissimulare apud bonitatem tuam obiter te plurimum collaturum utilitatibus rei familiaris meae. agrorum enim quos in eadem regione possideo locatio, cum alioqui CCCC excedat, adeo non potest differri, ut proximam putationem nouus colonus facere debeat. praeterea continuae sterilitates cogunt me de remissionibus

10 arpocrae latraliptae I
15 De statuis principum in municipium transferendis Ia 20 quod ille *Keil*[2] quodque ille Ia quod cum ille *Gruter* quod quidem ille *Keil*[1] 22 in honorem *Kortte* in honore Ia 24 curis delegati Ia † curae delegatae *in marg. adscripsit, postea deleuit* I officii *corr.* i *ex* officiis I 26 Kat. septembribus I *et conu. Schaefer* Kal. Septembris a 30 obiter (*corr.* i *ex* obliter I) ia 32 locatio cum *Cat.*[2] *et (plane ex Catanaei coniectura)* i[2] locationem Ia

cogitare, quarum rationem nisi praesens inire non possum. debebo ergo, domine, indulgentiae tuae et pietatis meae celeritatem et status ordinationem, si mihi ob utraque haec dederis commeatum triginta dierum. neque enim angustius tempus praefinire possum, cum et municipium et agri de quibus loquor sint ultra centensimum et quinquagensimum lapidem.

9.

TRAIANVS PLINIO

Et multas et omnes publicas causas petendi commeatus reddidisti. mihi autem uel sola uoluntas tua suffecisset. neque enim dubito te, ut primum potueris, ad tam districtum officium reuersurum. statuam poni mihi a te eo quo desideras loco, quamquam eius modi honorum parcissimus, tamen patior, ne impedisse cursum erga me pietatis tuae uidear.

10.

C. PLINIVS TRAIANO IMPERATORI

Exprimere, domine, uerbis non possum quanto me gaudio adfecerint epistulae tuae, ex quibus cognoui te Harpocrati, iatraliptae meo, et Alexandrinam ciuitatem tribuisse, quamuis secundum institutionem principum non temere eam dare proposuisses. esse autem Harpocran νομοῦ Μεμφίτου indico tibi. rogo ergo, indulgentissime imperator, ut mihi ad Pompeium Plantam, praefectum Aegypti, amicum tuum, sicut promisisti, epistulam mittas. obuiam iturus, quo maturius, domine, exoptatissimi aduentus tui gaudio frui possim, rogo permittas mihi quam longissime occurrere tibi.

11.

C. PLINIVS TRAIANO IMPERATORI

Proxima infirmitas mea, domine, obligauit me Postumio Marino medico, cui parem gratiam referre beneficio tuo possum, si precibus meis ex consuetudine bonitatis tuae indulseris. rogo ergo ut propin-

---

1 debebo *Gronov* debeo Ia 2 pietatis *Gronov* pietati Ia 3 · XXX · I
9 et multas et omnes publicas Ia *signum crucis praeposuit C. F. W. Müller,* omnes *uncis inclusit Keil* et priuatas multas et omnes publicas *Cat.*[2] multas et priuatas et publicas *coni. Keil* et multas tuas et omnes publicas *Stangl* 12 quo a[2] *Cat.*[2] quod Ia
16 Impetratae ciuitatis Alexandrinorum pro Harpocrate (arpocrate I) gaudium Ia 18 arpocrati latraliptae I 19 institutionem a institutiones I 20 esse a ecce I Harpocran a arpocratem (*corr. ex* arpocrati I) i 21 νόμου μεμφύτου a νόμου μενφίτου *om.* I, *add. in lacuna* i νομόν μεμφιτικὸν *Cat.*[2] νομοῦ Μεμφιτικοῦ *Stephanus* 24 exoptatissimi *Gronov* exoptatissime Ia 25 occurrere a occurre I
27 Medici sui propinquis ciuitatem petit Ia 28 Posthumio a

quis eius des ciuitatem, Chrysippo Mithridatis uxorique Chrysippi, Stratonicae Epigoni, item liberis eiusdem Chrysippi, Epigono et Mithridati, ita ut sint in patris potestate utque iis in libertos seruetur ius patronorum. item rogo indulgeas ius Quiritium L. Satrio Abascanto et P. Caesio Phosphoro et Anchariae Soteridi, quod a te uolentibus patronis peto.

12.

C. PLINIVS TRAIANO IMPERATORI

Scio, domine, memoriae tuae, quae est bene faciendi tenacissima, preces nostras inhaerere. quia tamen in hoc quoque indulsisti, admoneo simul et impense rogo ut Accium Suram praetura exornare digneris, cum locus uacet. ad quam spem alioqui quietissimum hortatur et natalium splendor et summa integritas in paupertate et ante omnia felicitas temporum, quae bonam conscientiam ciuium tuorum ad usum indulgentiae tuae prouocat et attollit.

13.

C. PLINIVS TRAIANO IMPERATORI

Cum sciam, domine, ad testimonium laudemque morum meorum pertinere tam boni principis iudicio exornari, rogo dignitati ad quam me prouexit indulgentia tua uel auguratum uel septemuiratum, quia uacant, adicere digneris, ut iure sacerdotii precari deos pro te publice possim, quos nunc precor pietate priuata.

14.

C. PLINIVS TRAIANO IMPERATORI

Victoriae tuae, optime imperator, maximae, pulcherrimae, antiquissimae, et tuo nomine et rei publicae gratulor deosque immortales precor ut omnes cogitationes tuas tam laetus sequatur euentus, cum uirtutibus tantis gloria imperii et nouetur et augeatur.

---

1 Mitridatis Ia 2 stratonice I epigono (*corr.* i *ex* epigoni I) ia Mitridati Ia 4 quiritium (*corr.* i *ex* quiritum I) ia Abascantio *Cat.*² 5 fosforo I Anchariae Soteridi *Mommsen* Panchariae Soteridi a panchay: ae ac soteridi (*subpunxit fortasse* i) I

8 Praeturam amico petit Ia 9 domine I dominae a bene faciendi I beneficiendi a 10 quoque saepe indulsisti *Cat.*² 11 Accium a attium I exornare (*corr.* i *ex* exorare I) ia

17 Sacerdotium sibi petit Ia 20 auguratum (*corr.* i *ex* auguriatum I) ia 21 uacant *Cat.*² uacat Ia

24 Gratulatoria ob uictoriam Ia imp. maximę I Imp. Maxime a Imp. maximae *Cat.*² 27 cum I ut a 28 nouetur (*corr.* i *ex* mouetur I) ia

15.

C. PLINIVS TRAIANO IMPERATORI

Quia confido, domine, ad curam tuam pertinere, nuntio tibi me Ephesum cum omnibus meis ὑπὲρ Μαλέαν nauigasse. quamuis contrariis uentis retentus, nunc destino partim orariis nauibus partim uehiculis prouinciam petere. nam sicut itineri graues aestus, ita continuae nauigationi etesiae reluctantur.

16.

TRAIANVS PLINIO

Recte renuntiasti, mi Secunde carissime: pertinet enim ad animum meum, quali itinere in prouinciam peruenias. prudenter autem constituis interim nauibus interim uehiculis uti, prout loca suaserint.

17A.

C. PLINIVS TRAIANO IMPERATORI

1 Sicut saluberrimam nauigationem, domine, usque Ephesum expertus, ita inde, postquam uehiculis iter facere coepi, grauissimis aestibus
2 atque etiam febriculis uexatus Pergami substiti. rursus, cum transissem in orarias nauiculas, contrariis uentis retentus aliquanto tardius quam speraueram, id est XV kal. Octobres, Bithyniam intraui. non possum tamen de mora queri, cum mihi contigerit, quod erat auspicatissimum,
3 natalem tuum in prouincia celebrare. nunc rei publicae Prusensium impendia, reditus, debitores excutio, quod ex ipso tractatu magis ac magis necessarium intellego. multae enim pecuniae uariis ex causis a priuatis detinentur: praeterea quaedam minime legitimis sumptibus
4 erogantur. haec tibi, domine, in ipso ingressu meo scripsi.

17B.

C. PLINIVS TRAIANO IMPERATORI

Quinto decimo kalendas Octobres, domine, prouinciam intraui, quam in eo obsequio, in ea erga te fide quam de genere humano mereris in-

---

2 De itinere suo in Bithyniam profligato (profligato *om.* a) Ia 4 ὑπὲρ μαλέαν *om.* I, *add. in lacuna* i 5 retentus Ia retentum *Stephanus* orariis Ia aurariis i onorariis *corr. ex* orariis *manu incerta saec. XVI ineuntis in editionis Aldinae exemplari meo* onerariis *coni. Keil* 6 itineri a² *Cat.*² itinere Ia 11 in *om.* Ia *(fortasse recte), add. Cat.*²

14 In Bithyniam se uenisse scribit a In bithyniam sepe uenisse I In bithyniam se peruenisse i 15 Ephesum sum expertus *Schaefer* 18 orarias Ia aurarias i onerarias *coni. Keil* 20 queri (*corr.* i *ex* quaeri I) ia 22 redditus Ia *Cat.*² excutio (*corr.* i *ex* executio I) ia tractatu *corr. marg. ex* tractu *in contextu* I *et coni. Rittershausen* tractu a 23 pecuniae a, *om.* I

26 *Epistulam cum praecedenti in* Ia *coniunctam separari uoluit Orelli* 28 Kal · octob · Ia

ueni. dispice, domine, an necessarium putes mittere huc mensorem. 2
uidentur enim non mediocres pecuniae posse reuocari a curatoribus
operum, si mensurae fideliter agantur. ita certe prospicio ex ratione
Prusensium, quam cum maxime tracto.

18.

TRAIANVS PLINIO

Cuperem sine querela corpusculi tui et tuorum peruenire in Bithy- 1
niam potuisses ac simile tibi iter ab Epheso et nauigationi fuisset,
quam expertus usque illo eras. quo autem die peruenisses in Bithy- 2
niam cognoui, Secunde carissime, litteris tuis. prouinciales, credo,
prospectum sibi a me intellegent. nam et tu dabis operam ut mani-
festum sit illis electum te esse, qui ad eosdem mei loco mittereris.
rationes autem in primis tibi rerum publicarum excutiendae sunt: nam 3
et esse eas uexatas satis constat. mensores uix etiam iis operibus quae
aut Romae aut in proximo fiunt sufficientes habeo. sed in omni pro-
uincia inueniuntur quibus credi possit, et ideo non deerunt tibi, modo
uelis diligenter excutere.

19.

C. PLINIVS TRAIANO IMPERATORI

Rogo, domine, consilio me regas haesitantem, utrum per publicos 1
ciuitatium seruos, quod usque adhuc factum, an per milites adseruare
custodias debeam. uereor enim ne et per seruos publicos parum fide-
liter custodiantur, et non exiguum militum numerum haec cura distrin-
gat. interim publicis seruis paucos milites addidi. uideo tamen peri- 2
culum esse ne id ipsum utrisque neglegentiae causa sit, dum commu-
nem culpam hi in illos, illi in hos regerere posse confidunt.

---

1 mittete a 3 agantur I *et coni. Gesner* aguntur a 4 cum maxime (*notam ·/. superscripsit et in marg. sine alio repetiit* i) I *et coni. Perizonius apud Kortte* cum Maximo a
8 et I ut a, *uncis inclusit Keil, om. Kortte* saluberrimae *coni. C. F. W. Müller* 12 eosdem Ia eos[dem] *Keil, nota crucis signauit C. F. W. Müller* mei loco a *et in marg. corr. ex* in loco *in contextu* I eos domini loco *coni. C. F. W. Müller* 15 sufficientes I *et coni. Scheffer* sufficienter a 17 excutere a *et in contextu* I exquirere *in marg.* I
19 De custodiis Ia 20 me (*corr. ex* meo I) Ia 21 ciuitatium a ciuitatum I seruos *corr. statim ex* serues I 22 seruos a, *om.* I 23 distringat *corr. statim ex* distringit I 26 hi a ii I regerere I *Cat.*[2] regere a regerere se *C. F. W. Müller*

20.

TRAIANVS PLINIO

Nihil opus est, mi Secunde carissime, ad continendas custodias plures commilitones conuerti. perseueremus in ea consuetudine quae isti prouinciae est, ut per publicos seruos custodiantur. etenim ut fideliter hoc faciant in tua seueritate ac diligentia positum est. in primis enim, sicut scribis, uerendum est ne, si permisceantur seruis publicis milites, mutua inter se fiducia neglegentiores sint. sed et illud haereat nobis, quam paucissimos a signis auocandos esse.

21.

C. PLINIVS TRAIANO IMPERATORI

Gauius Bassus, praefectus orae Ponticae, et reuerentissime et officiosissime, domine, uenit ad me et compluribus diebus fuit mecum; quantum perspicere potui, uir egregius et indulgentia tua dignus. cui ego notum feci praecepisse te ut ex cohortibus quibus me praeesse uoluisti contentus esset beneficiariis decem, equitibus duobus, centurione uno. respondit non sufficere sibi hunc numerum, idque se scripturum tibi. hoc in causa fuit quo minus statim reuocandos putarem quos habet supra numerum.

22.

TRAIANVS PLINIO

Et mihi scripsit Gauius Bassus non sufficere sibi eum militum numerum qui ut daretur illi mandatis meis complexus sum. cui quae rescripsissem ut notum haberes, his litteris subici iussi. multum interest † te poscat an homines in se ut latius uelint. nobis autem utilitas demum spectanda est, et quantum fieri potest, curandum ne milites a signis absint.

---

3 est *Cat*[2] sit **Ia** (*an ex* opust?) ad (cust *ins.* **I**) continendas custodias **Ia** 9 paucissimos **I** paucissimos milites **a**

11 De numero militum Gabio Basso praefecto adsignatorum **Ia** 12 Gauius *Carrion* Gabius **Ia** 17 scriptum *Cat.*[2]

22 Gauius *Carrion* Gabius **Ia** 23 cui quae rescripsissem *Keil* quoi quae rescripserim *Gebauer* quid quaeris scripsisse me **Ia** 24—25 multum—uelint (uelit *cruce in marg. apposita* **I**) **Ia** multum interest, res poscat, an homines imperare latius uelint *Cat.*[2] multum interest, tempus (res *Kukula*) poscat, an homines iure uti latius uelint *Orelli Kukula* multum interest, in tempus poscat, an hoc munere (*uel* ministerio) uti latius uelit *coni. Keil*

23.

C. PLINIVS TRAIANO IMPERATORI

Prusenses, domine, balineum habent et sordidum et uetus. itaque 1
... tamen aestimans ... nouum fieri, quod uideris mihi desiderio eorum
indulgere posse. erit enim pecunia ex qua fiat, primum ea quam reuo- 2
care a priuatis et exigere iam coepi, deinde quam ipsi erogare in ole-
um soliti, parati sunt in opus balinei conferre; quod alioqui et digni-
tas ciuitatis et saeculi tui nitor postulat.

24.

TRAIANVS PLINIO

Si instructio noui balinei oneratura uires Prusensium non est, pos-
sumus desiderio eorum indulgere, modo ne quid ideo aut intribuatur
aut minus illis in posterum fiat ad necessarias erogationes.

25.

C. PLINIVS TRAIANO IMPERATORI

Seruilius Pudens legatus, domine, VIII kal. Decembres Nicomediam
uenit meque longae exspectationis sollicitudine liberauit.

26.

C. PLINIVS TRAIANO IMPERATORI

Rosianum Geminum, domine, artissimo uinculo mecum tua in me 1
beneficia iunxerunt: habui enim illum quaestorem in consulatu. mei
sum obseruantissimum expertus: tantam mihi post consulatum reue-
rentiam praestat et publicae necessitudinis pignora priuatis cumulat
officiis. rogo ergo ut ipse apud te pro dignitate eius precibus meis 2

2 De balineo Prusensium Ia 3 habent et sordidum *Cat.*[2] habent est sordidum Ia et uetus. itaque tamen aestimans (aestimans *corr. ex* aestimamus) nouum fieri quod uideris mihi desiderio eorum indulgere posse *(cruce in marg. aduersus* aestimans *apposita)* I et uetus. Id itaque indulgentia tua restituere desyderant, ego tamen aestimans nouum fieri debere, uideris mihi desyderio eorum indulgere posse *(multis plane ex coniectura ut alibi suppletis)* a *et, lacuna post* aestimans *indicatu, Keil* et uetus. Idque tam inutile aestimant ut nouum fieri debeat quod uideris mihi desiderio eorum indulgere posse *Hardy* et uetus. Ego tamen aestimans nouum fieri debere uideor mihi desiderio eorum indulgere posse *Kukula* 5 erit a erat I

12 intribuatur a[2] intribuantur (*nota ·/. supraposita et in marg. sine alio repetita* I) Ia intribuant *Cat.*[2]

15 De aduentu Seruilii (seruili *corr. ex* seruii I) Ia 16 eruili (*corr. ex* eruii, *ut uidetur, et* S- *culpa miniatoris omissa*) I Pudens a prudens I decemb. I Decembr · a

19 Pro Rosiano Gemino Ia 21 iunxerunt. illum quaestorem in consulatu mei sum obseruantissimum expertus *Gronov* 22 sum *Keil*[2] summe Ia 23 et —cumulat Ia ut—cumulet *Cat.*[2] publice I 24 ipsi *Cat.*[2]

faueas, cui et, si quid mihi credis, indulgentiam tuam dabis, dabitque operam ut in iis quae ei mandaueris maiora mereatur. parciorem me in laudando facit quod spero tibi et integritatem eius et probitatem et industriam non solum ex eius honoribus, quos in urbe sub oculis
3 tuis gessit, uerum etiam ex commilitio esse notissimam. illud unum, quod propter caritatem eius nondum mihi uideor satis plene fecisse, etiam atque etiam facio teque, domine, rogo gaudere me exornata quaestoris mei dignitate, id est per illum mea, quam maturissime uelis.

27.

C. PLINIVS TRAIANO IMPERATORI

Maximus, libertus et procurator tuus, domine, praeter decem beneficiarios, quos adsignari a me Gemellino, optimo uiro, iussisti, sibi quoque confirmat necessarios esse milites . . . ex his interim . . ., sicut inueneram, in ministerio eius relinquendos existimaui, praesertim cum ad frumentum comparandum iret in Paphlagoniam. quin etiam tutelae causa, quia ita desiderabat, addidi duos equites. in futurum quid seruari uelis rogo rescribas.

28.

TRAIANVS PLINIO

Nunc quidem proficiscentem ad comparationem frumentorum Maximum, libertum meum, recte militibus instruxisti. fungebatur enim et ipse extraordinario munere. cum ad pristinum actum reuersus fuerit, sufficient illi duo a te dati milites et totidem a Virdio Gemellino, procuratore meo, quem adiuuat.

29.

C. PLINIVS TRAIANO IMPERATORI

1 Sempronius Caelianus, egregius iuuenis, repertos inter tirones duos seruos misit ad me; quorum ego supplicium distuli, ut te conditorem
2 disciplinae militaris firmatoremque consulerem de modo poenae. ipse enim dubito ob hoc maxime, quod, ut iam dixerant sacramentum, ita

1 dabitque I dabit ipse a 2 iis a^2 his Ia 4 eius Ia eis *Orelli* urbe *corr. ex* urbes I 5 unum a enim I 8 mea a^2 *Cat.*[2] meam Ia
10 De militibus Maximo pro curatori adsignandis Ia 13 esse milites (*corr.* i *ex* milites esse I) ex his interim sicut inueneram Ia *numerum militum et post* milites *et post* interim *excidisse statuit Keil* milites sex. tris interim, sicut inueneram *Mommsen* 16 ita *om. Cat.*[2]
23 Virbio *Cat.*[2]
26 De seruis inter tyrones (tirones I) inuentis Ia 27 caelianus *corr.* i *ex* caelinnus I 30 ob haec Ia dixerant sacramentum ita nondum I dixerant sacramento militar i nondum a dixerant sacramento ita nondum i^2 *(i. e., coni.*

nondum distributi in numeros erant. quid ergo debeam sequi rogo, domine, scribas, praesertim cum pertineat ad exemplum.

30.

TRAIANVS PLINIO

Secundum mandata mea fecit Sempronius Caelianus mittendo ad 1
te eos de quibus cognosci oportebit, an capitale supplicium meruisse uideantur. refert autem uoluntarii se obtulerint, an lecti sint uel etiam uicarii dati. lecti si sunt, inquisitio peccauit: si uicarii dati, penes eos 2
culpa est qui dederunt: si ipsi, cum haberent condicionis suae conscientiam, uenerunt, animaduertendum in illos erit. neque enim multum interest quod nondum per numeros distributi sunt. ille enim dies quo primum probati sunt ueritatem ab iis originis suae exegit.

31.

C. PLINIVS TRAIANO IMPERATORI

Salua magnitudine tua, domine, descendas oportet ad meas curas, 1
cum ius mihi dederis referendi ad te de quibus dubito. in plerisque 2
ciuitatibus, maxime Nicomediae et Nicaeae, quidam uel in opus damnati uel in ludum similiaque his genera poenarum publicorum seruorum officio ministerioque funguntur atque etiam ut publici serui annua accipiunt. quod ego cum audissem, diu multumque haesitaui quid
facere deberem. nam et reddere poenae post longum tempus pleros- 3
que iam senes et, quantum adfirmatur, frugaliter modesteque uiuentes nimis seuerum arbitrabar, et in publicis officiis retinere damnatos non satis honestum putabam; eosdem rursus a re publica pasci otiosos inutile, non pasci etiam periculosum existimabam. necessario ergo rem 4
totam, dum te consulerem, in suspenso reliqui. quaeres fortasse quem ad modum euenerit ut poenis in quas damnati erant exsoluerentur: et ego quaesii, sed nihil comperi quod adfirmare tibi possum. ut decreta quibus damnati erant proferebantur, ita nulla monumenta quibus libe-

---

Budaeus) dixerint sacramento militari, nondum *Casaubon* etsi adacti erant sacramento militari, nondum *Mommsen* ut iam dixerant sacramento militari, ita nondum *coni. Keil*

6 quibus de I oportebat *Cat.*² 8 lecti *utroque loco corr.* i *ex* leti I si *om.* Ia, *add. Cat.*² si lecti *Keil* inquisitor *Cat.*² 11 dies quo *Cat.*² dies pro quo (pro *subpunxit* I, *uel fortasse, Catanaeum scilicet sequens,* i²) Ia 12 iis *Orelli* his Ia exigit *Cat.*²

14 De iis qui ex damnatione serui publici essent Ia 16 de *om.* I, *add.* i 17 Niceae a nicae *(in fine uersus)* I 18 similiaque his i *Cat.*² similia in his Ia 25 periculosum existimabam. *Cat.*² periculosum. Existimabam Ia 26 reliqui I *Cat.*² relinqui a 27 poenis *corr.* i *ex* potius I 28 quaesii Ia possum Ia possim *Gesner* possem *Ernesti* 29 damnati *corr. in marg. ex* dati I

rati probarentur. erant tamen qui dicerent deprecantes iussu proconsulum legatorumue dimissos. addebat fidem quod credibile erat neminem hoc ausum sine auctore.

32.

TRAIANVS PLINIO

1 Meminerimus idcirco te in istam prouinciam missum, quoniam multa in ea emendanda apparuerint. erit autem uel hoc maxime corrigendum, quod qui damnati ad poenam erant non modo ea sine auctore, ut scribis, liberati sunt, sed etiam in condicionem proborum ministro-
2 rum retrahuntur. qui igitur intra hos proximos decem annos damnati nec ullo idoneo auctore liberati sunt, hos oportebit poenae suae reddi: si qui uetustiores inuenientur et senes ante annos decem damnati, distribuamus illos in ea ministeria quae non longe a poena sint. solent et ad balineum, ad purgationes cloacarum, item munitiones uiarum et uicorum dari.

33.

C. PLINIVS TRAIANO IMPERATORI

1 Cum diuersam partem prouinciae circumirem, Nicomediae uastissimum incendium multas priuatorum domos et duo publica opera quam-
2 quam uia interiacente, Gerusian et Iseon, absumpsit. est autem latius sparsum primum uiolentia uenti, deinde inertia hominum, quos satis constat otiosos et immobiles tanti mali spectatores perstitisse. et alioqui nullus usquam in publico sipo, nulla hama, nullum denique instrumentum ad incendia compescenda. et haec quidem, ut iam praecepi,
3 parabuntur. tu, domine, dispice, an instituendum putes collegium fabrorum dumtaxat hominum CL. ego attendam ne quis nisi faber recipiatur neue iure concesso in aliud utatur; nec erit difficile custodire tam paucos.

1 qui a^2 *Cat.*^{2} quid a quod I
6 meminerimus Ia memineris i *Cat.*^{2} te in *corr.* i *ex* te ei in I quoniam multa a, *om.* I, *crucem in contextu et in marg. apposuit* i 7 apparuerint Ia apparuerunt *Keil* uel hoc Ia hoc uel *Rittershausen* 8 quod qui i *Cat.*^{2} quo qui Ia *(fortasse recte)* 9 ministrorum *corr. ex* ministeriorum I 10 retrahuntur *Gesner* retrahantur Ia 12 damnati *corr. ex* nati I ante—damnati *ut glossema expunxit Günther* 13—14 solent et ad I solent enim eius modi ad a
17 De collegio fabrorum Nicomedensium instituendo (institutum I) Ia 19 et *om.* I 20 et Isson a netisson *(nota ·/. in contextu et in marg. sine alio apposita)* I et Isaeum *coni. Cat.*^{2} absumpsit *corr.* i *ex* adsumpsit I 21 quos *Rittershausen* quod Ia 24 et a^2 *Cat.*^{2} ut Ia 25 parabuntur *Cellarius* parabantur Ia dispice *corr.* i *ex* disdice I 27 utatur Ia utantur *Mommsen*

34.

TRAIANVS PLINIO

Tibi quidem secundum exempla complurium in mentem uenit posse 1
collegium fabrorum apud Nicomedenses constitui. sed meminerimus
prouinciam istam et praecipue eas ciuitates eius modi factionibus esse
uexatas. quodcumque nomen ex quacumque causa dederimus iis qui
in idem contracti fuerint . . . hetaeriaeque breui fient. satius itaque 2
est comparari ea quae ad coercendos ignes auxilio esse possint admo-
nerique dominos praediorum ut et ipsi inhibeant, ac si res poposcerit,
accursu populi ad hoc uti.

35.

C. PLINIVS TRAIANO IMPERATORI

Sollemnia uota pro incolumitate tua, qua publica salus continetur,
et suscepimus, domine, pariter et soluimus, precati deos ut uelint ea
semper solui semperque signari.

36.

TRAIANVS PLINIO

Et soluisse uos cum prouincialibus dis immortalibus uota pro mea
salute et incolumitate et nuncupasse libenter, mi Secunde carissime,
cognoui ex litteris tuis.

37.

C. PLINIVS TRAIANO IMPERATORI

In aquae ductum, domine, Nicomedenses impenderunt HS (XXX) 1
CCCXVIII, qui imperfectus adhuc, emissus, destructus etiam est: rur-
sus in alium ductum erogata sunt CC. hoc quoque relicto nouo im-

---

3 complurium *Cat*^{2} complurimum a *fortasse recte* cumplurimum I 5 eas ciuitatis (ciuitateis a) Ia eam ciuitatem *Keil* esse *in contextu om., in marg. add.* I 6 uexatas Ia uexatam *Keil* 7 fuerint · · · hetaeriaeque breui fient *Keil* fuerint haetariae quae breues fient (haetariae *nota* ⁻/. *signant et in marg.* ⁻/. aerar *add.* i) I fuerint. hetariae ⁎, quae breues fient a fuerint hetaeriae quamuis breues fient *Cat.*^{2} fuerint, ἑταιρίαι ἑταῖρούque breui fient *Orelli* fuerint · · · hetaeriae aeque breui fient *Lightfoot* fuerint, nefariae sodalitates hetaeriaeque breui fient *Kukula* 8 coercendos *corr.* i *ex* coercendas I
12 Votorum nuncupatio Ia 14 suscepimus *Gierig* suscipimus Ia
18 diis Ia
22 De aquaeductu (Nicomedensium *add.* a) Ia 23 aquaeductum *edit Basileensis* aquaeductu Ia · H̄S̄ · XXX · CCCXVIII I · H—S—xxx · ccc · xxviiii · a tricies *pro* XXX *coni. Perizonius* 24 imperfectus adhuc emissus (emissus *corr.* i *in contextu ex* emissum I, *nota* ⁻/. *in contextu et in marg. sine alio addita*) destructus etiam est I imperfectus adhuc relictus ac (atque *Keil*) etiam (relictus et iam *Orelli*) destructus est a *Orelli Keil* imperfectus adhuc relictus et destructus etiam est *Hardy* : *an* remissus *pro* emissus? 25 cc · Ia

pendio est opus, ut aquam habeant qui tantam pecuniam male perdi-
2 derunt. ipse perueni ad fontem purissimum, ex quo uidetur aqua debere perduci, sicut initio temptatum erat, arcuato opere, ne tantum ad plana ciuitatis et humilia perueniat. manent adhuc paucissimi arcus: possunt et erigi quidam lapide quadrato, qui ex superiore opere detractus est:
aliqua pars, ut mihi uidetur, testaceo opere agenda erit; id enim et
3 facilius et uilius. et in primis necessarium est mitti a te uel aquilegem uel architectum, ne rursus eueniat quod accidit. ego illud unum adfirmo, et utilitatem operis et pulchritudinem saeculo tuo esse dignissimam.

38.

TRAIANVS PLINIO

1 Curandum est ut aqua in Nicomedensem ciuitatem perducatur. uere credo te ea qua debebis diligentia hoc opus adgressurum. sed medius fidius ad eandem diligentiam tuam pertinet inquirere, quorum uitio ad hoc tempus tantum pecuniam Nicomedenses perdiderint, ne, cum inter se gratificantur, et incohauerint aquae ductus et reliquerint. quid itaque compereris perfer in notitiam meam.

39.

C. PLINIVS TRAIANO IMPERATORI

1 Theatrum, domine, Nicaeae maxima iam parte constructum, imperfectum tamen, sestertium, ut audio (neque enim ratio plus excussa
2 est), amplius centiens hausit, uereor ne frustra. ingentibus enim rimis desedit et hiat, siue in causa solum umidum et molle, siue lapis ipse gracilis et putris. dignum est certe deliberatione, sitne faciendum an sit relinquendum an etiam destruendum. nam fulturae ac substructiones, quibus subinde suscipitur, non tam firmae mihi quam sumptuosae
3 uidentur. huic theatro ex priuatorum pollicitationibus multa debentur, ut basilicae circa, ut porticus supra caueam. quae nunc omnia diffe-
4 runtur cessante eo quod ante peragendum est. iidem Nicaeenses gymnasium incendio amissum ante aduentum meum restituere coeperunt,

6 testaceo opere agenda a testaceo peragenda *corr. in marg. est* testacei operis agenda *in contextu* I 7 uilius] utilius *Gierig* et imprimis Ia sed in primis *Schaefer* 8 afirmo I

16 tempus] opus *Cat.*[2] 17 cum Ia dum *Gronov* incohauerint (inchoauerint a) quid itaque compereris per aquaeductus, et reliquerint, fer Ia, *corr. Cat.*[2] 18 quidquid *Schaefer* quod *Ernesti*

20 De theatro Nicensium Ia 21 Heatrum (T- *culpa miniatoris om.*) I Niceae Ia 22 plus Ia operis *C. F. W. Müller* penitus *Schaefer* prorsus *Orelli* 24 desedit *corr.* i *ex* descendit I descendit a discedit *Gruter* humidum Ia 25 per ficiendum *uel* efficiendum *Günther* an sit *Cellarius* aut sit Ia 30 idem I Nicenses Ia

longe numerosius laxiusque quam fuerat, et iam aliquantum erogauerunt, periculum est ne parum utiliter: incompositum enim et sparsum est. praeterea architectus, sane aemulus eius a quo opus incohatum est, adfirmat parietes quamquam uiginti et duos pedes latos imposita onera sustinere non posse, quia sint caemento medii farti nec testaceo opere praecincti. Claudiopolitani quoque in depresso loco, imminente etiam monte, ingens balineum defodiunt magis quam aedificant, et quidem ex ea pecunia quam buleutae additi beneficio tuo aut iam obtulerunt ob introitum aut nobis exigentibus conferent. ergo cum timeam ne illic publica pecunia, hic, quod est omni pecunia pretiosius, munus tuum male collocetur, cogor petere a te non solum ob theatrum uerum etiam ob haec balinea mittas architectum dispecturum, utrum sit utilius post sumptum qui factus est quoquo modo consummare opera, ut incohata sunt, an quae uidentur emendanda corrigere, quae transferenda transferre, ne, dum seruare uolumus quod impensum est, male impendamus quod addendum est.

40.

TRAIANVS PLINIO

Quid oporteat fieri circa theatrum quod incohatum apud Nicaeenses est in re praesenti optime deliberabis et constitues. mihi sufficiet indicari cui sententiae accesseris. tunc autem a priuatis exigi opera tempus, cum theatrum, propter quod illa promissa sunt, factum erit. gymnasiis indulgent Graeculi: ideo forsitan Nicaeenses maiore animo constructionem eius adgressi sunt. sed oportet illos eo contentos esse quod possit illis sufficere. quid Claudiopolitanis circa balineum, quod parum, ut scribis, idoneo loco incohauerunt, suadendum sit tu constitues. architecti tibi deesse non possunt. nulla prouincia et non peritos et ingeniosos homines habet; modo ne existimes breuius esse ab urbe mitti, cum ex Graecia etiam ad nos uenire soliti sunt.

---

1 etiam a 5 quia sine caemento medio farti *edit. Basileensis* 8 buleutae *corr.* i *ex* bulentae I additi *Casaubon* addit (*notam* ⁻/. *in contextu et in marg. sine alio apposuit* i) I addunt a addendi *Schaefer* 9 conferent I *Cat.* conferunt a 13 modo om. I, *add. supra* i 14 an a aut I

19 Quid a quod I Nicenses Ia 21 opera tempus cum *coni. Hardy* opera cum *corr. in marg.* i *ex* operactum *in contextu* I opera tibi cura sit cum a opera censeo cum *coni. Nettleship* 23 Nicenses Ia constructionem a constitutionem I *fortasse recte* 25 possit *om.* I, *add. in marg.* i illis *corr.* i *ex* illi I illis *Cat.*² illa a tibi *Mommsen* 27 et I est quae a 28 habet I habeat a ab re urbe I 29 soliti sunt a soliti sint sunt I soliti sint *edit. Basileensis*

41.

C. PLINIVS TRAIANO IMPERATORI

1 Intuenti mihi et fortunae tuae et animi magnitudinem conuenientissimum uidetur demonstrari opera non minus aeternitate tua quam
2 gloria digna quantumque pulchritudinis tantum utilitatis habitura. est in Nicomedensium finibus amplissimus lacus: per hunc marmora, fructus, ligna, materiae et sumptu modico et labore usque ad uiam nauibus, inde magno labore, maiore impendio uehiculis ad mare deuehuntur ..... hoc opus multas manus poscit: at eae porro non desunt. nam et in agris magna copia est hominum et maxima in ciuitate, certaque spes omnes libentissime adgressuros opus omnibus fructuosum.
3 superest ut tu libratorem uel architectum, si tibi uidebitur, mittas, qui diligenter exploret, sitne lacus altior mari, quem artifices regionis huius
4 quadraginta cubitis altiorem esse contendunt. ego per eadem loca inuenio fossam a rege percussam; sed incertum utrum ad colligendum umorem circumiacentium agrorum an ad committendum flumini lacum. est enim imperfecta; hoc quoque dubium, intercepto rege mortalitate
5 an desperato operis effectu. sed hoc ipso (feres enim me ambitiosum pro tua gloria) incitor et accendor ut cupiam peragi a te quae tantum coeperant reges.

42.

TRAIANVS PLINIO

Potest nos sollicitare lacus iste, ut committere illum mari uelimus. sed plane explorandum est diligenter ne, si demissus in mare fuerit, totus effluat, certe quantum aquarum et unde accipiat. poteris a Calpurnio Macro petere libratorem, et ego hinc aliquem tibi peritum eius modi operum mittam.

---

2 De lacu Nicomedensium (Epistola · XXVII · *add.* **A**) **Aa** *Inscriptiones epistularum constanter om.* **A**; *numeros in* **A** *seruatos, in* **a**, *ut supra, semper omissos, non posthac rettuli; numerorum a Beroaldo et Catanaeo constanter omissorum, inscriptionum ab utroque constanter adhibitarum, lemmatum a Beroaldo constanter* (*ut in* **A**) *adhibitorum, a Catanaeo aeque constanter omissorum, rationem ut rerum inutilium non reddidi* 4 demonstrari **Aa** *Ber.* demonstrare *Cat.* 5 tantum etiam utilitatis *Cat.* 7 modico *Cat.*^{2} immodico **Aa** *Ber.* 8 labore pari usque *Cat.* deuehuntur. Hoc opus **A** deuehuntur. Hoc opus sed **a** deuehuntur sed hoc opus *Cat.*^{2}, *lacunam statuit Ernesti, existimans* Itaque mari committere cupiunt *uel similia excidisse; Kukula lacunam expleuit* Itaque lacum mari committere adnituntur 9 eae **i** hae **a** *Cat.* heae **A** *Ber.* porro] pro re *Gronov* 18 operis effectu **a** *Ber. Cat.* operi affectu (effectu **i**) **A** 24 demissus *Cat.* dimissus **A** *Ber.* immissus **a** 25 Calpurnio **a** Calphurnio **A** 26 et ego] aut ego *coni. Keil*

43.

C. PLINIVS TRAIANO IMPERATORI

Requirenti mihi Byzantiorum rei publicae impendia, quae maxima 1
fecit, indicatum est, domine, legatum ad te salutandum annis omnibus
cum psephismate mitti eique dari nummorum duodena milia. memor 2
ergo propositi tui legatum quidem retinendum, psephisma autem mittendum putaui, ut simul et sumptus leuaretur et impleretur publicum officium. eidem ciuitati imputata sunt terna milia, quae uiatici nomine 3
annua dabantur legato eunti ad eum qui Moesiae preest publice salutandum. haec ego in posterum circumcidenda existimaui. te, domine, 4
rogo ut quid sentias rescribendo aut consilium meum confirmare aut errorem emendare digneris.

44.

TRAIANVS PLINIO

Optime fecisti, Secunde carissime, duodena ista Byzantiis quae ad salutandum me in legatum impendebantur remittendo. fungentur his partibus, etsi solum psephisma per te missum fuerit. ignoscet illis et Moesiae praeses, si minus illum sumptuose coluerint.

45.

C. PLINIVS TRAIANO IMPERATORI

Diplomata, domine, quorum dies praeterita an omnino obseruari et quam diu uelis rogo scribas meque haesitatione liberes. uereor enim ne in alterutram partem ignorantia lapsus aut inlicita confirmem aut necessaria impediam.

46.

TRAIANVS PLINIO

Diplomata quorum praeteritus est dies non debent esse in usu: ideo inter prima iniungo mihi ut per omnes prouincias ante mittam noua diplomata, quam desiderari possint.

---

2 De Byzantiorum impendiis **Aa** 4 facit *Cat.* salutandum i *Cat.* a salutandi **A** *Ber.* 9 eunti] cunti **A** Maesiae a Maesie **A** 10 haec i *Ber. Cat.* a nec **A**

15 quae *Ber. Cat.* a qui **A** 16 remittendo. fungentur his partibus *Kukula* remittendo. fungetur his partibus ia remittendo perpetuo his partibus **A** *Ber.* remittendo. perpetuo ... his partibus *Keil* remittendo. perpetuo prouidebo his partibus *Orelli* 17 solum psephisma **A** solum eorum psephisma a 18 Maesiae **Aa**

20 De diplomatibus **Aa** 21 praeterita an omnino *Cat.*[2] praeterita omnino **Aa** *Ber.* praeteriit an omnino *Orelli*

27 in usu esse non debent a

47.

C. PLINIVS TRAIANO IMPERATORI

1 Cum uellem, domine, Apameae cognoscere publicos debitores et reditum et impendia, responsum est mihi cupere quidem uniuersos ut a me rationes coloniae legerentur, numquam tamen esse lectas ab ullo proconsulum, habuisse priuilegium et uetustissimum morem arbitrio 2 suo rem publicam administrare. exegi ut quae dicebant quaeque recitabant libello complecterentur, quem tibi qualem acceperam misi, quamuis intellegerem pleraque ex illo ad id de quo quaeritur non pertinere. 3 te rogo ut mihi praeire digneris, quid me putes obseruare debere. uereor enim ne aut excessisse aut non implesse officii mei partes uidear.

48.

TRAIANVS PLINIO

1 Libellus Apamenorum, quem epistulae tuae iunxeras, remisit mihi necessitatem perpendendi qualia essent, propter quae uideri uolunt eos qui pro consulibus hanc prouinciam obtinuerunt abstinuisse inspectatione rationum suarum, cum ipse ut eas inspiceres non recusauerint. 2 remuneranda est igitur probitas eorum, ut iam nunc sciant hoc quod inspecturus es ex mea uoluntate saluis quae habent priuilegiis esse facturum.

49.

C. PLINIVS TRAIANO IMPERATORI

1 Ante aduentum meum, domine, Nicomedenses priori foro nouum adicere coeperunt, cuius in angulo est aedes uetustissima Matris Magnae aut reficienda aut transferenda; ob hoc praecipue, quod est multo de- 2 pressior opere eo quod nunc maxime surgit. ergo cum quaererem, num esset aliqua lex dicta templo, cognoui alium hic, alium apud nos esse morem dedicationis. dispice ergo, domine, an putes aedem cui nulla

---

2 De priuilegio Apamenorum (Apamaeorum a) **Aa** 3 Apameae domine **a** 4 redditum **Aa** *Ber. Cat.* 5 rationes **i** *Ber. Cat.* **a** stationes **A** 7 administrandi *coni. Wilde* exegit *Ber.* 9 ad id *Cat.*^{2} addi **Aa** quaeritur **a** queritur **A** 10 praeire **ia** praecipere **A**

14 libellum Apamaeorum **a** iunxeras **a** iniunxeras **A**; *cf. 286. 29* 15 perpendendi qualia *Ber. Cat.*^{2} perpendi qualia **Aa** perpendi enim qualia *Cat.* **i** 16 istam *coni. Kukula* inspectatione **Aa** *Ber.* inspectione *Cat.* **i** 17 cum ipse (ut eas inspiceres) non recusauerim (recusaueris *Ber.* recusauerint **i**) **A** *Ber. Cat.* cum ipsum te ut eas inspiceres non recusauerint **a** *crucem post* cum *add. et* tu ipse quominus *uel simila coni. C. F. W. Müller* 20 futurum *Orelli*

22 De religioso templo transferendo **Aa** 26 quod nunc **A** *Ber. Cat.* quo cum **a** quod cum *Gruter* ergo **Aa** *Ber.* ego *Keil (quem alii sunt secuti) Catanaeum falso interpretans, apud quem litt.* ·r· *ex* ergo *culpa preli in* praecipuerquod *(sic!) uersus praecedentis translata est; cf. 292. 19.*

lex dicta est salua religione posse transferri. alioqui commodissimum est, si religio non impedit.

50.

TRAIANVS PLINIO

Potes, mi Secunde carissime, sine sollicitudine religionis, si loci positio uidetur hoc desiderare, aedem Matris Deum transferre in eam quae est accomodatior; nec te moueat quod lex dedicationis nulla reperitur, cum solum peregrinae ciuitatis capax non sit dedicationis quae fit nostro iure.

51.

C. PLINIVS TRAIANO IMPERATORI

Difficile est, domine, exprimere uerbis, quantam perceperim laeti- 1
tiam, quod et mihi et socrui meae praestitisti ut adfinem eius Caelium
Clementem in hanc prouinciam transferres. ex illo enim et mensuram 2
benefici tui penitus intellego, cum tam plenam indulgentiam cum tota
domo mea experiar, cui referre gratiam parem nec audeo quidem, quam-
ius maxime possim. itaque ad uota confugio deosque precor ut iis
quae in me adsidue confers non indignus existimer.

52.

C. PLINIVS TRAIANO IMPERATORI

Diem, domine, quo seruasti imperium, dum suscipis, quanta mere-
ris laetitia celebrauimus, precati deos ut te generi humano, cuius tu-
tela et securitas saluti tuae innisa est, incolumem florentemque prae-
starent. praeiuimus et commilitonibus ius iurandum more sollemni,
eadem prouincialibus certatim pietate iurantibus.

---

1 dicta ia dicata **A** *Ber. Cat.*

11 Gratias agentis **A** Agit gratias a 13 adfinem eius i *Ber.* ad finem eius **Aa** ad finem consulatus *Cat.* Coelium Clementem a coelium claementem **A** 14 et **A** *Ber. Cat., om.* a etenim *Günther* et *uncis inclusit Keil* 16 agere gratiam *Cat.* nec audeo quidem **Aa** ne audeo quidem *Gronov* nec adeo quidem *Ber.* non audeo quidem *Cat.; cf. 283. 14; 168. 23* 17 maxime possim **A** *Ber.* Maximo possum a maxime debeam *Cat.* maxime poscam *Kukula* ne gaudio quidem quamuis maximo possum *Mommsen* confugio ia comfugio **A** 18 ndignus **A**

20 Ob diem imperii **Aa** 22 te **A**, *om.* a 23 innisa ia immissa **A** innixa *Ber. Cat.* 24 praeiimus a preiimus/praeiuimus i praebuimus **A** *Ber. Cat.* 25 certatim i *Ber.* certant **A** certante *Mommsen*; pietate certatim *Cat.* more solenni praestantibus et prouincialibus qui eadem certarunt pietate iurantibus a

53.

TRAIANVS PLINIO

Quanta religione et laetitia commilitones cum prouincialibus te praeeunte diem imperii mei celebrauerint, libenter, mi Secunde carissime, agnoui litteris tuis.

54.

C. PLINIVS TRAIANO IMPERATORI

1 Pecuniae publicae, domine, prouidentia tua et ministerio nostro et iam exactae sunt et exiguntur; quae uereor ne otiosae iaceant. nam et praediorum comparandorum aut nulla aut rarissima occasio est, nec inueniuntur qui uelint debere rei publicae, praesertim duodenis assi-
2 bus, quanti a priuatis mutuantur. dispice ergo, domine, numquid minuendam usuram ac per hoc idoneos debitores inuitandos putes, et si nec sic reperiuntur, distribuendam inter decuriones pecuniam, ita ut recte rei publicae caueant; quod quamquam inuitis et recusantibus minus acerbum erit leuiore usura constituta.

55.

TRAIANVS PLINIO

Et ipse non aliud remedium dispicio, mi Secunde carissime, quam ut quantitas usurarum minuatur, quo facilius pecuniae publicae collocentur. modum eius ex copia eorum qui mutuabuntur tu constitues. inuitos ad accipiendum compellere, quod fortassis ipsis otiosum futurum sit, non est ex iustitia nostrorum temporum.

56.

C. PLINIVS TRAIANO IMPERATORI

1 Summas, domine, gratias ago, quod inter maximas occupationes in iis de quibus te consului me quoque regere dignatus es: quod nunc quo-
2 que facias rogo. adiit enim me quidam indicauitque aduersarios suos a Seruilio Caluo, clarissimo uiro, in triennium relegatos in prouincia

3 Quuanta **A** et **A** *Ber. Cat.* ac **a** 4 libenter *om. Cat.* 5 agnoui **A** *Ber. Cat.* cognoui **a**
7 De pecunia fenoris (foenebri **a**) **Aa** 8—9 etiam **Aa** 9 quae **Aa** *Ber.* quas *Cat.* otiosae **a** ociosae **i** *Cat.* ociose **A** *Ber.* 11 duodenis assibus *deleri uoluit Ernesti* usuris assibus *de Saumair et Gronov* 12 mutuantur **ia** *Ber.* muniantur **Ai²** inueniantur *Cat.* 14 nec **i** *Orelli* ne **Aa** *Ber. Cat.; cf. 282. 16; 168. 23* sic **Aa** sic quidem *Cat.²* distribuendam **ia** *Cat.* distribuendum **A** *Ber.*
20 quo facilius **a** *Ber.* qui facilius **A** 21 mutuabuntur **ia** *Ber. Cat.* mutabuntur **A** 22 otiosum **Aa** *Cat.* onerosum *Ber.*
25 Consultatio super restitutione exulis **Aa** 26 quod *Cat.* **a** qui **A** *Ber., fortasse recte* in *om.* **Aa** *Ber. Cat., add. Ernesti Gierig*

morari: illi contra ab eodem se restitutos adfirmauerunt edictumque recitauerunt. qua ex causa necessarium credidi rem integram ad te referre. nam sicut mandatis tuis cautum est ne restituam ab alio aut a me relegatos, ita de iis quos alius et relegauerit et restituerit nihil comprehensum est. ideo tu, domine, consulendus fuisti quid obseruare me uelles, tam hercule quam de iis qui in perpetuum relegati nec restituti in prouincia deprehenduntur. nam haec quoque species incidit in cognitionem meam. est enim adductus ad me in perpetuum relegatus a Iulio Basso proconsule. ego, quia sciebam acta Bassi rescissa datumque a senatu ius omnibus de quibus ille aliquid constituisset ex integro agendi, dumtaxat per biennium, interrogaui hunc quem relegauerat, an adisset docuissetque proconsulem: negauit. per quod effectum est ut te consulerem, reddendum eum poenae suae an grauius aliquid et quid potissimum constituendum putares et in hunc et in eos, si qui forte in simili condicione inuenirentur. decretum Calui et edictum, item decretum Bassi his litteris subieci.

57.

TRAIANVS PLINIO

Quid in persona eorum statuendum sit, qui a P. Seruilio Caluo proconsule in triennium relegati et mox eiusdem edicto restituti in prouincia remanserunt, proxime tibi rescribam, cum causas eius facti a Caluo requisiero. qui a Iulio Basso in perpetuum relegatus est, cum per biennium agendi facultatem habuerit, si existimat se iniuria relegatum, neque id fecerit atque in prouincia morari perseuerarit, uinctus mitti ad praefectos praetorii mei debet. neque enim sufficit eum poenae suae restitui, quam contumacia elusit.

58.

C. PLINIVS TRAIANO IMPERATORI

Cum citarem iudices, domine, conuentum incohaturus, Flauius Archippus uacationem petere coepit ut philosophus. fuerunt qui dice-

---

2 ex *om.* Aa *Ber. Cat., add. Keil* 4 quos ia *Ber. Cat.* equos A 6 de his qui A *Ber. Cat.* de his quam de illis qui a 9 a Iulio *Cat.* a Iulio A *Ber.* datumque a dictumque A *Ber. Cat.* 12 adiisset Aa *Ber. Cat.* negauit *om.* Aa *Ber., add. Cat.; cf. 41. 11* 13 an reddendum *Cat.*^{2} aliquod *Cat.*^{1} 15 *Nota* ¶ *ante* Decretum *uelut ad initium epistulae apposita hanc epistulam cum sequenti coniunxit* A; *epistulas recte distinx. Ber. Cat.* a

19 persona A *Ber. Cat.* personam a qui a ia *Ber. Cat.* quia A publio A Publio a *Ber. Cat.* 21 eius A huius a 23 existimat Aa *Ber. Cat.*^{1} existimabat *Cat.*^{2} 24 perseuerarit A *Ber.* perseuerauerit *Cat.* a 26 quam i *Ber.* quem Aa

28 De Archippo philosopho a *inscriptionem et numerum om.* A 30 uacationem ia *Ber. Cat.* uocationem A

rent non liberandum eum iudicandi necessitate, sed omnino tollendum de iudicum numero reddendumque poenae, quam fractis uinculis euasisset. recitata est sententia Veli Pauli proconsulis, qua probabatur Archippus crimine falsi damnatus in metallum. ille nihil proferebat, quo restitutum se doceret; adlegabat tamen pro restitutione et libellum a se Domitiano datum et epistulas eius ad honorem suum pertinentes et decretum Prusensium. addebat his et tuas litteras scriptas sibi, addebat et patris tui edictum et epistulam, quibus confirmasset beneficia a Domitiano data. itaque, quamuis eidem talia crimina applicarentur, nihil decernendum putaui, donec te consulerem de eo quod mihi constitutione tua dignum uidebatur. ea quae sunt utrimque recitata his litteris subieci.

EPISTVLA DOMITIANI AD TERENTIVM MAXIMVM

Flauius Archippus philosophus impetrauit a me ut agrum ei ad ·C· circa Prusiadam patriam suam emi iuberem, cuius reditu suos alere posset. quod ei praestari uolo. summam expensam liberalitati meae feres.

EIVSDEM AD L. APPIVM MAXIMVM

Archippum philosophum, bonum uirum et professioni suae etiam moribus respondentem, commendatum habeas uelim, mi Maxime, et plenam ei humanitatem tuam praestes in iis quae uerecunde a te desiderauerit.

EDICTVM DIVI NERVAE

Quaedam sine dubio, Quirites, ipsa felicitas temporum edicit, nec spectandus est in iis bonus princeps, quibus illum intellegi satis est, cum hoc sibi ciuium meorum spondere possit uel non admonita persuasio, me securitatem omnium quieti meae praetulisse, ut et noua beneficia conferrem et ante me concessa seruarem. ne tamen aliquam gaudiis publicis adferat haesitationem uel eorum qui impetrauerunt

1 non liberandum **A** *Ber.* non modo liberandum **a** non modo non liberandum *Cat.* 3 Velii **Aa** *Ber. Cat.* probatur *Cat.*^{2} 7 et *om.* **A** *Ber., add. Cat.* **a** Prusiensium *Cat.* 8 tui **ia** *Ber. Cat.* sui **A** 9 talia] et alia *Madvig* 10 te *om.* **A** *Ber. Cat., add.* **a** 11 sunt] sicut *Cat.* 14 agrum ei ad ·C· **i** agrum ei ·DC· **a** agrum ei adderem **A** *Ber. Cat.* 15 Prusiam *Cat.* Prusiadem *Cellarius* emi iuberem **ia** tam uberem **A** *Ber. Cat.* redditu suos **ia** *Ber. Cat.* redditus uos **A** 16 praestari **ia** praestare **A** *Ber. Cat.* 19 professioni suae **A** *Ber.* professione sua *Cat.* **ia** 20 moribus *Rittershausen* maioribus **Aa** *Ber. Cat.* 24 nec exspectandus *Vonck* 25 bonus] nouus *Madvig* quibus illum intelligis (intelligi **i** *Ber. Cat.*) **A** *Ber. Cat.* qui pusillum intelligit **a** 26 cum hoc sibi quisque ciuium meorum spondere possit, me securitatem omnium, quieti meae praetulisse, uel libenter noua beneficia conferre, et ante me concessa seruare dum ne tamen **a** 27 ut et **i** tu tot **A** ut tot *Ber. Cat.* ut et tot *Orelli* 28 conferrem **i** *Ber. Cat.* conferre **Aa**

diffidentia uel eius memoria qui praestitit, necessarium pariter credidi ac laetum obuiam dubitantibus indulgentiam meam mittere. nolo existimet quisquam, quod alio principe uel priuatim uel publice consecutus sit, ideo saltem a me rescindi, ut potius mihi debeat. sint rata et certa, nec gratulatio ullius instauratis egeat precibus, quem fortuna imperii uultu meliore respexit. me nouis beneficiis uacare patiantur et ea demum sciant roganda esse quae non habent. 9

EPISTVLA EIVSDEM AD TVLLIVM IVSTVM

Cum rerum omnium ordinatio quae prioribus temporibus incohatae consummatae sunt obseruanda sit, tum epistulis etiam Domitiani standum est. 10

59.

C. PLINIVS TRAIANO IMPERATORI

Flauius Archippus per salutem tuam aeternitatemque petit a me ut libellum quem mihi dedit mitterem tibi. quod ego sic roganti praestandum putaui, ita tamen ut missurum me notum accusatrici eius facerem, a qua et ipsa acceptum libellum his epistulis iunxi, quo facilius uelut audita utraque parte dispiceres quid statuendum putares.

60.

TRAIANVS PLINIO

Potuit quidem ignorasse Domitianus, in quo statu esset Archippus, cum tam multa ad honorem eius pertinentia scriberet. sed meae naturae accommodatius est credere etiam statui eius subuentum interuentu principis, praesertim cum etiam statuarum ei honor totiens decretus sit ab iis qui non ignorabant, quid de illo Paulus proconsul pronuntiasset. quae tamen, mi Secunde carissime, non eo pertinent ut, si quid illi noui criminis obicitur, minus de eo audiendum putes. libellos Furiae Primae accusatricis, item ipsius Archippi, quos alteri epistula tuae iunxeras, legi.

r

4 sit *om.* Aa *Ber. Cat., add. Orelli* rescindi ia *Ber. Cat.* escind it A sint rata *corr. ex* si rata i si ingrata A si enim grata a sint rata *Ber.* si rata *Cat.* si illa rata et certa fecero nec *Cat.*^{2} 5 egeat *Ber.* eget Aa *Cat.* precibus, Nec, qui non habent, me quem fortuna imperii uultu meliore respexit. nouis a 7 et A *Ber. Cat.* sed a 9 incohatae] ordinatae et *Cat.* 10 consumataeque sunt a

13 De eodem Archippo Aa 15 sic *om. Cat.*

25 non *om.* Aa *Ber. Cat.; add. Ernesti* 29 iunxeras *Ber.* a iniunxeras A *Cat.; cf. 281. 14*

61.

C. PLINIVS TRAIANO IMPERATORI

1 Tu quidem, domine, prouidentissime uereris ne commissus flumini atque ita mari lacus effluat. sed ego in re praesenti inuenisse uideor
2 quem ad modum huic periculo occurrerem. potest enim lacus fossa usque ad flumen adduci nec tamen in flumen emitti, sed relicto quasi margine contineri pariter et dirimi. sic consequemur ut nec † uacuo uideatur flumini mixtus et sit perinde ac si misceatur. erit enim facile per illam breuissimam terram quae interiacebit aduecta fossa onera
3 transponere in flumen. quod ita fiet, si necessitas coget, et, spero, non coget. est enim et lacus ipse satis altus et nunc in contrariam partem flumen emittit, quod interclusum inde et quo uolumus auersum sine ullius detrimento lacus tantum aquae, quantum nunc portat, effundet. praeterea per id spatium, per quod fossa fodienda est, incidunt riui,
4 qui si diligenter colligantur, augebunt illud quod lacus dederit. enimuero si placeat fossam longius ducere et artius pressam mari aequare nec in flumen sed in ipsum mare emittere, repercussus maris seruabit et reprimet, quidquid e lacu ueniet. quorum si nihil nobis loci natura praestaret, expeditum tamen erat cataractis aquae cursum temperare.
5 uerum et haec et alia multo sagacius conquiret explorabitque librator, quem plane, domine, debes mittere, ut polliceris. est enim res digna et magnitudine tua et cura. ego interim Calpurnio Macro, clarissimo uiro, auctore te scripsi ut libratorem quam maxime idoneum mitteret.

62.

TRAIANVS PLINIO

Manifestum, mi Secunde carissime, nec prudentiam nec diligentiam tibi defuisse circa istum lacum, cum tam multa prouisa habeas, per quae nec periclitetur exhauriri et magis in usus nobis futurus sit. elige igitur id quod praecipue res ipsa suaserit. Calpurnium Macrum credo facturum ut te libratore instruat, neque prouinciae istae his artificibus carent.

---

2 De lacu Nicomedensium **Aa** 4 praesenti a *Ber.* praestanti **A** 5 periculo a cuniculo **A** *Ber. Cat.* 6 deduci *Cat.* 7 sic ia *Ber. Cat.* si **A** 7—8 uacuo uideatur **Aa** *Ber.* uicino uideatur *Cat.* uacuari uideatur *Keil*[3] uacuetur *Madvig* 13 ullius **Aa** ullo *edit. Basileensis* lacui—affundet *Gronov* effundet a *Cat.* effundit **A** *Ber.* 14 fodienda i fienda **A** facienda *Ber. Cat.* a 15 colliguntur *Ber.* dein uero *Mommsen* 16 altius *Gierig Madvig* 19 cataractis ia *Ber. Cat.* cataratis **A** 22 Calpurnio a Calphurnio **A** 26 manifestum est mi a Secunde **A** 27 habeas **A** *Ber. Cat.* habeat a 28 nec] non *Cat.* usus **Aa** *Ber.* usu *Cat.* 29 elige *Gruter* elice **Aa** *Ber. Cat.* Calpurnium a Calphurnium **A** 30 neque enim prouinciae *Cat.*[2]

63.

C. PLINIVS TRAIANO IMPERATORI

Scripsit mihi, domine, Lycormas, libertus tuus, ut, si qua legatio a Bosporo uenisset urbem petitura, usque in aduentum suum retineretur. et legatio quidem, dumtaxat in eam ciuitatem in qua ipse sum, nulla adhuc uenit; sed uenit tabellarius Sauromatae, quem ego usus opportunitate, quam mihi casus obtulerat, cum tabellario, qui Lycormam ex itinere praecessit, mittendum putaui, ut posses ex Lycormae et regis epistulis pariter cognoscere quae fortasse pariter scire deberes.

64.

C. PLINIVS TRAIANO IMPERATORI

Rex Sauromates scripsit mihi esse quaedam quae deberes quam maturissime scire. qua ex causa festinationem tabellarii, quem ad te cum epistulis misit, diplomate adiuui.

65.

C. PLINIVS TRAIANO IMPERATORI

Magna, domine, et ad totam prouinciam pertinens quaestio est de 1
condicione et alimentis eorum quos uocant θρεπτούς. in qua ego au- 2
ditis constitutionibus principum, quia nihil inueniebam aut proprium aut uniuersale quod ad Bithynos ferretur, consulendum te existimaui, quid obseruari uelles, neque putaui posse me in eo quod auctoritatem tuam posceret exemplis esse contentum. recitabatur autem apud me 3
edictum quod dicebatur diui Augusti ad Anniam pertinens; recitatae et epistulae diui Vespasiani ad Lacedaemonios, et diui Titi ad eosdem et Achaeos, et Domitiani ad Auidium Nigrinum et Armenium Broc-

---

2 De Tabellario Regis Sauromatae **Aa** 3 Lycormas **a** Lycorimas *Ber.* Lycorinas **A** *Cat.* 4 Bosphoro **Aa** *Ber. Cat.* 5 et **A** *Ber. Cat.* sed **a** 6 sed uenit **a** *Ber. Cat.* sed ueniet **A** Sauromata quem ego ia sauromata cuius ego **A** *Ber. Cat.* Sauromatae regis quem ego *A. Schaefer* 7 Lycormam **a** lycorimam *Ber.* lycorinam **A** Lycorinnam *Cat.* 8–9 possis ex lycorinae (lycorimae *Ber.* Lycorinnae *Cat.*) et regis **A** *Ber. Cat.* possis ex Lycormae et ex regis **a** posses ex Lycormae et ex regis *Ernesti* posses et Lycormae et regis *Keil* posses et ex Lycormae et ex regis *C. F. W. Müller*

11 Diploma commodasse **Aa** *hanc epistulam esse partem superioris existimauit Gierig* 12 Sauromatae *Cat.* 14 misi *Cat.*

16 De adsertione (adfectione **A**) ingenuorum qui pro (pro *om.* **A**) seruis educati sunt **Aa** 18 θρεπτούς ia εκθετους *Cat. et in marg.* i², *om. in lacuna* **A** *Ber.* 19 principium *Ber.* 20 Bithinos **A** ferretur **A** *Ber. Cat.* feretur **a** referretur *Keil* 21 neque enim putaui **a** 22 exemplis ia *Cat.*¹ exemplum **A** exemplo *Ber. Cat.*¹ 23 Anniam **Aa** Achaiam *Mommsen* Asiam *Hardy* 24 Vespesiani **A** ad eosdem et acheos i ad eosdem acheos **A** *Ber. Cat.* ad eosdem dein ad Achaeos **a** ad eosdem *Keil* ad eosdem et ad Achaeos *C. F. W. Müller* 25 Brocchum **a** *Ber.* broccum **A** *Cat.*

chum proconsules, item ad Lacedaemonios. quae ideo tibi non misi, quia et parum emendata et quaedam non certae fidei uidebantur, et quia uera et emendata in scriniis tuis esse credebam.

66.

TRAIANVS PLINIO

1 Quaestio ista quae pertinet ad eos qui liberi nati expositi, deinde sublati a quibusdam et in seruitute educati sunt saepe tractata est, nec quicquam inuenitur in commentariis eorum principum qui ante
2 me fuerunt, quod ad omnes prouincias sit constitutum. epistulae sane sunt Domitiani ad Auidium Nigrinum et Armenium Brocchum, quae fortasse debeant obseruari, sed inter eas prouincias de quibus rescripsit † inter quas est Bithynia. et ideo nec adsertionem denegandam iis qui ex eius modi causa in libertatem uindicabuntur puto neque ipsam libertatem redimendam pretio alimentorum.

67.

C. PLINIVS TRAIANO IMPERATORI

1 Legato Sauromatae regis, cum sua sponte Nicaeae, ubi me inuenerat, biduo substitisset, longiorem moram faciendam, domine, non putaui; primum quod incertum adhuc erat, quando libertus tuus Lycormas uenturus esset, deinde quod ipse proficiscebar in diuersam pro-
2 uinciae partem ita officii necessitate exigente. haec in notitiam tuam perferenda existimaui, quia proxime scripseram petisse Lycormam ut legationem, si qua uenisset a Bosporo, usque in aduentum suum retinerem. quod diutius faciendi nulla mihi probabilis ratio occurrit, praesertim cum epistulae Lycormae, quas detinere, ut ante praedixi, nolui, aliquot diebus hinc legatum antecessurae uiderentur.

---

2 emendata i *Ber. Cat.*[2] emendatae Aa *Cat*[1] certae ia *Ber. Cat.* certe A 7 seruitutem *Cat.* 11 debeant A *Ber. Cat.* debebant a inter eas Aa intra eas *coni. Keil* 11—12 rescripsit inter quas est Bithynia A *Ber. Cat.* rescripsit non est Bithynia a rescripsit inter quas non est Bithynia *coni. Keil* rescripsit intermissa est Bithynia *Orelli* rescripsit praeterita est Bithynia *Mommsen* rescripsit ... inter quas est Bithynia *Keil*[1] rescripsit † inter quas est Bithynia *Keil*[2] 12 nec *om. Cat.* adfertionem A iis a *Cat.* his A *Ber.* 13 uendicabuntur A *Ber. Cat.* neque] et *Wilde*

16 De legato Regis Aa 17 Niceae Aa 19 Lycormas a lycorinas A lycorimas *Ber.* Lycorinnas *Cat.* 22 Lycormam a lycorinam A lycorimam *Ber.* Lycorinnam *Cat.* 23 Bosphoro Aa *Ber.* 25 Lycormae a lycorinae A lycorimae *Ber.* Lycorinnae *Cat.* 26 hinc i hunc a *Ber. Cat.* huic A

68.

C. PLINIVS TRAIANO IMPERATORI

Petentibus quibusdam ut sibi reliquias suorum aut propter iniuriam uetustatis aut propter fluminis incursum aliaque his similia quaecumque secundum exemplum proconsulum transferre permitterem, quia sciebam in urbe nostra ex eius modi causa collegium pontificum adiri solere, te, domine, maximum pontificem consulendum putaui, quid obseruare me uelis.

69.

TRAIANVS PLINIO

Durum est iniungere necessitatem prouincialibus pontificum adeundorum, si reliquias suorum propter aliquas iustas causas transferre ex loco in alium locum uelint. sequenda ergo potius tibi exempla sunt eorum qui isti prouinciae praefuerunt: ex causa cuique ita aut permittendum aut negandum.

70.

C. PLINIVS TRAIANO IMPERATORI

Quaerenti mihi, domine, Prusae, ubi posset balineum quod indulsisti fieri, placuit locus in quo fuit aliquando domus, ut audio, pulchra, nunc deformis ruinis. per hoc enim consequemur ut foedissima facies ciuitatis ornetur atque etiam ut ipsa ciuitas amplietur nec ulla aedificia tollantur, sed quae sunt uetustate sublapsa relaxentur in melius. est autem huius domus condicio talis: legauerat eam Claudius Polyaenus Claudio Caesari iussitque in peristylio templum ei fieri, reliqua ex domo locari. ex ea reditum aliquandiu ciuitas percepit: deinde paulatim partim spoliata partim neglecta cum peristylio domus tota collapsa est, ac iam paene nihil ex ea nisi solum superest; quod tu, domine, siue donaueris ciuitati siue uenire iusseris, propter opportunitatem loci pro summo munere accipiet. ego, si permiseris, cogito in area uacua balineum collocare, eum autem locum in quo aedificia fuerunt exedra et porticibus amplecti quem tibi consecrare, cuius bene-

2 De reliquiis sepultorum transferendis **Aa** 4 quocumque *Kukula* 6 causa **A** caussis **a** 7 obseruare **a** conseruare **A** *Ber. Cat.* 14 praefuerunt **ia** *Ber. Cat.* profuerunt **A** et ex causa *Cat.* et ut causa cuique ita *uel* et causa cuiusque quaesita *coni. Keil* 17 De loco balinei Prusensibus concedendo **Aa** 20 per enim hoc *Cat.* 22 relaxentur **A** reparentur **a** 23 Polyaenus **ia** *Cat.* poliaenus *Ber.* **A** 24 iusseratque *Cat.* ei *om. Ber.* 25 ex domo *uncis inclusit Keil* ex ea reditum **A** *Ber. Cat.* ex quo redditum **a** 29 accipiet *Ber. Cat.* accipi: et **Aa** 30 eum **a** *Ber. Cat.* cum **A** 31 exhedra ex porticibus **a** quem tibi **i** quae tibi **A** *Ber.* atque tibi **a** tibique *Cat.* i^2

ficio elegans opus dignumque nomine tuo fiet. exemplar testamenti, quamquam mendosum, misi tibi; ex quo cognosces multa Polyaenum in eiusdem domus ornatum reliquisse, quae ut domus ipsa perierunt, a me tamen, in quantum potuerit, requirentur.

71.

TRAIANVS PLINIO

Possumus apud Prusenses area ista cum domu collapsa, quam uacare scribis, ad exstructionem balinei uti. illud tamen parum expressisti, an aedes in peristylio Claudio facta esset. nam si facta est, licet collapsa sit, religio eius occupauit solum.

72.

C. PLINIVS TRAIANO IMPERATORI

Postulantibus quibusdam ut de agnoscendis liberis restituendisque natalibus et secundum epistulam Domitiani scriptam Minicio Rufo et secundum exempla proconsulum ipse cognoscerem, respexi ad senatus consultum pertinens ad eadem genera causarum, quod de iis tantum prouinciis loquitur, quibus proconsules praesunt; ideoque rem integram distuli, dum, domine, praeceperis, quid obseruare me uelis.

73.

TRAIANVS PLINIO

Si mihi senatus consultum miseris, quod haesitationem tibi fecit, aestimabo, an debeas cognoscere de agnoscendis liberis et natalibus ueris restituendis.

74.

C. PLINIVS TRAIANO IMPERATORI

1 Appuleius, domine, miles, qui est in statione Nicomedensi, scripsit mihi quendam nomine Callidromum, cum detineretur a Maximo et Dionysio pistoribus, quibus operas suas locauerat, confugisse ad tuam statuam perductumque ad magistratus indicasse seruisse aliquando

---

1 exemplar a *Cat.* exempla **A** *Ber.* 2 Polyaenum a *Cat.* poliaenum **A** *Ber.* 3 eiusdem a eundem **A** *Ber. Cat.* 4 potuerint *Cat.*

7 permittimus *Ber.* Prusaenses *Cat.* in area ista *Ber.* domu **Aa** domo *Ber. Cat.* 8 ad *om.* **A** *Ber., add.* ia *Cat.* extru tionem a uti · illud *Cat.* a ut illud **A** tu illud *Ber.* 9 si facta est **A** *Ber. Cat.* si facta aedes esset a

12 De adsertione ingenuorum **Aa** 13 agnoscendis a *Budaeus* cognoscendis **A** *Ber. Cat.* 14 Ruffo **A** *Ber.* 16 his **Aa** *Ber. Cat.* 18 dum tu domine *Cat.*

21 haesitationem ia *Ber. Cat.* haesitatione **A** 23 ueris **A** *Ber. Cat.* (*lineolam subduxit et notam ·/. postea erasam in marg. sine alio opposuit* i) suis a

25 De Callidromo Laberii (Laberio **A**) Maximi fugitiuo **Aa** 26 Apuleius **Aa** *Ber. Cat.* 29 seruisse se *C. F. W. Müller*

Laberio Maximo captumque a Susago in Moesia et a Decibalo muneri missum Pacoro, Parthiae regi, pluribusque annis in ministerio eius fuisse, deinde fugisse atque ita in Nicomediam peruenisse. quem ego 2 perductum ad me, cum eadem narrasset, mittendum ad te putaui; quod paulo tardius feci, dum requiro gemmam, quam sibi habentem imaginem Pacori et quibus ornatus fuisset subtractam indicabat. uolui 3 enim hanc quoque, si inueniri potuisset, simul mittere, sicut glebulam misi, quam se ex Parthico metallo attulisse dicebat. signata est anulo meo, cuius est aposphragisma quadriga.

75.

C. PLINIVS TRAIANO IMPERATORI

Iulius, domine, Largus ex Ponto nondum mihi uisus ac ne auditus 1 quidem (scilicet iudicio tuo credidit) dispensationem quandam mihi erga te pietatis suae ministeriumque mandauit. rogauit enim testa- 2 mento ut hereditatem suam adirem cerneremque ac deinde praeceptis quinquaginta milibus nummum reliquum omne Heracleotarum et Tianorum ciuitatibus redderem, ita ut esset arbitrii mei, utrum opera facienda quae honori tuo consecrarentur putarem, an instituendos quinquennales agonas qui Traiani appellarentur. quod in notitiam tuam perferendum existimaui ob hoc maxime, ut dispiceres quid eligere debeam.

76.

TRAIANVS PLINIO

Iulius Largus fidem tuam, quasi te bene nosset, elegit. quid ergo potissimum ad perpetuitatem memoriae eius faciat secundum cuiusque loci condicionem ipse dispice, et quod potissimum existimaueris insequere.

1 Laberio] Valerio *Carrion* 3 ita *om. Cat.* 6 et quibus insignibus ornatus fuisset *Cat.* et cuius ornatus fuisset *Orelli* cum aliis quibus ornatus fuisset *Mommsen notam crucis post* et *posuit C. F. W. Müller, coni.* ab iis quibus locatus fuisset 7 glebulam] bullam *Cat.* 9 aposphragisma ia *Ber. Cat.* aposphargisma **A**

11 De testamento Largi **Aa** 12 nondum] nunquam *Orelli* 13 scilicet **Aa** *Ber.* sed *Cat.* credidit *Ber.* credit **Aa** credens *Cat.* 15 praeceptis *Thomas* perceptis **Aa** *Ber. Cat.* 16 Tianorum *edit. Basileensis* Theanorum **Aa** *Ber. Cat.* 18 quinquennaes *(litt. -l- culpa prel. excussam* tualm *(sic!) uersus seq. excepit; cf. 281. 26)* **A**, corr. ia *Ber. Cat.* 19 qui ia *Ber. Cat.* quae **A** appellarentur *Cat.* appellentur *Ber.* a appellantur **A** tualm **A** *(cf. supra), corr. Ber. Cat.* a 20 dispiceres a *Ber. Cat.* despiceres **A**

25 eius] ius *Cat.* faciat **Aa** facias *coni. Kukula* 26 quod potissimum *Orelli* quid potissimum **A** *Ber. Cat.* quod optimum ia 26—27 insequere **Aa** *Ber. Cat.*[2] id sequere *Riuinus* sequere *Casaubon* inquire *Cat.*[1]

77.

C. PLINIVS TRAIANO IMPERATORI

1 Prouidentissime, domine, fecisti quod praecepisti Calpurnio Macro,
2 clarissimo uiro, ut legionarium centurionem Byzantium mitteret. dispice
an etiam Iuliopolitanis simili ratione consulendum putes, quorum ci-
uitas, cum sit perexigua, onera maxima sustinet tantoque grauiores
3 iniurias, quanto est infirmior, patitur. quidquid autem Iuliopolitanis
praestiteris, id etiam toti prouinciae proderit. sunt enim in capite
Bithyniae plurimisque per eam commeantibus transitum praebent.

78.

TRAIANVS PLINIO

1 Ea condicio est ciuitatis Byzantiorum confluente undique in eam
commeantium turba, ut secundum consuetudinem praecedentium tem-
porum honoribus eius praesidio centurionis legionarii consulendum
habuerimus. si Iuliopolitanis succurrendum eodem modo putauerimus,
2 onerabimus nos exemplo. plures enim, et quanto infirmiores erunt,
idem .... fiduciam diligentiae tuae habeo, ut credam te omni ratione
3 id acturum ne sint obnoxii iniuriis. si qui autem se contra disciplinam
meam gesserint, statim coerceantur; aut si plus admiserint, quam ut
in re praesenti satis puniantur, si milites erunt, legatis eorum quae
deprehenderis notum facies; aut si in urbem uersus uenturi erunt,
mihi scribes.

79.

C. PLINIVS TRAIANO IMPERATORI

1 Cautum est, domine, Pompeia lege, quae Bithynis data est, ne quis
capiat magistratum neue sit in senatu minor annorum triginta. eadem
lege comprehensum est ut qui ceperint magistratum sint in senatu.

---

2 De Centurione Iuliopolim mittendo **Aa** 3 Calpurnio a Calphurnio **A** *Ber. Cat.* 4 mitteret. dispice an etiam *Cat.*[2] mitteret, dispice etiam *Ber.* mitteretur dispiciebam etiam **A** mitteret dispicias etiam *corr. ex* mitteret ut dispiciat i mitteret ut dispicias an etiam a mitteret. dispiciebam etiam an *Cat.*[1] 7 est ia et **A** *Ber. Cat.* 8 sunt ia *Ber. Cat.* suum **A** 9 commeatibus *Cat.*

12 in eam *Cat.* a in ea **A** *Ber.* 15 si *om.* **Aa** *Ber. Cat.*[1], *add. Cat.*[2] modo putauerimus **Aa** *Ber.* modo si putauerimus *Cat.*[1] i 16 plures enim tanto magis eadem requirent, quanto infirmiores erunt. tibi eam fiduciam diligentiae habeo a *Cat.*[2] 17 idem fiduciam **A** idem petent. fiduciam *Ber. Cat.* i (fiduciam eam *Orelli*) *lacunam statuit Keil* idem petent. Idem fiduciam *Kukula* 17 tuae *om.* **Aa** *Ber., add. Cat.* 19 gesserint a *Ber. Cat.* gesserit **A** admiserint ia *Cat.* amiserint **A** *Ber.* 20 praesenti sit satis a quae **Aa** *Ber. Cat.* quod *uel* quos *Rittershausen* 21 notum **Aa** *Ber.* nota *Cat.* uersus **Aa** *Ber., om. Cat.* in ius *coni. Kukula*

24 De magistratibus prouincialium **Aa** 27 ceperint ia coeperint **A** *Ber. Cat.*

secutum est dein edictum diui Augusti, quo permisit minores magi- 2
stratus ab annis quinque et uiginti capere. quaeritur ergo, an qui 3
minor triginta annorum gessit magistratus possit a censoribus in senatum legi, et si potest, an ii quoque qui non gesserint possint per eandem interpretationem ab ea aetate senatores legi, a qua illis magistratum gerere permissum est; quod alioqui factitatum adhuc et esse necessarium dicitur, quia sit aliquanto melius honestorum hominum liberos quam e plebe in curiam admitti. ego a destinatis censoribus 4
quid sentirem interrogatus, eos quidem qui minores triginta annis gessissent magistratum putabam posse in senatum et secundum edictum Augusti et secundum legem Pompeiam legi, quoniam Augustus gerere magistratus minoribus annis triginta permisisset, lex senatorem esse uoluisset qui gessisset magistratum. de iis autem qui non gessissent, 5
quamuis essent aetatis eiusdem cuius illi quibus gerere permissum est, haesitabam; per quod effectum est ut te, domine, consulerem quid obseruari uelles. capita legis, tum edictum Augusti litteris subieci.

80.

TRAIANVS PLINIO

Interpretationi tuae, mi Secunde carissime . . . ut existimo hactenus edicto diui Augusti nouatam esse legem Pompeiam, ut magistratum quidem capere possent ii qui non minores quinque et uiginti annorum essent, et qui cepissent, in senatum cuiusque ciuitatis peruenirent. ceterum non capto magistratu eos qui minores triginta annorum sint, quia magistratum capere possint, in curiam etiam loci cuius- que non existimo legi posse.

81.

C. PLINIVS TRAIANO IMPERATORI

Cum Prusae ad Olympum, domine, publicis negotiis intra hospi- 1
tium eodem die exiturus uacarem, Asclepiades magistratus indicauit

---

1 deinde *Cat.* 2 quinque *Nipperdey* duobus Aa *Ber. Cat.* 3 magistratus Aa *Ber. Cat.* magistratum *Keil*[2] a *om.* A, *add.* ia *Ber. Cat.* 4 hi A *Ber. Cat.* an ex iis qui quoque non gesserint possit quis per a 5 eadem aetate *Cat.* senatores i *Ber. Cat.* senator Aa 7 sit aliquanto melius sit *Cat.* 8 a destinatis ia *Ber. Cat.* adest natis A 9 quidem ia *Ber. Cat.* quidam A 10—11 edictum Augusti et secundum *om. Cat.* 13 his Aa *Ber. Cat.* 15 consulerem ia *Ber. Cat.* consuerem A

19 ut existimo A idem existimo ia *Cat.* (existimo) *Ber.* similiter existimo *Orelli; lacunam statuit Keil* 21 ii *Cat.* a hi A *Ber.* quinque *Nipperdey* duorum *Cat.* a duo A *Ber.* 22 qui coepissent *Ber.* quia coepissent A *Cat.* qui accepissent a

27 De Dione qui reliquias suorum religioso loco posuisset (posuissent A Aa

appellatum me a Claudio Eumolpo. cum Cocceianus Dion in bule adsignari ciuitati opus cuius curam egerat uellet, tum Eumolpus adsistente Flauio Archippo dixit exigendam esse a Dione rationem operis, ante quam rei publicae traderetur, quod aliter fecisset ac debuisset. 2 adiecit etiam esse in eodem positam tuam statuam et corpora sepultorum, uxoris Dionis et filii, postulauitque ut cognoscerem pro tribu- 3 nali. quod cum ego me protinus facturum dilaturumque profectionem dixissem, ut longiorem diem ad struendam causam darem utque in alia ciuitate cognoscerem petiit. ego me auditurum Nicaeae respondi. 4 ubi cum sedissem cogniturus, idem Eumolpus tamquam si adhuc parum instructus dilationem petere coepit: contra Dion ut audiretur 5 exigere. dicta sunt utrimque multa, etiam de causa. ego cum dandam dilationem et consulendum existimarem in re ad exemplum pertinenti, dixi utrique parti ut postulationum suarum libellos darent. uolebam enim te ipsorum potissimum uerbis ea quae erant proposita cognoscere. et Dion quidem se daturum dixit, et Eumolpus respondit complexu- 6 rum se libello quae rei publicae peteret, ceterum quod ad sepultos pertineret, non accusatorem se, sed aduocatum Flaui Archippi, cuius mandata pertulisset. Archippus, cui Eumolpus sicut Prusiade adsistebat, dixit se libellum daturum. ita nec Eumolpus nec Archippus, quam- 7 quam plurimis diebus exspectatis, adhuc mihi libellos dederunt; Dion dedit, quem huic epistulae iunxi. ipse in re praesenti fui et uidi tuam quoque statuam in bibliotheca positam, id autem in quo dicuntur sepulti filius et uxor Dionis in area collocatum, quae porticibus includi- 8 tur. te, domine, rogo ut me in hoc praecipue genere cognitionis re-

---

1 Eumolpo ia *Ber. Cat.* euamolpo A Cocceianus (coccianus i) Dion in bule ia coccianus Dion bulae *Ber.* Cocceianus Dion *Cat.* cocciamis diambulae A 2 Eumolpus adsistente ia *Ber.* Euamolpus absistente A Eumolpus adsistens *Cat.* 5 in eodem i in eodem opere positam a in aedem positam A in aede positam *Ber. Cat.* 6 filii Aa *Ber.* filiorum *Cat.* 8 ad struendam i *Cat.* adstruendam A ad adstruendam a ad instruendam *Ber.* 9 alia ciuitate *Cat.* aliam ciuitatem Aa *Ber.* petiit a petit A *Ber. Cat.* Niceae Aa 10 ubi cum sedissem a ubi consedissem A *Ber. Cat.* ubi con,sedissem (= ubi cum sedissem?) i ubi cum consedissem *Orelli; cf. autem VI. 31. 9* si *om.* a, *add.* A *Ber. Cat. uncis inclusit Keil* scilicet *Stangl* 12 et iam a 13 et consulendum Aa *Ber. Cat.* et te consulendum *Schaefer* et consulendum te *Keil* ad te consulendum *C. F. W. Müller* te consulendum *Stangl* 14 postulatiotinum a postulationnem *Ber.* 15 cognoscere A *Ber. Cat.* recognoscere a 16 et (*alt. loco*) Aa *Ber.* at *Stangl*, *om. Cat.* 18 pertineret *Schaefer* pertinet Aa *Ber.* se esse sed *Schaefer* Flauii Aa *Ber. Cat.* 19 pertulisset et Archippus *Cat.* cui Eumolpus sic ut Prusiadae a qui Eumolpus sinit Prusiade A qui Eumolpus sicut Prusiade i qui Eumolpo suo prusiade *Ber.* cui Eumolpus prius *Cat.* qui Eumolpo sicut Prusiade *Keil*[2] 20 ita Aa *Ber. Cat.* at *A. Schaefer* interim *coni. Keil.* 20—21 quamquam plurimis *Keil* quamplurimis A *Ber. Cat.* quamplurimus a expectatis A *Ber. Cat.* expectati a 22 uinxi *Cat.* 24 filius et *Thomas* filii eius et Aa *Ber. Cat.* area ia alea A

gere digneris, cum alioqui magna sit exspectatio, ut necesse est in ea re quae et in confessum uenit et exemplis defenditur.

82.

TRAIANVS PLINIO

Potuisti non haerere, mi Secunde carissime, circa id de quo me 1
consulendum existimasti, cum propositum meum optime nosses non ex metu nec terrore hominum aut criminibus maiestatis reuerentiam nomini meo acquiri. omissa ergo ea quaestione, quam non admitterem, 2
etiam si exemplis adiuuaretur, ratio totius operis effecti sub curatura Cocceiani Dionis excutiatur, cum et utilitas ciuitatis exigat nec aut recuset Dion aut debeat recusare.

83.

C. PLINIVS TRAIANO IMPERATORI

Rogatus, domine, a Nicaeensibus publice per ea quae mihi et sunt et debent esse sanctissima, id est per aeternitatem tuam salutemque, ut preces suas ad te perferrem, fas non putaui negare acceptumque ab iis libellum huic epistulae iunxi.

84.

TRAIANVS PLINIO

Nicaeensibus, qui intestatorum ciuium suorum concessam uindicationem bonorum a diuo Augusto adfirmant, debebis uacare contractis omnibus personis ad idem negotium pertinentibus, adhibitis Virdio Gemellino et Epimacho, liberto meo, procuratoribus, ut aestimatis etiam iis quae contra dicuntur quod optimum credideritis statuatis.

85.

C. PLINIVS TRAIANO IMPERATORI

Maximum, libertum et procuratorem tuum, domine, per omne tempus quo fuimus una probum et industrium et diligentem ac sicut rei

---

1 est *Orelli* sit **Aa** *Ber. Cat.* 2 et (*alt. loco*) **Aa** *Ber. Cat.* nec *Mommsen* defenditur deliberare **a**
8 adquiri **Aa** *Ber. Cat.* adquirere *Keil* adquirendi *Madvig* 9 totius **Aa** *Ber. Cat.* potius *von Winterfeld* 9–10 curatura C. D. *Orelli* cura tua C. D. **Aa** *Ber. Cat.* cura [tua] C. D. *Keil* tua cura a Cocceiano Dione *Cat.*[1] cura tua Cocceiano Dione *Cat.*[2] cura tua Cocceiano Dioni *edit. Basilecnsis* 10 ciuitatis ia ei litis **A** eius *Ber.* eius finem litis *von Winterfeld* rei publicae id *Cat.* 11 debeat accusator (*uel* Eumolpus) recusare *von Winterfeld*
13 De Nicensibus **Aa** 14 Nicensibus **Aa** *Ber. Cat.* 17 bis **Aa** *Ber. Cat.*
20 Nicensibus **Aa** *Ber. Cat.* concessam sibi uindicationem *Mommsen*
22 Vindio *Ber.* 23 Gemellino **a** Pemellino **A** *Ber. Cat.*
26 Commendat quos expertus est **Aa** 27 tuum **a** *Cat.* meum **A** *Ber.*

tuae amantissimum ita disciplinae tenacissimum expertus, libenter apud te testimonio prosequor ea fide quam tibi debeo.

86A.

C. PLINIVS TRAIANO IMPERATORI

1 Gauium Bassum, domine, praefectum orae Ponticae, integrum, probum, industrium, atque inter ista reuerentissimum mei expertus, uoto pariter et suffragio prosequor ea fide quam tibi debeo.

86B.

C. PLINIVS TRAIANO IMPERATORI

2 . . . quam ea quae speret instructum commilitio tuo, cuius disciplinae debet quod indulgentia tua dignus est. apud me et milites et pagani, a quibus iustitia eius et humanitas penitus inspecta est, certatim ei qua priuatim qua publice testimonium pertribuerunt. quod in notitiam tuam perfero ea fide quam tibi debeo.

87.

C. PLINIVS TRAIANO IMPERATORI

1 Nymphidium Lupum, domine, primipilarem, commilitonem habui, cum ipse tribunus essem, ille praefectus. inde familiariter diligere
2 coepi. creuit postea caritas ipsa mutuae uetustate amicitiae. itaque et quieti eius inieci manum et exegi ut me in Bithynia consilio instrueret. quod ille amicissime et otii et senectutis ratione postposita
3 et iam fecit et facturus est. quibus ex causis necessitudines eius inter meas numero, filium in primis, Nymphidium Lupum, iuuenem probum, industrium, et egregio patre dignissimum, suffecturum indulgentiae

---

3 *Epistulam cum priore coniunctam in* **A** *Ber. separauerunt (sine lemmate addito)* **ia** *Cat.* 5 Gauium *Carrion* Gabium **a** Galbium **A** ·C· *Ber.* Ponticae *Cat.*[2] Ponti **Aa** *Ber. Cat.*[1]*; cf. 271. 12*

8 *Epistulam cum priore coniunctam in* **A** *Ber.* **ia** *separauerunt Cat.*[1] i[2], *iterum coniunxit Cat.*[2] 10 quam ea quae speret instructum **A** quam abunde ea quae speret instructum **ai** quem ad ea quae speret instructum *Ber.* quem abunde conspexi instructum *Cat.*[2] tamquam ad ea quae sperat instructum *coni. Orelli;* Fabium Valentem instructum commilitio tuo ualde probo cuius *Cat.*[1] fabium ualentem ualde probo instructum i[2] *Catanaeum perperam sequens* 13 testimonium **a** *Cat.* testimonio **A** *(notam ·/· in contextu et in marg. sine alio adposuit* i) testimonia *Ber.; cf. autem Pan. 95* pertribuerunt **Aa** *Ber.* retribuerunt *Cat.* perhibuerunt *Hardy; cf. Pan. 95* 14 perfero **Aa** *Ber.* profero *Cat.*

20 et exegi ut me **ia** et exuit me **A** et exciui ut me *Ber.* ut me *Cat.* in Bithynia consilio **Aa** *Ber.* cum filio *Cat.* instrueret **ia** extrueret **A** *Ber. Cat.* 22 etiam **A** *Ber.* necessitudines **ia** *Ber. Cat.* necessitudinis **A** 23 filium **A** *Ber. Cat.* et filium **a** Nymphidium] *Initium nouae epistulae littera initiali decorata signauit* **A**, *cui et inscriptionem praebuit Cat.; corr.* **ia** *Ber.*

tuae, sicut primis eius experimentis cognoscere potes, cum praefectus cohortis plenissimum testimonium meruerit Iuli Ferocis et Fusci Salinatoris, clarissimorum uirorum. meum gaudium meamque gratulationem filii † honore continerent.

88.

C. PLINIVS TRAIANO IMPERATORI

Opto, domine, et hunc natalem et plurimos alios quam felicissimos agas aeternaque laude florentem uirtutis tuae gloriam [quam] incolumis et fortis aliis super alia operibus augeas.

89.

TRAIANVS PLINIO

Agnosco uota tua, mi Secunde carissime, quibus precaris ut plurimos et felicissimos natales florente statu rei publicae nostrae agam.

90.

C. PLINIVS TRAIANO IMPERATORI

Sinopenses, domine, aqua deficiuntur; quae uidetur et bona et co- 1
piosa ab sexto decimo miliario posse perduci. est tamen statim ab capite paulo amplius mille passus locus suspectus et mollis, quem ego interim explorari modico impendio iussi, an recipere et sustinere opus possit. pecunia curantibus nobis contracta non deerit, si tu, domine, 2
hoc genus operis et salubritati et amoenitati ualde sitientis coloniae indulseris.

91.

TRAIANVS PLINIO

Vt coepisti, Secunde carissime, explora diligenter, an locus ille quem suspectum habes sustinere opus aquae ductus possit. neque dubi-

---

1 primis a *Ber. Cat.* primus **A** 2 cohortis **Aa** *Ber.* cohorti *Cat.* Iuli **A** *Ber.* Iulii a *Cat.* 3 gaudium domine meam (meamque i) ia gaudium meam **A** *Ber. Cat.* 4 honore continerent **Aa** honore continerem *Ber.* honore continebis *Cat.* i honores continuent *Gesner* honore continebo *Keil* honore † continerent *uel* honores complebunt *C. F. W. Müller* honore rogo contineas *Kukula* 6 Ob diem natalem **Aa** 8 gloriam quam incolumis **Aa** *Ber. Cat.*[1], quam *uncis inclusit Keil* gloriam et incolumis *Cat.*[2] 9 augebis **Aa** *Ber. Cat.*[1] augeas *Cat.*[2]; *an fortasse* aeternaque laude florentes, quam uirtutis tuae gloriam incolumis—augebis? 12 tua *om. Cat.* 15 De aqua Sinopensium perducenda **Aa** 16 deficiunt *Cat.* 17 tamen statim ia statim tamen **A** *Ber. Cat.* a capite *Cat.* 18 passus mille i mille passibus a mile passuum *Cat.* mille **A** *Ber.* suspectus ia susceptus **A** *Ber. Cat.* 19 explorari *uulgo* explorare **Aa** *Ber. Cat.* 21 amoenitate a 26 suspectum a susceptum **A** *Ber. Cat.* neque (neque *Cat.*) dubitandum **A** *Ber. Cat.* neque enim dubitandum a

tanaum puto quin aqua perducenda sit in coloniam Sinopensem, si modo et uiribus suis adsequi potest, cum plurimum ea res et salubritati et uoluptati eius collatura sit.

92.

C. PLINIVS TRAIANO IMPERATORI

Amisenorum ciuitas libera et foederata beneficio indulgentiae tuae legibus suis utitur. in hac datum mihi libellum ad eranos pertinentem his litteris subieci, ut tu, domine, dispiceres quid et quatenus aut permittendum aut prohibendum putares.

93.

TRAIANVS PLINIO

Amisenos, quorum libellum epistulae tuae iunxeras, si legibus istorum, quibus de officio foederis utuntur, concessum est eranum habere, possumus qui minus habeant non impedire, eo facilius, si tali collatione non ad turbas et ad turbas inlicitos coetus, sed ad sustinendam tenuiorum inopiam utuntur. in ceteris ciuitatibus, quae nostro iure obstrictae sunt, res huius modi prohibenda est.

94.

C. PLINIVS TRAIANO IMPERATORI

1 Suetonium Tranquillum, probissimum, honestissimum, eruditissimum uirum, et mores eius secutus et studia iam pridem, domine, in contubernium adsumpsi tantoque magis diligere coepi, quanto hunc 2 propius inspexi. huic ius trium liberorum necessarium faciunt duae causae: nam et iudicia amicorum promeretur et parum felix matrimonium expertus est impetrandumque a bonitate tua per nos habet quod 3 illi fortunae malignitas denegauit. scio, domine, quantum beneficium petam, sed peto a te, cuius in omnibus desideriis meis indulgentiam

2 et uiribus suis **A** *Ber.* et uiribus suis ipsa id **a** id uiribus suis *Cat.* ipsa uiribus suis *coni. C. F. W. Müller* 3 conlatara **a**
5 De petitione Amisenorum **Aa** 6 libera et **A** *Ber. Cat.* et liberata et **a** ndulgentiae *et* 7 da|um **A** *litteris ab initiali magno* amisenorum *loco extrusis; corr. Ber. Cat.* ia 7 mihi publice libellum **a** eranos *Ber. Cat.* **a** heranos **A** ἐράνους **i**
12 istorum **Aa** *Ber. Cat.* ipsorum *Orelli* 13 de officio] beneficio *Madvig* eranum ia *Ber.* Eia num **A** Eranos *Cat.* 14 qui **Aa** *Ber.* quo *Cat.* habeas impedire *Cat.* 15 et ad **A** *Ber.* et **a** nec ad *Cat.* sed **A** *Ber. Cat., om.* **a**
19 Ius trium liberorum amico petit **Aa** 21 secutus **Aa** *Ber. Cat.* intuitus *coni. C. F. W. Müller* 22 hunc **Aa** *Ber. Cat., uncis inclusit Keil* nunc *von Winterfeld* tunc *Günther* 27 sed **A** *Ber. Cat.* quod **a** indulgentiam **A** *Ber. Cat.* plenissimam indulgentiam **a**

experior. potes enim colligere, quanto opere cupiam, quod non rogarem absens, si mediocriter cuperem.

95.

TRAIANVS PLINIO

Quam parce haec beneficia tribuam utique, mi Secunde carissime, haeret tibi, cum etiam in senatu adfirmare soleam non excessisse me numerum quem apud amplissimum ordinem suffecturum mihi professus sum. tuo tamen desiderio subscripsi et dedisse me ius trium liberorum Suetonio Tranquillo ea condicione qua adsueui referri in commentarios meos iussi.

96.

C. PLINIVS TRAIANO IMPERATORI

Sollemne est mihi, domine, omnia de quibus dubito ad te referre. 1
quis enim potest melius uel cunctationem meam regere uel ignorantiam instruere? cognitionibus de Christianis interfui numquam: ideo nescio quid et quatenus aut puniri soleat aut quaeri. nec mediocriter 2
haesitaui, sitne aliquod discrimen aetatum, an quamlibet teneri nihil a robustioribus differant, detur paenitentiae uenia, an ei qui omnino Christianus fuit desisse non prosit, nomen ipsum, si flagitiis careat, an flagitia cohaerentia nomini puniantur. interim in iis qui ad me tamquam Christiani deferebantur hunc sum secutus modum. interrogaui 3
ipsos an essent Christiani: confitentes iterum ac tertio interrogaui supplicium minatus: perseuerantes duci iussi. neque enim dubitabam, qualecumque esset quod fatcrentur, pertinaciam certe et inflexibilem obstinationem debere puniri. fuerunt alii similis amentiae, quos, quia 4
ciues Romani erant, adnotaui in urbem remittendos. mox ipso tractatu, ut fieri solet, diffundente se crimine plures species inciderunt. propo- 5
situs est libellus sine auctore multorum nomina continens. qui negabant esse se Christianos aut fuisse, cum praeeunte me deos appellarent et imagini tuae, quam propter hoc iusseram cum simulacris numinum adferri, ture ac uino supplicarent, praeterea male dicerent Christo, quorum nihil posse cogi dicuntur qui sunt re uera Christiani, dimit-

---

1 enim **A** *Ber. Cat.* autem **a** 7 professus sum **ia** *Cat.* professus *Ber.* professum **A** 8 et ut scias dedisse *Cat.* 9 qua **Aa** *Ber.* quae *Cat.* 12 De Christianis **Aa** 13 deferre *Cat.* 15 instruere **ia** extruere **A** excutere *Ber.* exuere *Cat.* 16 queri **Aa** 17 aetatum **Aa** *Ber. Cat.* aetatium **i** 18 detur **A** deturne **a** 19 si **A** etiam si **a** 20 cohaerentia **i** *Ber. Cat.* cohaerenti **Aa** in *om.* **Aa** *Ber. Cat.*[1], *add. Cat.*[2] iis **a** his **A** *Ber. Cat.* 24 pertinaciam **A** *Ber. Cat.* peruicaciam **a** 26 tractu *Cat.* 28 negabant *Keil* negant **Aa** *Ber. Cat.*[1] negarent *Cat.*[2] 29 esse se **A** *Ber.* se esse *Cat.* **a** 32 posse cogi **A** *Ber. Cat.* cogi posse **a** qui non sunt *Cat.* christiani: ergo dimittendos *Cat.*

6 tendos esse putaui. alii ab indice nominati esse se Christianos dixerunt
et mox negauerunt; fuisse quidem, sed desisse, quidam ante triennium
quidam ante plures annos, non nemo etiam ante uiginti. hi quoque
omnes et imaginem tuam deorumque simulacra uenerati sunt et Christo
7 male dixerunt. adfirmabant autem hanc fuisse summam uel culpae
suae uel erroris, quod essent soliti stato die ante lucem conuenire
carmenque Christo quasi deo dicere secum in uicem seque sacramento
non in scelus aliquod obstringere, sed ne furta, ne latrocinia, ne adul-
teria committerent, ne fidem fallerent, ne depositum appellati abnega-
rent: quibus peractis morem sibi discedendi fuisse, rursusque coeundi
ad capiendum cibum, promiscuum tamen et innoxium; quod ipsum
facere desisse post edictum meum, quo secundum mandata tua hetae-
8 rias esse uetueram. quo magis necessarium credidi ex duabus ancillis,
quae ministrae dicebantur, quid esset ueri et per tormenta quaerere.
nihil aliud inueni quam superstitionem prauam, immodicam. ideo di-
9 lata cognitione ad consulendum te decurri. uisa est enim mihi res
digna consultatione, maxime propter periclitantium numerum; multi
enim omnis aetatis, omnis ordinis, utriusque sexus etiam, uocantur in
periculum et uocabuntur. neque ciuitates tantum sed uicos etiam at-
que agros superstitionis istius contagio peruagata est; quae uidetur
10 sisti et corrigi posse. certe satis constat prope iam desolata templa
coepisse celebrari et sacra sollemnia diu intermissa repeti pastumque
uenire uictimarum, cuius adhuc rarissimus emptor inueniebatur. ex quo
facile est opinari, quae turba hominum emendari possit, si sit paeni-
tentiae locus.

97.

TRAIANVS PLINIO

1 Actum quem debuisti, mi Secunde, in excutiendis causis eorum
qui Christiani ad te delati fuerant secutus es. neque enim in uniuer-
sum aliquid quod quasi certam formam habeat constitui potest. con-
quirendi non sunt: si deferantur et arguantur, puniendi sunt, ita tamen

---

1 esse **A** *Ber. Cat., om.* **a** indice **ia** *Cat.* iudice **A** *Ber.* 2 quidem **Aa** *Ber.* quidam *Cat.* desisse **a** desiisse **A** *Ber. Cat.* quidam ante triennium *om. Orelli Keil*[1] *Hardy* 3 uiginti. hi quoque omnes et *Keil*[2] uiginti quoque: Omnes et **Aa** *Ber. Cat.* uiginti quinque. omnes qui *Rittershausen* 4 sunt et *Keil* sunt; ii et **Aa** *Ber.* sunt: hi et *Cat.* 10 coeundi *om.* **A** *Ber. Cat., add.* **ia** *(fortasse perperam)* 12 desisse **a** desiisse **A** et aerias* **a** et aerias **i** et caeras **A** *Ber. Cat.*[1] hetaerias *Cat*[2] 14 quaerere sed nihil **a** 15 prauam et immodicam **a** ideoque dilata **a** 16 decurri **A** *Ber.* decucurri *Cat.* **a** 19 neque enim ciuitates **a** 21 corripi *Gronov* 22 pastumque (passumque **A** passimque **i**) uenire uictimarum cuius **A** *Ber. Cat.*[1] **i**[2] passimque uenire uictimas quarum **a** *Cat.*[2]

29 nniuersum **A**, *corr. Ber. Cat.* **a** 31 deferantur **ia** deferrantur *Cat.* deferentur **A** *Ber.* temen **a**

ut qui negauerit se Christianum esse idque re ipsa manifestum fecerit, id est supplicando dis nostris, quamuis suspectus in praeteritum, ueniam ex paenitentia impetret. sine auctore uero propositi libelli in nullo crimine locum habere debent. nam et pessimi exempli nec nostri saeculi est.

98.

C. PLINIVS TRAIANO IMPERATORI

Amastrianorum ciuitas, domine, et elegans et ornata habet inter 1
praecipua opera pulcherrimam eandemque longissimam plateam, cuius a latere per spatium omne porrigitur nomine quidem flumen, re uera cloaca foedissima ac sicut turpis immundissimo aspectu ita pestilens odore taeterrimo. quibus ex causis non minus salubritatis quam deco- 2
ris interest eam contegi: quod fiet, si permiseris, curantibus nobis ne desit quoque pecunia operi tam magno quam necessario.

99.

TRAIANVS PLINIO

Rationis est, mi Secunde carissime, contegi aquam istam quae per ciuitatem Amastrianorum fluit, si intecta salubritati obest. pecunia ne huic operi desit curaturum te secundum diligentiam tuam certum habeo.

100.

C. PLINIVS TRAIANO IMPERATORI

Vota, domine, priorum annorum nuncupata alacres laetique persoluimus nouaque rursus certante commilitonum et prouincialium pietate suscepimus, precati deos ut te remque publicam florentem et incolumem ea benignitate seruarent, quam super magnas plurimasque uirtutes praecipua sanctitate, obsequio, deorum honore meruisti.

---

2 diis **Aa** *Ber. Cat.* praeteritum fuerit ueniam **a** 3 in *om.* **Aa** *Ber. Cat., add. Gierig*

7 De platea (plathea **A**) Amastrianorum **Aia** 9 plateam **ia** platheam **A** 10 uera *Ber.* uero **Aa** *Cat.* 11 sicut *Orelli* situ **A** *Ber. Cat.*: quae sicut turpis, et immundissima aspectu, ita pestilens est odore **a** 13 eam *Ber. Cat.* ea **Aa** 14 quoque *signo crucis notauit C. F. W. Müller* usquequaque *Kukula* 18 detecta *Cat.*

22 Votorum nuncupatio iri (iri *del.* i) **Ai** Votorum nuncupatio *Ber.* Votorum nuncupatio et solutio pro Imp. et Rep. **a** 23 Vota **A** priore anno *Mommsen* 24 certante *Cellarius* curante **Aa** *Ber. Cat.* 25 rempque *Cat.* 26 incolumen **A**, *corr. Ber. Cat.* **a** 27 obsequio *Ber.* obsequi **Aa** consequi *Cat.* merniati **A**, *corr. Ber. Cat.* **a**

101.

TRAIANVS PLINIO

Soluisse uota dis immortalibus te praeeunte pro mea incolumitate commilitones cum prouincialibus laetissimo consensu et in futurum nuncupasse libenter, mi Secunde carissime, cognoui litteris tuis.

102.

C. PLINIVS TRAIANO IMPERATORI

Diem quo in te tutela generis humani felicissima successione translata est debita religione celebrauimus, commendantes dis, imperii tui auctoribus, et uota publica et gaudia.

103.

TRAIANVS PLINIO

Diem imperii mei debita laetitia et religione commilitonibus et prouincialibus praeeunte te celebratum libenter cognoui litteris tuis.

104.

C. PLINIVS TRAIANO IMPERATORI

Valerius, domine, Paulinus excepto Paulino ius Latinorum suorum mihi reliquit. ex quibus rogo tribus interim ius Quiritium des. uereor enim ne sit immodicum pro omnibus pariter inuocare indulgentiam tuam, qua debeo tanto modestius uti, quanto pleniorem experior. sunt autem pro quibus peto C. Valerius Astraeus, C. Valerius Dionysius, C. Valerius † Axer.

105.

TRAIANVS PLINIO

Cum honestissime iis qui apud fidem tuam a Valerio Paulino depositi sunt consultum uelis, matura per me. iis interim quibus nunc petisti dedisse me ius Quiritium referri in commentarios meos iussi, idem facturus in ceteris pro quibus petieris.

---

8 diis **Aa** *Ber. Cat.* incolumitate et commilitones *Cat.* 4 consensu in futurumque *Cat.*

7 ob diem imperii **Aa** 8 diem quo in te tutela i *et coni. Gronov* diem quae in tutela **A** diem in quem tutela *Ber.* a 9 diis **Aa** *Ber. Cat.*

13 a commilitoribus *Cat.* 14 libenter mi Secunde Carissime cognoui a 16 Ius Quiritium (quiritum **A**) latinis suis petit **Aa** 17 Paulino **A** uno a libertorum *Cat.* 18 quiritium a quiritum **A** *Ber. Cat.* 20 pleniorem *Ber. Cat.* a pleniore me **A** 21 Astraeus *Orelli* astreus **A** *Ber. Cat.* Aestiaeus a 22 Axer **A** *Ber. Cat.* Aper **a**, *signo crucis notauit Keil*: *an* Asper?

25 QVum **A** 26 mature *Ber. Cat.* 27 petisti ut scias me dedisse *Cat.* quiritium **ia** quiritum **A** *Ber. Cat.*

106.

C. PLINIVS TRAIANO IMPERATORI

Rogatus, domine, a P. Accio Aquila, centurione cohortis sextae equestris, ut mitterem tibi libellum per quem indulgentiam pro statu filiae suae implorat, durum putaui negare, cum scirem quantam soleres militum precibus patientiam humanitatemque praestare.

107.

TRAIANVS PLINIO

Libellum P. Accii Aquilae, centurionis sextae equestris, quem mihi misisti, legi: cuius precibus motus dedi filiae eius ciuitatem Romanam. libellum rescripti quem illi redderes misi tibi.

108.

C. PLINIVS TRAIANO IMPERATORI

Quid habere iuris uelis et Bithynas et Ponticas ciuitates in exigen- 1
dis pecuniis quae illis uel ex locationibus uel ex uenditionibus aliisue causis debeantur, rogo, domine, rescribas. ego inueni a plerisque proconsulibus concessam iis protopraxian eamque pro lege ualuisse. exi- 2
stimo tamen tua prouidentia constituendum aliquid et sanciendum, per quod utilitatibus eorum in perpetuum consulatur. nam quae sunt ab aliis instituta, sint licet sapienter indulta, breuia tamen et infirma sunt, nisi illis tua contingit auctoritas.

109.

TRAIANVS PLINIO

Quo iure uti debeant Bithynae uel Ponticae ciuitates in iis pecuniis quae ex quaque causa rei publicae debebuntur, ex lege cuiusque animaduertendum est. nam siue habent priuilegium quo ceteris creditoribus anteponantur, custodiendum est, siue non habent, in iniuriam priuatorum id dari a me non oportebit.

---

2 Ciuitatem Romanam petit filiae centurionis **Aa** 3 cohortis III campestris *Mommsen coll. inscr. apud Henzen 5443 (= C. I. L. III. p. 868; Dessau 2004)* 4 equestris *om. Cat.* 5 quantam ia *Ber.* quantum **A** *Cat.*

9 sextae equestris **A** (sextae i, cohortis *non addito*) cohortis sextae equestris *Ber.* **a** *Cat.*[2] sextae cohortis *Cat.* cohortis III campestris *Mommsen*

13 De exactione pecuniarum **Aa** 15 uel *prioce loco om. Cat.* 17 eis **Aa** *Ber. Cat.* protopraxian ia protopraxiam **A** *Ber. Cat.* 21 contingit **A** *Ber.* contingat *Cat.* **a**

24 iis **a** his **A** *Ber. Cat.* 27 si uero non *Cat.* in *om.* **Aa**, *add. Ber. Cat.* i

110.

C. PLINIVS TRAIANO IMPERATORI

1 Ecdicus, domine, Amisenorum ciuitatis petebat apud me a Iulio Pisone denariorum circiter quadraginta milia donata ei publice ante uiginti annos bule et ecclesia consentiente nitebaturque mandatis tuis, 2 quibus eius modi donationes uetantur. Piso contra plurima se in rem publicam contulisse ac prope totas facultates erogasse dicebat. addebat etiam temporis spatium postulabatque ne id quod pro multis et olim accepisset cum euersione reliquae dignitatis reddere cogeretur. quibus ex causis integram cognitionem differendam existimaui, ut te, domine, consulerem quid sequendum putares.

111.

TRAIANVS PLINIO

Sicut largitiones ex publico fieri mandata prohibent, ita, ne multorum securitas subruatur, factas ante aliquantum temporis retractari atque in irritum uindicari non oportet. quidquid ergo ex hac causa actum ante uiginti annos erit, omittamus. non minus enim hominibus cuiusque loci quam pecuniae publicae consultum uolo.

112.

C. PLINIVS TRAIANO IMPERATORI

1 Lex Pompeia, domine, qua Bithyni et Pontici utuntur, eos qui in bulen a censoribus leguntur dare pecuniam non iubet. sed ii quos indulgentia tua quibusdam ciuitatibus super legitimum numerum adi- 2 cere permisit et singula milia denariorum et bina intulerunt. Anicius deinde Maximus proconsul eos etiam qui a censoribus legerentur, dum- 3 taxat in paucissimis ciuitatibus, aliud aliis, iussit inferre. superest ergo ut ipse dispicias, an in omnibus ciuitatibus certum aliquid omnes qui deinde buleutae legentur debeant pro introitu dare. nam quod in perpetuum mansurum est a te constitui decet, cuius factis dictisque debetur aeternitas.

2 De Iulio Pisone **Aa** 3 Ecdicus *Cat.*[2] Medicus **Aa** *Ber. Cat.*[1] 4 denarium *Cat.* quadraginta milia *Cat.* ·xxxx· millia **a** XXXX **i** quadraginta **A** *Ber.* 5 bule et ecclesia **i** *Cat.*[1] et bule et ecclesia **a** *Cat.*[2] boyali et ecclesia **A** *Ber.* nitebaturque *edit. Basileensis* utebaturque *Cat.* utebanturque **Aa** *Ber.* 8 pro multis meritis *Orelli* 10 te *om. Ber.*

20 De adiectione buleutarum (buletarum **A**) **Aia** 22 bulen ia *Cat.* bulena **A** buleuta *Ber.* ii *Ber. Cat.* iis **Aa** 23 tua quibusdam *Cat.* tua a quibusdam **Aa** *Ber.* 25 eis *Cat.* 26 aliud alios *Orelli* aliud in aliis *Günther* 27 aliquod *Cat.* 28 bulentae **A**, *corr.* **i** *Ber. Cat.* **a** legentur *Schaefer* leguntur **Aa** *Ber. Cat.*

113.

TRAIANVS PLINIO

Honorarium decurionatus omnes qui in quaque ciuitate Bithyniae decuriones fiunt inferre debeant necne, in uniuersum a me non potest statui. id ergo quod semper tutissimum est, sequendam cuiusque ciuitatis legem puto, sed aduersus eos qui inuiti fiunt decuriones . . . id existimo acturos, ut † praefatio ceteris praeferatur.

114.

C. PLINIVS TRAIANO IMPERATORI

Lege, domine, Pompeia, permissum Bithynicis ciuitatibus adscri 1
bere sibi quos uellent ciues, dum ne quem earum ciuitatium quae
sunt in Bithynia. eadem lege sancitur, quibus de causis e senatu a
censoribus eiciantur. inde me quidam ex censoribus consulendum puta- 2
uerunt, an eicere deberent eum qui esset alterius ciuitatis. ego, quia 3
lex sicut adscribi ciuem alienum uetabat, ita eici e senatu ob hanc
causam non iubebat, praeterea quod adfirmabatur mihi in omni ciui-
tate plurimos esse buleutas ex aliis ciuitatibus, futurumque ut multi
homines multaeque ciuitates concuterentur, eaque pars legis iam pri-
dem consensu quodam exoleuisset, necessarium existimaui consulere
te, quid seruandum putares. capita legis his litteris subieci.

3 in ia, *om.* A *Ber. Cat.* 4 in *Ber. Cat.* a, *om.* A 6 sed i *Rittershausen* scilicet Aa *Ber. Cat.* 6—7 id existimo acturos ut praefatio caeteris praeferatur A *Ber.* (praeferatur] praeferantur i) existimo id (id existimo *Cat.*) acturos ut erogatio caeteris praeferatur *Cat.*[1] a *Cat.*[2] ceteros existimo id acturos, ut erogatio praeferatur *Schaefer* id existimo acturos, ut praestatio ceteris proferatur *Orelli* id existimo acturos ut praestatione ceteris praeferantur *Hardy* id existimo acturum, ut praestantior ceteris praeferatur *Kukula*: inuiti fiunt. qui sponte fiunt decuriones ita existimo facturos, ut praefati id ceteris praeferantur *Mommsen* inuiti fiunt decuriones . . . id existimo acturos, ut † praefatio ceteris praeferatur *uel* inuiti fiunt decuriones. eos qui super legitimum numerum adiecti sunt id existimo acturos, ut pretio dato ceteris praeferantur *Keil*

9 De adiectione ciuium Aa 11 uelint *Ernesti* dum ne quem earum ciuitatium (ciuitatum *Orelli*) i *Orelli* dum neque merum ciuitatum A dum nequis earum ciuitatum *Ber.* duntaxat carum ciuitatum *Cat.* ciuitatis non sint alienae, sed suarum quisque matrum ciuitatum a 12 e *om.* A *Ber. Cat., add.* a a *om.* A, *add. Ber. Cat.* a 13 eiiciantur inde A *Ber. Cat.* (eiciantur i): eiciantur, inter quas nihil de ciue alieno cauetur. inde a 14 eicere ia eiicere A *Ber. Cat.* 15 eici ia eiici A *Ber. Cat.* senetu A, *corr. Ber. Cat.* a 16 quod *Ber.* quibus A quia ab aliquibus a a quibusdam *Cat.* quia ab iis *Orelli* quia a quibusdam *C. F. W. Müller* mihi *om. Cat.* 17 bulentas A, *corr.* i *Ber. Cat.* a 18 eaque pars legis iampridem *Ber.* i ea pars legis quae iampridem A ea parte legis quae iampridem a si reuocaretur ea pars legis quae iampridem *Cat.* ea pars legis cum iampridem *Orelli*: *lacunam post* concuterentur *indicauit Keil* 19 consensu a *Ber. Cat.* consensui A

115.

TRAIANVS PLINIO

Merito haesisti, Secunde carissime, quid a te rescribi oporteret censoribus consulentibus, an .... in senatum aliarum ciuitatium, eiusdem tamen prouinciae ciues. nam et legis auctoritas et longa consuetudo usurpata contra legem in diuersum mouere te potuit. mihi hoc temperamentum eius placuit, ut ex praeterito nihil nouaremus, sed manerent quamuis contra legem adsciti quarumcumque ciuitatium ciues, in futurum autem lex Pompeia obseruaretur; cuius uim si retro quoque uelimus custodire, multa necesse est perturbari.

116.

C. PLINIVS TRAIANO IMPERATORI

1 Qui uirilem togam sumunt uel nuptias faciunt uel ineunt magistratum uel opus publicum dedicant, solent totam bulen atque etiam e plebe non exiguum numerum uocare binosque denarios uel singulos
2 dare. quod an celebrandum et quatenus putes, rogo scribas. ipse enim sicut arbitror, praesertim ex sollemnibus causis, concedendum ius inuitationis, ita uereor ne ii qui mille homines, interdum etiam plures, uocant modum excedere et in speciem dianomes incidere uideantur.

117.

TRAIANVS PLINIO

Merito uereris ne in speciem dianomes incidat inuitatio, quae et in numero modum excedit et quasi per corpora, non uiritim singulos ex notitia, ad sollemnes sportulas contrahit. sed ego ideo prudentiam tuam elegi, ut formandis istius prouinciae moribus ipse moderareris

3 a *Cat.* a ad **A** *Ber.* respondi *Cat.* oportet *Cat.*^{2} censoribus i *Cat.* a temporibus **A** *Ber.* 4—5 an in — ciues **A** an ... in — ciues *Keil* an legerent in—ciues ia an in—ciues ascriberentur *Ber.* an in senatu manere possent aliarum—ciues *Cat.* an manere deberent in senatu aliarum — ciues *Hardy* ciuitatium ia ciuitatum **A** *Ber. Cat.* 5 proninciae **A** 6 legem diuersum monere *Cat.* 7 nouaremus ia noueremus **A** moueremus *Ber. Cat.* 8 ciuitatium a ciuitatum **A** *Ber. Cat.*

12 De diuisione Sportularum **Aa** 13 summunt **A** *Ber., corr. Cat.* a 17 arbitror non imprudenter praesertim *Cat.* concedendum ius inuitationis *Scheffer* concedendum iussi inuitationes *Ber. Cat.* a concedendum iussisti inuitationes i *Budaeus* concendum iussi immutationes **A** concedendas esse inuitationes *Orelli*; ipse enim (sicut arbitror), pr. ex soll. caus., concedendas iussisti inuitationes, at uereor *Hardy* 18 ita **Aa** *Ber. Cat.* at *Hardy* 19 dianomes *Casaubon* διανομῆς i^2 diamones ia *Ber.* diamories **A** *Cat.* incidere i *Ber. Cat.* incipere **Aa**

22 dianomes *Casaubon* διανομῆς i^2 Diamones **A** *Ber.* diamonês a diamories *Cat.* inuitatio ia *Ber. Cat.* immutatio **A** 23 excedit a *Cat.* excedat **A** *Ber.* 25 formandis *uncis inclusit Wilde* reformandis *Cat.*

et ea constitueres, quae ad perpetuam eius prouinciae quietem essent profutura.

118.

C. PLINIVS TRAIANO IMPERATORI

Athletae, domine, ea quae pro iselasticis certaminibus constituisti 1
deberi sibi putant statim ex eo die, quo sunt coronati: nihil enim referre quando sint patriam inuecti, sed quando certamine uicerint, ex quo inuehi possint. ego contra scribo 'iselastici nomine': itaque eorum uehementer addubitem, an sit potius id tempus quo εἰσήλασαν intuendum. iidem obsonia petunt pro eo agone qui a te iselasticus factus 2
est, quamuis uicerint, ante quam fieret. aiunt enim congruens esse, sicut non detur sibi pro iis certaminibus quae esse iselastica, postquam uicerunt, desierunt, ita pro iis dari quae esse coeperunt. hic quo- 3
que non mediocriter haereo ne cuiusquam retro habeatur ratio, dandumque quod tunc cum uincerent non debebatur. rogo ergo ut dubitationem meam regere, id est beneficia tua interpretari, ipse digneris.

119.

TRAIANVS PLINIO

Iselasticum tunc primum mihi uidetur incipere deberi, cum quis in ciuitatem suam ipse εἰσήλασεν. obsonia eorum certaminum quae iselastica esse placuit mihi, si ante iselastica non fuerunt, retro non debentur; nec proficere pro desiderio athletarum potest. quod eorum quae postea iselastica non lege constitui, quam quierant, accipere desierunt. mutata enim condicione certaminum nihilo minus quae ante peregerant non reuocantur.

1 constitueres *Ernesti* constituas **Aa**

4 De Iselasticis **Aa** 5 certaminibus ia *Ber. Cat.* cohortaminibus **A** coronaminibus *Orelli* 6 statim ia *Ber. Cat.* statum **A** 8 contra scribo iselastici nomine. itaque eorum uehementer (notam † *ante* iselastici *et in marg. sine alio adposuit* i **Aa** contra scribo Iselastici nomine, ita ut uehementer *Ber.* contra scribo Iselasticorum nomine: ita tamen ut uehementer *Cat.* contrascribo *Orelli* 'iselastici nomine' ita ut uehementer *Hardy* contrascribo 'iselastici nomine': itaque temporum eorum *Kukula* scribo] sto *Günther* 9 tempus *circit Kukula* εισηλασαν *Cat.* i² iselasan *add.* i² Iselasan *Ber.* iselasian ia Iselasiani **A** 10 iidem **A** *Ber. Cat.* idem a (*et* i, *postea erasum*) 11 fieret a *Ber Cat.* fierent **A** 12 non] nunc *Orelli* detur **A** *Ber. Cat.* datur a dentur *A. Schaefer* bis **Aa** *Ber. Cat.* quae ia *Ber. Cat.* quid **A** 13 iis a bis **A** *Ber. Cat.* 14 ne] an *Kukula* dandumque quod ia dandamque quod **A** dandaque quod *Ber. Cat.* 15 debebatur i debebantur **Aa** *Ber. Cat.* ergo igitur *Cat.*

19 debere *Cat.* 20 εἰσήλασεν i εισελασεν *Cat.* eiselasen a Iselasen **A** *Ber* 21 rerro **A**, *corr. Ber. Cat.* a 22 athletarum desyderio potest: tam eorum quae postea Iselastica lege constitui: quam cum uincerent esse desierunt *Cat.* quod **Aa** quid *Ber.* 23 lege **Aa** *Ber.* esse *A. Schaefer* quierant i qui ierant **Aa** *Ber.* uicerant *A. Schaefer* uicerunt *Hardy* desierant *Hardy* 25 peregerant **A** *Ber. Cat.* perceperant ia *fortasse ex coni. Aldi*

120.

C. PLINIVS TRAIANO IMPERATORI

1 Vsque in hoc tempus, domine, neque cuiquam diplomata commo-
daui neque in rem ullam nisi tuam misi. quam perpetuam seruationem
2 meam quaedam necessitas rupit. uxori enim meae audita morte aui
uolenti ad amitam suam excurrere usum eorum negare durum putaui,
cum talis officii gratia in celeritate consisteret, sciremque te rationem
itineris probaturum, cuius causa erat pietas. haec tibi scripsi, quia
mihi parum gratus fore uidebar, si dissimulassem inter alia beneficia
hoc unum quoque me debere indulgentiae tuae, quod fiducia eius quasi
consulto te non dubitaui facere quod, si consuluissem, sero fecissem.

121.

TRAIANVS PLINIO

Merito habuisti, Secunde carissime, fiduciam animi mei, nec dubi-
tandum fuisset, si exspectasses, donec me consuleres, an iter uxoris
tuae diplomatibus, quae officio tuo dedi, adiuuandum esset, cum apud
amitam suam uxor tua deberet etiam celeritate gratiam aduentus sui
augere.

---

2 De Diplomatibus **Aa** **4** obseruationem *Cat.* rationem *coni. Keil* **5** necessiras **A**, *corr. Ber. Cat.* **a** **7** te *om.* **A** *Ber.*, *add. Cat.* **a** **8** tibi **A** *Ber. Cat.*, *om.* **a** **9** gratus fore **A** *Ber. Cat.* gratus tibi fore **a** **10** hoc unum quoque *Cat.* hoc uno quoque *Ber.* hoc quoque *Gesner* hoc uno quod **A** hoc uno quem **i** hoc unum quod **a** hoc nouum quoque *Orelli* debere sciebam **a** **10—11** quasi consulto te non dubitaui facere **ia** qua inconsulto te non dubitaui **A** *Ber.* inconsulto te praeripere non dubitaui *Cat.* quamquam inconsulto te non dubitaui facere *Keil* **11** quod **ia** quem **A** *Ber. Cat.* quae *Keil* sero **a** sic sero **A** *Ber. Cat. fortasse recte*

14 nec dubitandum fuisset si expectasses **ia** nec dubitandum fuisse si expectasset **A** nec dubitandum fuisse si expectasses *Ber.* non dubitandum fuisse si expectasses *Cat.* nec dubitandum fuit tibi facere quae sero fecisses si expectasses *Mommsen* quae dubitanda fuisset si expectasses *Hardy* nec fuit tibi ·i· dubitandum exspectandum (*ex* nec fuit tibi exspectandum) *uel* non fuisse tibi exspectandum *olim scripsi (cf. Classical Review XVII [1903] p. 55); signo crucis notauit C. F. W. Müller* **16** esset cum **i** *Cat.* esse et cum **A** esset et cum *Ber.* esset usum eorum intentioni non profuisse cum **a**

INDEX NOMINVM

CF. PROSOPOGRAPHIAM IMPERII ROMANI

Abascantus u. Satrius
Accius poeta V. 3. 6
P. Accius Aquila centurio X. 106; 107
Accius Sura X. 12
Achaia VIII. 20. 2; 24. 2
Achaei X. 65. 3
Achaici VIII. 6. 2
Achilles V. 6. 43
Acilianus II. 16 u. Minicius
Acilius III. 14 P. Acilius I. 14. 6 Acilius Rufus V. 20. 6; VI. 13. 5
Acutius Nerua II. 12. 2
Aefulanus Marcellinus V. 16; VIII. 23(?)
Aegyptius X. 6. 1 sq.
Aegyptus V. 19. 6; VIII. 20. 2; X. 7; 10. 2
Aemilia uia V. 14. 1
Aeneas V. 6. 43
Aeschines I. 20. 4; II. 3. 10; IV. 5. 1; IX. 26. 9 sqq.
Afer u. Domitius
Afranius Dexter V. 13. 4 sq.; VIII. 14. 12
Afri II. 11. 2
Africa II. 11. 19; III. 7. 12; 9. 2; VII. 27. 2; IX. 33. 2
Africani VIII. 6, 2
Africanus u. Iulius
Agathemeris(?) X. 5. 2
Albana uilla IV. 11. 6
Albinus VI. 10 u. Lucceius
Alexandrina ciuitas X. 6; 7; 10
Allifanus u. Pontius
Alsiensis uilla VI. 10
Altinates III. 2. 2
Amastriani X. 98; 99
Amerina praedia VIII. 20. 3
Amiseni X. 92; 93; 110
Ammius Flaccus IX. 13. 13
Ancharia Soteris X. 11. 2
Anicius Maximus X. 112. 2
Anio VIII. 17. 3
Annaeus Seneca V. 3. 5
Annia X. 65. 3
Annianus II. 16
Annius Bassus VII. 31. 5; Annius Seuerus III. 6; V. 1
Anteia IX. 13. 4 sqq.
Antonia(?) Harmeris X. 5. 2 Antonia Maximilla X. 5. 2
Antoninus u. Arrius
M. Antonius V. 20. 5
Apamea X. 47
Apameni X. 48
Aper u. Flauius, Valerius
Apollinaris u. Domitius
Appenninus V. 6. 2, 4 Appenninae ualles V. 6. 29
Appius IX. 35 L. Appius Maximus X. 58. 6
Appuleius X. 74. 1
Aquila u. Accius
Aratus V. 6. 43
Archippus u. Flauius
Aristion (Ariston?) u. Claudius
Aristo u. Titius
Aristophanes I. 20. 19
Armenius Brocchus X. 65. 3; 66. 2
Arpinae chartae III. 21. 5
Arria maior III. 16; VI. 24. 5; minor III. 11. 3; 16; VII. 19. 5, 9 sqq.; IX. 13. 3, 5
Arrianus Maturus I. 2; II. 11; 12; III. 2. 2; IV. 8; 12; VI. 2; VIII. 21
Arrionilla I. 5. 5
Arrius Antoninus IV. 3; 18; 27. 5; V. 15
Artemidorus III. 11
Artemisius u. Popilius
Arulenus Rusticus I. 5. 2, 5; 14. 1 sq.; II. 18; III. 11. 3; V. 1. 8
Asclepiades X. 81. 1
Asia III. 7. 3; IV. 3. 1; VIII. 20. 2; X. 65. 3
Asinius Bassus IV. 15. 6 sqq. Asinius Gallus IV. 17 Asinius Gallus Pollionis f. VII. 4. 3, 6 Asinius Pollio I. 20. 4; V. 3. 5; VI. 29. 5 Asinius Rufus IV. 15
Astraeus u. Valerius
Asudius Curianus V. 1
Athenae IV. 3. 5; VII. 25. 4; 27. 5, 7; VIII. 24. 4
Athenodorus VII. 27. 7 sqq.
Atilius Crescens I. 9. 8; II. 14. 2; VI. 8 Atilius Scaurus VI. 25
Atrius(?) IX. 35
Attia Viriola VI. 33. 2
Atticinus u. Montanius
Atticus u. Iulius
Atticus sermo II. 3. 1 anus Attica IX. 23. 5
Attius Clemens I. 10; IV. 2
Aufidius Bassus III. 5. 6
Augurinus u. Serius
Augustus V. 3. 5; VIII. 8. 6; X. 65. 3; 79; 80; 84
Aurelia II. 20. 10 sq.
Auidius Nigrinus X. 65. 3; 66. 2 Auidius Quietus VI. 29. 1; IX. 13. 15
Auitus II. 6 u. Iulius, Iunius, Octauius
Axer(?) u. Valerius

Baebius Hispanus I. 24; VI. 25(?) Baebius Macer III. 5; IV. 9. 16 sqq.; 12. 4 Baebius Massa III. 4. 4; VI. 29. 8; VII. 33. 4 sqq. Baebius Probus III. 9. 12 sqq.
Baetica prouincia III. 4. 2; 9; VII. 16. 3; 33. 4
Baetici I 7. 2 sqq.; III. 4. 6; 9. 6; VI. 29. 8
Baianus mos IX. 7. 3
Bassus u. Annius, Asinius, Aufidius, Gauius, Iulius, Pomponius

Bithynae ciuitates X. 108; 109
Bithyni V. 20; VI. 13; VII. 6; 10. 1; X. 65; 79; 112
Bithynia IV. 9. 2; VIII. 24. 8; X. 17; 18; 32; 33; 66. 2; 77. 3; 79; 87. 2; 113; 114
Bithynicae ciuitates X. 114
Bittius Priscus VI. 12. 2
Bittius Proculus IX. 13. 13
Blaesus u. Velleius
Bosporus X. 63; 67. 2
Brixia I. 14. 4
Brocchus u. Armenius
Bructerum rex II. 7. 2
Bruttianus u. Lustricus
M. Brutus V. 3. 5 Bruti I. 17. 3
Byzantii X. 43; 44; 78
Byzantium X. 77

Caecilius Celer I. 5. 8 Caecilius Classicus III. 4. 2, 7; 9. 2 sqq.; VI. 29. 8 Caecilius Macrinus III. 4 u. Macrinus, Minicius, Strabo
Caecina Paetus III. 16. 3 sqq.
Caelianus u. Sempronius
M. Caelius I. 20. 4 Caelius Clemens X. 51. 1
Caepio Hispo IV. 9. 16 sqq.
Caesar, C. Iulius I. 20. 4; III. 12. 2; V. 3. 5; VIII. 6. 13 u. Augustus, Tiberius, Claudius, Nero, Galba, Vitellius, Vespasianus, Titus, Domitianus, Nerua, Traianus
Caesennius Siluanus III. 8. 1, 4
P. Caesius Phosphorus X. 11. 2
Calestrius Tiro I. 12; VI. 1; 22; IX. 5; VII. 16; 23; 32. 1
Callidromus X. 74
Callimachus IV. 3. 4
Calpurnia Plinii uxor IV. 1. 1, 7; 19; V. 14. 8; VI. 4; 7; VII. 5; VIII. 10; 11. 3; 19. 1; X. 120. 2; 121 Calpurnia Hispulla IV. 1. 7; 19; V. 14. 8; VIII. 11; X. 120. 2; 121
Calpurnius Fabatus IV. 1; V. 11; 14. 8; VI. 12; 30; VII. 11; 16; 23; 32; VIII. 10; 20. 3; X. 120. 2 Calpurnius Flaccus V. 2 Calpurnius Macer V. 18; X. 42; 61. 5; 62; 77 u. Piso
Caluina II. 4
C. Caluisius Rufus I. 12. 12; II. 20; III. 1; 19; IV. 4; V. 7; VIII. 2; IX. 6
C. Caluus I. 2. 2; 16. 5; IV. 27. 4; V. 3. 5 u. Seruilius
Camenae IX. 25. 3
Camerinus I. 5. 3
Camilliana uilla VI. 30. 2
Campania III. 7. 6; V. 14. 9; VI. 4. 1; 20. 3; 28; 30. 2; VII. 3. 1 uxor Praesentis Campana VII. 3. 1
Candidus u. Iulius
Caninius Rufus I. 3; II. 8; III. 7; VI. 21; VII. 18; VIII. 4; X. 33
Capito u. Claudius, Titinius
Capreae VI. 20. 11
Carsulanum I. 4. 1.
Carthago VII. 27. 3
Carus u. Mettius
Carystiae columellae V. 6. 36
C. Cassius VII. 24. 8 Cassii I. 17. 3
Casta Classici uxor III. 9. 19, 29, 34
Catilius Seuerus I. 22; III. 12
Catius Lepidus IV. 7 T. Catius IV. 28. 1 u. Fronto
Cato I. 20. 4; III. 12; 21. 5; IV. 7. 5 Catones I. 17. 3; IV. 27. 4
Catullus I. 16. 5; IV. 14. 5; 27. 4 Catullus Messalinus IV. 22. 5 sq.
Q. Catulus V. 3. 5
Celer VII. 17 eques Rom. IV. 11. 10 u. Caecilius, Nonius
Celerina u. Pompeia
Celsus u. Iuuentius
Centum Cellae VI. 31. 1, 13 sqq.
Cerealis II. 19 u. Tuccius, Velius
Cereris aedes IX. 39
Certus u. Publicius
Christus X. 96. 5 sqq. Christiani X. 96; 97
Chrysippus X. 11. 2
Cicero I. 2. 4; 5. 11 sq.; 20. 4 sqq.; III. 15. 1; IV. 8. 4; V. 3. 5; VII. 4. 3, 6; 17. 13; IX. 2. 2; 26. 8
Clarius(?) IX. 28. 5
Clarus u. Erucius, Septicius
Classicus u. Caecilius
Claudiopolitani X. 39. 5; 40. 3
Claudius Imp. I. 13. 3; III. 16. 7, 9; X. 70. 2; 71 Claudius Aristion (Ariston?) VI. 31. 3 Claudius Capito VI. 13. 2 Claudius Eumolpus X. 81 Claudius Fuscus III. 9. 18 Claudius Marcellinus II. 11. 15 Claudius Pollio VII. 31. 1 Claudius Polyaenus X. 70. 2 Claudius Restitutus III. 9. 16 u. Capito
Clemens u. Attius, Caelius
Clitumnus VIII. 8. 1, 5
Cluentius I. 20. 8
Cluuius Rufus IX. 19. 5 Cluuius(?) Fuscus u. Claudius
Cocceianus Dion X. 81; 82
Collega u. Pompeius
Colonus IX. 9
Comum I. 3. 1; III. 6. 4; IV. 13. 3
Concordiae aedes V. 1. 9
Corellia Rufi soror I. 12. 3; VII. 11; 14 Corellia Hispulla Rufi filia I. 12. 3, 9; III. 3; IV. 17
Corellius Rufus I. 12; III. 3. 1; IV. 17. 2 sqq.; V. 1. 5; VII. 11. 3; 31. 4; IX. 13. 6
Cornelia Vestalis IV. 11. 6 sqq.
Cornelianus VI. 31
C. Cornelius I. 20. 8 Cornelius Minicianus III. 9; IV. 11; VII. 22; VIII. 12 Cornelius Nepos IV. 28. 1; V. 3. 6 Cornelius Priscus III. 21; V. 20. 7 Cornelius Tacitus I. 6; 20; II. 1. 6; 11. 2, 17, 19; IV. 13; 15. 1; VI. 9; 16; 20; VII. 20; 33; VIII. 7; IX. 10; 14; 23. 2 sq. Cornelius Titianus I. 17; IX. 32(?) u. Vrsus
Cornutus Tertullus II. 11. 19 sqq.; 12. 2; IV. 17. 9; V. 14; VII. 21; 31; IX. 13. 15 sq.
Cottia III. 10 (cf. III. 1. 5)
Cottius II. 7. 3 sqq. (cf. III. 10)
Crassus I. 5. 3
Cremutius Ruso VI. 23. 2 sqq.; IX. 19
Crescens u. Atilius

Crispus u. Metilius, Passienus
Ctesiphon VI. 33. 11
Curianus u. Asudius
Curius Seuerus u. Vibius Seuerus
Curtilius Mancia VIII. 18. 4
Curtius Rufus VII. 27. 2 sqq.

Dacia VI. 31. 8 Dacium bellum VIII. 4
Decibalus X. 74. 1 (cf. VIII. 4. 2)
Decimus Paternus IV. 14 (?) u. Plinius
Demosthenes I. 2. 2; 20. 4; II. 3. 10; IV. 5. 1; 7. 6; VI. 33. 11; VII. 30. 4; IX. 23. 5; 26. 8 sqq.
Dexter u. Afranius
Diana I. 6. 3; IX. 10. 1
Diomedes V. 2. 2
Dion u. Cocceianus
Dionysius pistor X. 74. 1
Domitianus Imp. I. 5, 1, 5, 14; 12. 6; 18. 3; III. 9. 31, 33; IV. 9. 2; 11. 5 sqq.; 22. 5; VII. 27. 14; IX. 13, 2; X. 58. 3, 10; 60; 65. 3; 66. 2; 72
Domitius Afer II. 14. 10 sqq.; VIII. 18. 4, 5, 7 Domitius Apollinaris II. 9; V. 6; IX. 13. 13 Domitius Lucanus VIII. 18. 4 Domitius Tullus VIII. 18
Drusus Nero III. 5. 4

Egnatius Marcellinus IV. 12
Encolpius VIII. 1. 2
Ennius V. 3. 6
Ephesii VI. 31. 3
Ephesus X. 15; 17. 1; 18
Epigonus X. 11. 2
Epimachus X. 84
Erucius Clarus I. 16; II. 9. 4 Sextus Erucius Clarus filius II. 9
Esquiliae III. 21. 5
Eumolpus u. Claudius
Euphrates philosophus I. 10
Eupolis I. 20. 17
Euripides IV. 11. 9; 27. 6
Eurythmus VI. 31. 8 sqq.

Fabatus u. Calpurnius
Fabius Hispanus III. 9. 12 sqq.; Fabius Iustus I. 5. 8; 11; VII. 2 (?) Fabius Postuminus (Maximinus?) IX. 13. 13 Fabius Valens IV. 24; [X. 86 B] u. Fadius, Flauius
Fabricius Veiento IV. 22. 4; IX. 13. 13 sqq.
Fadius (Fabius?) Rufinus IX. 23. 4
Falco u. Pompeius
Fannia III. 11. 3; 16. 2; VII. 19; IX. 13. 3 sqq.
C. Fannius V. 5
Ferox u. Iulius
Festus u. Valerius
Firmani VI. 18
Firminus u. Hostilius
Firmus u. Romatius, Saturius
Flaccus u. Ammius, Calpurnius
Flauius (Fabius?) Aper V. 13. 5 Flauius Archippus X. 58; 59; 60; 81 Flauius Marcianus II. 11. 8 sqq.
Fonteius Magnus V. 20. 4; VII. 6. 2, 6; 10. 1
Formiana uilla III. 14. 2 Formianum VI. 14. 1
Forum Iuli V. 19. 7
Frontinus, Sex. Iulius IV. 8. 3; V. 1. 5; IX. 19
Fronto, Catius II. 11. 3; 18; IV. 9. 15; VI. 13. 2
Frugi u. Libo
Fundanus, Minicius I. 9; IV. 15; V. 16; VI. 6
Furia Prima X. 59; 60
Fuscus Salinator pater VI. 26. 1; X. 87. 3 Fuscus Salinator filius VI. 11; 26; VII. 9; IX. 36; 40 u. Claudius

Gaditanus II. 3. 8 Gaditanae I. 15. 3
Gaetulicus u. Lentulus
Galba Imp. II. 20. 2
Galla u. Pomponia
Gallitta VI. 31. 4
Gallus I. 7. 4; II. 17; VIII. 20 u. Asinius
Gauius Bassus X. 21; 22; 86 A
Gemellinus u. Virdius
C. Geminius I. 12. 9
Geminus Rosianus VII. 1; 24; VIII. 5; 22; IX. 11; 30; X. 26
Genialis VIII. 13
Genitor u. Iulius
Germania III. 5. 4; VIII. 23. 5
Gracchi I. 20. 4
Graecia VIII. 24; X. 40. 3
Gratilla III. 11. 3; V. 1. 8

Harmeris u. Antonia
Harpocras X. 5; 6; 7; 10
Hedia X. 5. 2
Heluidia IX. 13. 16 Heluidiae IV. 21. 1
Heluidius Priscus VII. 19. 3 sqq. Heluidius filius III. 11. 3; IV. 21. 3; VII. 30. 4; IX. 13 [Heluidius] nepos IV. 21. 4
Heracleotae X. 75. 2
Herennius Pollio IV. 9. 14 Herennius Senecio I. 5. 3; III. 11. 3; IV. 7. 5; 11. 12; VII 19. 5; 33. 4 sq. Herennius Seuerus IV. 28
Hermes VII. 11
Herodes poeta IV. 3. 4
Hipponensis colonia IX. 33. 2
Hispania III. 5. 17; VI. 20. 5, 10 Hispania citerior II. 13. 4
Hispanus VI. 25 u. Baebius, Fabius
Hispellates VIII. 8. 6
Hispo u. Caepio
Hispulla I. 12. 3, 7, 9, 10 u. Calpurnia, Corellia
Homerus I. 7. 1, 4; 18. 1, 4; 20. 22; II. 14. 2; III. 9. 28; IV. 3. 3; V. 6. 43; 19. 2; 20. 8; VI. 8. 3; VIII. 2. 8; 4. 4; IX. 1. 3; 13. 20; 26. 6
Homullus u. Titius
Honoratus u. Vitellius
Horatius IX. 22. 2
Q. Hortensius V. 3. 5
Hostilius Firminus II. 11. 23; 12. 1
Hyperides I. 20. 4

Iauolenus Priscus VI. 15. 2, 3
Icaria VII. 4. 3
Illyricum III. 16. 7
Isaeus II. 3
Iseon X. 33. 1
Isocrates VI. 29. 6
Italia I. 14. 4; II. 11. 19; IV. 7. 2; VI. 19. 4 Italica praedia VI. 19. 6
Italicus IX. 23. 2 u. Silius
Iulia lex VI. 31. 6 Iulia basilica V. 9. 1
Iuliopolitani X. 77; 78
Iulius Africanus VII. 6. 11 Iulius Auitus II. 6 (?); V.

21. 3sqq. Iulius Atticus I. 12. 10 Iulius Bassus IV. 9; V. 20. 1; VI. 29. 10; X. 56. 4sq.; 57. 2 Iulius Candidus V. 20. 5 Iulius Ferox II. 11. 5; VII. 13(?); X. 87. 3 Iulius Genitor III. 3. 4sqq.; 11; VII. 30; IX. 17 Iulius Largus X. 75; 76 Iulius Naso IV. 6; VI. 6 Iulius Piso X. 110 Iulius Seruianus III. 17; VI. 26; VII. 6. 8; VIII. 23. 5; X. 2 Iulius Tiro VI. 31. 7 Iulius Valens V. 21 Iulius Valerianus II. 15; V. 4; 13 u. Caesar, Frontinus, Sparsus
Iunia Vestalis VII. 19. 1
Iunior u. Terentius
Iunius Auitus II. 6(?); VIII. 23 Iunius Mauricus I. 5. 10, 15sq.; 14; II 18; III. 11. 3; IV. 22. 3; VI. 14 Iunius Pastor I. 18. 3
Iuppiter I. 7. 1; III. 6. 5
Iustus Fabius I. 5. 8; 11; VII. 2(?) Iustus Tullius X. 58. 10 u. Minicius
Iuuentius Celsus VI. 5. 4

Laberius Maximus X. 74. 1
Lacedaemon VIII. 24. 4
Lacedaemonii X. 65. 3
Larcius Licinius (Licinus?) II. 14. 9; 11; III. 5. 17 Larcius Macedo III. 14
Largus u. Iulius
Larius lacus II. 8; IV. 30. 2; VI. 24; VII. 11. 5; IX. 7
Latini libertini X. 104
Laurentinum I. 9. 4; 22. 11; II. 17; IV. 6; V. 2; VII. 4. 3; IX. 40 Laurentina uia II. 17. 2
Lentulus Gaetulicus V. 3. 5
Lepidus u. Catius
Leptitani II. 11. 23
Liberalis u. Saluius
Libo Frugi III. 9. 33
Licinianus u. Norbanus, Valerius
Licinius Nepos IV. 29. 2; V. 4. 2; 9. 3; 13. 1; VI. 5 Licinius Sura IV. 30; VII. 27 u. Crassus, Larcius (Licinus?)
Liuiae porticus I. 5. 9
T. Liuius II. 3. 8; VI. 20. 5
Lucania VII. 3. 1 Lucanus VII. 3. 1
Lucanus u. Domitius
Lucceius Albinus III. 9. 7; IV. 9. 13
Lucretius IV. 18. 1
Lugdunum IX. 11. 2
Lupercus II. 5; IX. 26
Lupus u. Nymphidius
Lustricus(Lustricius?) Bruttianus VI. 22. 2
Lyaeus III. 21. 5
Lycormas X. 63; 67
Lysias I. 20. 4

Macedo u. Larcius
Macer VI. 24 u. Baebius Calpurnius
Macrinus II. 7; VII. 6; 10; VIII. 5. 1; 17; IX. 4 u. Minicius, Caecilius
Maesius Maximus III. 20; IV. 25
Magnus u. Fonteius
Malea X. 15
Mamilianus IX. 16; 25
Mancia u. Curtilius
Marcellinus VIII. 23 u. Aefulanus, Claudius, Egnatius
Marcellus u. Neratius
Marcianus u. Flauius
Marinus u. Postumius
Marius Priscus II. 11; 12; III. 9. 2, 4; VI. 29. 9; X. 3A. 2 Marii VIII. 6. 2
Mars VII. 9. 11
Marsi II. 15. 1
Martialis u. Valerius
Massa u. Baebius
Mater Magna X. 49; 50
Maturus u. Arrianus
Mauricus u. Iunius
Maximilla u. Antonia (et ad IV. 11. 6 Cornelia)
Maximinus u. Fabius
Maximus II. 14; VI. 8. 4; 11; VII. 26; VIII. 19; IX. 1; 23; Maximus libertus X. 27; 28; 85 Maximus pistor X. 74 u. Anicius, L. Appius, Laberius, Maesius, Nonius, Vibius
Mediolanum IV. 13. 3; VII. 23. 1
C. Memmius V. 3. 5
Μεμφίτης νομός X. 10
Menander VI. 21. 4
M. Messala V. 3. 5
Messalinus u. Catullus
Messius(?) u. Maesius
Metilius Crispus VI. 25. 2 u. Nepos
Mettius Carus I. 5. 3; VII. 19. 5; 27. 14 Mettius Modestus I. 5. 5sqq.
Minerua I. 6. 3; III. 21. 5; VII. 9. 11; IX. 10. 1
Minicianus u. Cornelius
Minicius VII. 12 Minicius Acilianus I. 14. 3sqq. Minicius Iustus VII. 2(?); 11. 4 Minicius Macrinus I. 14. 5 (u. Caecilius et Macrinus) Minicius Rufus X. 72 u. Fundanus
Misenum VI. 16. 4, 21; 20. 1, 11, 15, 19
Mithradates X. 11. 2
Modestus seruus IV. 10. 1 u. Mettius
Moesia X. 43. 3; 44; 74
Montanius Atticinus VI. 22
Montanus VII. 29, VIII. 6
Murena tribunus IX. 13. 19 Cicero pro Mur. I. 20. 7
Musa III. 21. 5
C. Musonius (Rufus) III. 11. 5, 7
Mustius IX. 39

Narbonensis prouincia VII. 25. 2
Narniense I. 4. 1
Naso u. Iulius
Neapolis III. 7. 8
Neapolitanum III. 7. 1
Nepos, Metilius II. 3; III. 16; IV. 26; VI. 19 u. Cornelius, Licinius, Varisidius
Neratius Marcellus III. 8. 1 u. Priscus
Nero Imp. I. 5. 1, 3; III. 5. 5; 7. 3sqq.; V. 3. 6; 5. 3, 5; VI. 31. 9 u. Drusus
Nerua Imp. II. 1. 3; IV. 9. 2; 11. 14; 17. 8; 22. 4; V. 3. 5; VII. 31. 4; 33. 9; X. 58. 3 u. Acutius
Nicaea X. 31; 39; 67; 81. 4
Nicaeenses X. 39. 4; 40; 83; 84
Nicetes Sacerdos VI. 6. 3
Nicomedenses X. 34; 37; 38; 41; 49; 74 Nicomedensis ciuitas X. 38; statio X. 74; lacus X. 41; 42; 61; 62
Nicomedia X. 25; 31; 33; 34; 74
Nigrinus V. 13. 6; 20. 6; VII. 6 u. Auidius
Nominatus u. Tuscilius
Nonianus, Seruilius I. 13. 3

Nonius IX. 30. 1 Nonius Celer VI. 32. 1 u. Nouius
Norbanus Licinianus III. 9. 29 sqq.
Nouius Maximus IV. 20; V. 5
Numantini VIII. 6. 2
Nymphidius Lupus X. 87. 1 filius X. 87. 3

Ocriculanum I. 4. 1
Ocriculum VI. 25. 1
Octauius II. 10 Octauius Auitus IX. 33. 9 Octauius Rufus I. 7
Olympus X. 81. 1
Ostiensis colonia II. 17. 26 Ostiensis uia II. 17. 2

Pacorus X. 74. 1 sq.
Padus VI. 1. 1
Paetus u. Caecina, Thrasea
Pallas VII. 29; VIII. 6
Pannonia VIII. 23. 5
Paphlagonia X. 27
Parthia X. 74. 1
Parthicum metallum X. 74. 3
Passennus Paulus VI. 15; IX. 22
Passienus Crispus VII. 6. 11
Pastor u. Iunius
Patauinum municipium I. 14. 6
Paternus u. Decimus, Plinius
Paulinus u. Valerius
Paulus u. Passennus, Velius
Pergamum X. 17. 1
Pericles I. 20. 17 sqq.
Perusinum I. 4. 1
Phosphorus u. Caesius
Picenum VI. 1. 1
Piso, L. Calpurnius III. 7. 12 L. Calp. Piso Licinianus II. 20. 2 C. Calp. Piso V. 17 u. Iulius
Planta u. Pompeius
Platonica sublimitas I. 10. 5
Plautus I. 16. 6; VI. 21. 4
Plinius Paternus I. 21; IV. 14 (?); VIII. 16; IX. 27 C. Plinius Secundus (I. 19. 1); III. 5; (V. 8. 5); VI. 16; 20 u. Zosimus
Plotina, Pompeia IX. 28. 1
Pollio u. Asinius, Claudius, Herennius
Polyaenus VII. 6. 6, 14; 10. 1 u. Claudius
Polyclitus artifex I. 20. 10 Polyclitus Neronis libertus VI. 31. 9
Pompeia Celerina I. 4; (18. 3); (III. 19. 8); (VI. 10. 1); (X. 51. 1)
Pompeia lex X. 79. 1, 4; 80; 112. 1; 114; 115
Pompeius VIII. 6. 2 Pompeius Collega II. 11. 20 sqq.; Pompeius Falco I. 23; IV. 27; VII. 22; IX. 15 Pompeius Iulianus I. 10. 8 Pompeius Planta IX. 1; X. 7; 10. 2 Pompeius Quintianus IX. 9; Pompeius Saturninus I. 8; 16; V. 21; VII. 7; 8; 15; IX. 38
Pomponia Galla V. 1. 1
Pomponianus VI. 16. 11, 14
Pomponius Bassus IV. 23 Pomponius Rufus III. 9. 33; IV. 9. 3; 14 Pomponius Secundus III. 5. 3; VII. 17. 11
Pontius Allifanus V. 14; VI. 28; VII. 4
Pontus X. 75. 1
Pontica ora X. 21; 86 Ponticae ciuitates X. 108; 109 Pontici X. 112. 1
Popilius Artemisius IX. 28. 2
Postumius Marinus X. 11 u. Fabius
Praenestina praedia V. 6. 45
Praesens VII. 3
Prima u. Furia
Priscus, L. Neratius II. 13; VI. 8 (?); VII. 7. 1; 8; 15 3; 19 u. Cornelius, Heluidius, Iauolenus, Marius, Stilonius, Vettius
Probus u. Baebius
Procula u. Serrana
Proculus u. Silius, Vettius
Propertius VI. 15. 1; IX. 22. 1 sq.
Prusa X. 70. 1; 81. 1
Prusenses X. 17. 3; 23; 24; 58. 3; 71
Prusias X. 58. 5; 81. 6
Publicius Certus IX. 13. 11 sqq.
Pudens u. Seruilius

Quadratilla u. Vmmidia
Quadratus u. Vmmidius
Quietus u. Auidius
Quintianus u. Pompeius
Quintilianus VI. 32 M. Fabius Quintilianus rhetor II. 14. 9 sq.; VI. 6. 3

Rectina VI. 16. 8 sq.
Regia uilla IV. 11. 6
M. Regulus I. 5; 20. 14; II. 11. 22; 20; IV. 2; 7; VI. 2
Restitutus VI. 17 u. Claudius
Rhodii II. 3. 10; IV. 5
Robustus VI. 25
Romanus u. Vergilius, Voconius
Romatius Firmus I. 19; IV. 29
Rosianus u. Geminus
Rufinus VIII. 18 u. Fadius, Trebonius
Rufus u. Acilius, Asinius, Caluisius, Caninius, Corellius, Curtius, Minicius, Octauius, Pomponius, Sempronius, Satrius, Varenus, Verginius
Ruso u. Cremutius
Rusticus IX. 29 u. Arulenus

Sabina IV. 10
Sabinianus IX. 21; 24
Sabinus VI. 18; IX. 2; 18 u. Statius
Sacerdos u. Nicetes
Salinator u. Fuscus
Saluius Liberalis II. 11. 17; III. 9. 33, 36
Sardus IX. 31
L. Satrius Abascantus X. 11. 2 Satrius Rufus I. 5. 11; IX. 13. 17
Saturius Firmus IV. 15. 3
Saturnalia II. 17. 24; IV. 9. 7; VIII. 7. 1
Saturni aerarium X. 3. 1
Saturninus V. 7 u. Pompeius
Sauromates rex X. 63; 64; 67
Q. Scaeuola V. 3. 5
Scaurus u. Atilius, Terentius
Scribonianus III. 16. 7, 9
Secundus u. Pomponius
Sempronius Caelianus X. 29; 30 Sempronius Rufus IV. 22; V. 9; VI. 30. 5 (?); VII. 25; IX. 38 Sempronius Senecio VI. 31. 8 sqq.
Seneca u. Annaeus
Senecio u. Herennius, Sempronius, Sosius
Sentius Augurinus IV. 27; IX. 8
C. Septicius Clarus I. 1; 15; II. 9. 4; VII. 28; VIII. 1

Serius(?) u. Sentius
Serrana Procula I. 14. 6
Sertorianum exemplum III. 9. 11
Sertorius Seuerus V. 1. 1
Seruianus u. Iulius
P. Seruilius Caluus X. 56. 2; 57. 1 Seruilius Pudens X. 25
Seuerus VI. 27; IX. 22 u. Annius, Catilius, Herennius, Vibius
Sicilia IV. 11. 1, 14
L. Silanus I. 17
Silius Italicus III. 7 Silius Proculus III. 15
Siluanus u. Caesennius
Sinopenses X. 90
Sinopensis colonia X. 91
Socratici sermones III. 12. 1
Sollers, Bellicius V. 4. 1
Sosius Senecio I. 13; IV. 4
Sotadici V. 3. 2
Soteris u. Ancharia
Sparsus, Iulius IV. 5; VIII. 3
Spurinna u. Vestricius
Stabiae VI. 16. 12
Statius Sabinus IV. 10
Stilonius Priscus III. 9. 18
Strabo, C. Caecilius IV. 12. 4; 17. 1
Stratonice X. 11. 2
Suburanus, Attius VII. 6. 10sq.; VI. 35. 6 (? Suberinus?)
Suetonius Tranquillus I. 18; 24; III. 8; V. 10; IX. 34; X. 94; 95
L. Sulla V. 3. 5; Sullae VIII. 6. 2
Seruius Sulpicius V. 3. 5
Sura u. Accius, Licinius
Susagus X. 74. 1
Syria I. 10. 2; III. 11. 5

Tacitus u. Cornelius
Tascus (Taxus?) VI. 16. 8
Terentius I. 16. 6; VI. 21. 4 Terentius Iunior VII. 25. 2sqq.; VIII. 15; IX. 12 Terentius Maximus X. 58. 5 Terentius Scaurus V. 12
Tertullus u. Cornutus
Theon X. 5. 2
Theophanes IV. 9. 3sqq.
Thermuthis X. 5. 2
Thrasea Paetus III. 16. 10; VI. 29. 1, 7; VII. 19. 3; VIII 22. 3
Thucydides IV. 7. 3; V. 8. 11
Tiani X. 75. 2
Tiberinum IV. 1. 4
Tiberis IV. 2. 5; V. 6. 11; VIII. 17
Tiberius Imp. V. 3. 5
Tiburtina praedia V. 6. 45; Tiburtina uia VII. 29. 2
Ticinus VII. 16. 3
Tifernium Tiberinum IV. 1. 4
Timo I. 5. 5
Tiro Ciceronis libertus VII. 4. 3, 6 u. Calestrius, Iulius
Titianus u. Cornelius
Titinius Capito I. 17; V. 8; VIII. 12
Titius Aristo I. 22; V. 3; VIII. 14 Titius Homullus IV. 9. 15; V. 20. 6; VI. 19. 3
Titus Imp. IV. 9. 2; X. 65. 3
Torquatus V. 3. 5 Torquati *ibid.*
Traianus Imp. II. 7. 1; 11. 10, 15; 13. 8; III. 7. 6; 13; 18; IV. 8. 1, et mult. al.
Tranquillus u. Suetonius
Transpadana regio IV. 6. 1
Trebonius Rufinus IV. 22
Triarius VI. 23
Tuccius Cerealis II. 11. 9
Tullius u. Cicero, Iustus
Tullus u. Domitius
Tusci III. 4. 2; IV. 1. 3; 6; V. 6; 18. 2; IX. 15; 36; 40
Tuscilius Nominatus V. 4; 13
Tusculana praedia IV. 13. 1; V. 6. 45
Tutilius VI. 32. 1

Vadimonis lacus VIII. 20. 3sqq.
Valens u. Fabius, Iulius
Valerianus u. Iulius
C. Valerius Axer (Aper? Asper?) X. 104 C. Valerius Astraeus X. 104 C. Valerius Dionysius X. 104 Valerius Festus III. 7. 12 Valerius Licinianus IV. 11 Valerius Martialis III. 21 Valerius Paulinus IV. 9. 20sq.; X. 104; 105 C. Valerius Paulinus II. 2; IV. 16; V. 19; IX 3; 37 Valerius Varus VI. 8. 4
Varenus, Rufus V. 20; VI. 5. 1; 13; 29. 11; VII. 6; 10 L. Varenus I. 20. 7
Varisidius Nepos IV. 4
Varro, M. Terentius V. 3. 5
Varus u. Valerius
Veiento u. Fabricius
Velius Cerealis IV. 21 Velius Paulus X. 58. 3; 60
Velleius Blaesus II. 20. 7sq.
Venator IX. 20
Venus VII. 9. 11
Verania II. 20. 2sqq.
Vergilius poeta III. 7. 8; V. 3. 6; 6. 43; 8. 3; VI. 20. 1; 33. 1; VII. 20. 4 Vergilius Romanus VI. 21. 2
Verginius Rufus II. 1; V. 3. 5; VI. 10; IX. 19
Veronenses VI. 34. 1
Verres I. 20. 10
Verus VI. 3
Vespasianus Imp. I. 14. 5; III. 5. 9; IV. 9. 1; X. 65. 3
Vesta IV. 11. 7; VII. 19. 2
Vestales IV. 11. 6; VII. 19. 2
Vestricius Spurinna I. 5. 8 sq.; II. 7; III. 1; 10; IV. 27. 5; V. 17
Vesuuius VI. 16. 5sqq.; 20
Vettius u. Bittius
Vibius Maximus II. 14 (?); III. 2; VI. 8. 4 (?); 11 (?); 34; VII 26 (?); VIII. 19 (?); 24; IX. 1 (?); 23 (?) Vibius Seuerus III. 18; IV. 28
Vicetini V. 4; 13
Viennenses IV. 22
Vindex VI. 10. 4; IX. 19. 1
Virdius Gemellinus X. 27; 28; 84
Viriola u. Attia
Vitelliana cicatrix I. 5. 2
Vitellius Imp. III. 7. 3 Vitellius Honoratus II. 11. 8sq.
Vmmidia Quadratilla VII. 24
Vmmidius Quadratus VI. 11; 29; VII. 24; IX. 13
Voconius Romanus I 5; II. 1; 13; III. 13; VI. 15; 33; VIII. 8; IX. 7; 28; X. 4
Vrsus, Cornelius IV. 9; V. 20; VI. 5; 13; VIII. 9
Vulcanalia III. 5. 8

Xenophon VII. 32. 2
Xerxes III. 7. 13

Zosimus Plinii libertus V. 19

University of Toronto
Library

DO NOT
REMOVE
THE
CARD
FROM
THIS
POCKET

Acme Library Card Pocket
LOWE-MARTIN CO. LIMITED

UTL AT DOWNSVIEW
D RANGE BAY SHLF POS ITEM C
39 16 15 20 01 015 3